et conſtat ꝙ capitulum & fratres non poſſunt regulam immutare. Sed cum ex intẽtione regule ſit: ꝙ celebretur capitulum generale. Ad capitulum uero generale pertinet ordinare ea: per que poteſt religiõis puritas: & perfectio cuſtodiri: ita ꝙ a nemine ſuperiorum uel inferiorum poſſit aliquatenus uiolari: ergo ſi capitulum generale: propter uitandum religionis periculum: coartat generalis poteſtatem: aut prouintialiũ miniſtrorum: & aliqua alia ſalubria ordinat per fratres generaliter obſeruanda: auctoritate regule que preſtat capitulo generali: per generalem miniſtrũ nõ poterit infirmari. Pari etiã ratione ꝙ de conſenſu ſuperiorum & inferiorum ordinis fuerit generaliter ordinatum: in capitulo generali: & per pontificem ſedis apoſtolice approbatũ: non poterit per ſolos inferiores aliquatenus commutari: maxime in illis in quibus eſt ordinatio uel limitatio poteſtatis. Sequitur. Et ſi aliquo tempore appareret uni. miſ. puin. & cuſtodũ. &c. Queritur quid dicitur uniuerſitas? Et ſecundum iura: uniuerſitas dicitur maior pars. Notandum eſt etiam ꝙ nomen cuſtodis: ſe extendit ad generalẽ miniſtrum: & ad alios miniſtros: ſicut ex aliis locis regule poteſt cõſtare. Nomen uero guardiani: nunꝗ in regula inuenitur. Vnde dicũt quidam ꝙ obedire guardianis: ex regula nõ tenẽtur. Propterea expediret ut nomẽ guardiani tolleretur: & cuſtodes: ſiue miſtri domus: cõuenientius dicerẽtur. Cap. ix.

Fratres non predicẽt in epiſcopatu alicuius epi: quom ab eo. &c. Prius queſitum fuit a fratribus: utrum generalis miniſter poſſet aliquibus committere iſtud. Rñdit papa Gregorius: ꝙ nulli abſenti poteſt generalis committere: in qua expoſitione uidetur intentio regule coartari. Nam epiſcopi per alios examinant ordinandos. Canzelarius pariſienſis examinat per alios in magiſterio licentiandos: quare ſimiliter per alios generalis miniſter nõ poterit examinare? Poſſet melius aliquãdo per teſtimonium examinare ſcientiam uel uitam propriam. Iſtum articulum regule: relaxat priuilegium impetratum. Timetur autem a multis: ꝙ ſimiliter per alia impetranda priuilegia: poſſet tota perfectio ordinis in poſterum relaxari. Propterea non uidetur in conſcientiis ſecurum a regula quam uouerunt recedere per aliqua priuilegia impetrata. Nec occurrit propter quid priuilegia impetrata circa articulum receptionis & predicationis debeant tollerari: niſi quia per illã relaxationem nihil carnale aut temporale religioni accreſcit: ſed ſolum ꝙ pure & ſimpliciter ſpũale. Cap. x.

Fratres q ſunt miniſtri. &c. Et ſequitur. Non precipiẽtes eis aliquid. &c. Queritur quid dicitur cõtra animam? Nunquid contra animam dicitur ſolum ꝙ eſt mortale peccatum? Et uidetur ꝙ contra animam dicitur nõ ſolum peccatum: imo illud ꝙ eſſet homini incẽtiuum & proximum: ad peccatum. Vt audiendo confeſſiones ubi fragilitas carnis impugnat acriter aliquem. Contra regulam uidetur eſſe: non ſolum ꝙ eſt contra precepta regule: imo ꝙ eſt contra ſtatuta ordinis ad ſeruandam regule puritatem. Seqtur.

Et ubicunq; ſunt fratres qui ſcirent & cogno.&c. Queritur quid ſit regulam ſpiritualiter obſeruare? Et uidetur obſeruantia regule ſpiritualis: obſeruantia ſcd'm rigorem: ſiue ſcd'm puritatē ſuam: ſine occaſione ad malum. Vnde ſpiritualiter non poſſe ſeruari poteſt intelligi: aut non poſſe ſeruare regulam ſecundum ſuum rigorem: ſiue ſecundum ſuam puritatem: uel ſine occaſione proxima ad peccatum. Aliis uero uidetur: ꝙ illud refferendum ſit ad locum: cum ſcilicet fratribus ratione loci preſtatur impedimentum: ne pure poſſint regulā obſeruare. Vt qa loco eſt ānexa proprietas: uel cura aliquarum animaꝝ: ad quā ratione loci: fratres neceſſario tenentur. Cap.xi.

PRecipio firmiter fratribus uniuerſis ne habeant ſuſpecta conſortia uel conſilia mulierum.&c. Queritnr quid ſit ſuſpectum conſortium? dicendum ꝙ ſuſpectum conſortium dicitur non ex una cauſa: ſed ex pluribꝰ: ut ex genere actus: ex circunſtantiis loci: temporis: frequentie: perſone: & huiuſmodi: que patent cuilibet intuenti. Sequitur. Et ne ingrediantur monaſteria monacharum.&c. Apoſtolica expoſitio: determinat hoc capitulū gn̄aliter obſeruādū: & determinat dimiſſiones ꝓpter quas poſſumus ire ad loca monialium: ita tamen ꝙ nō ingrediamur interiores eorum: officinas: ſcilicet cauſa elemoſyne petende: & predicationis faciende. Circa ꝙ dubitatur. Vtrum ꝓ aliis cauſis honeſtis? ut pro audiendis confeſſionibus: uel conſulendi in ſpiritualibus: & huiuſmodi poſſint ire. Et ſi interiores eorum officinas: ut clauſtrum & capitulum: quando in generalibus proceſſionibus uadunt cōmuniter cum populo: poſſint ire: uel cum epiſcopis in capitulo predicare. Vnde ſuper hoc eſſet apoſtolica expoſitio requirenda. Super his igitur: & que omiſſa reſtant: ueſtra diſcretio prouideat: qualiter ad conſentiarum ſecuritatem & ordinis utilitatem: per ſedem apoſtolicam diſponatnr.&c.

Explicit expoſitio quattuor Magiſtrórum ſuper regulam fratrū minoꝝ.

Incipit declaratio dñi Bonauẽture ordis minoꝝ:ac ſancte Romane eccleſie cardialis:ſup regulã fratꝝ minoꝝ.

Prologus.

QVicunq; hanc regulam ſecuti fuerint:pax ſuper illos & miſericordia. Hanc regulam plane ab Innocẽtio papa tertio approbatam: a ſequenti Honorio confirmatam : a Gregorio nono declaratam:ut funiculus triplex nõ facile dirrumpatur. Nec tamen in immẽſum gloriabimur : ſed ſecundum menſuram regule: quã mẽſus eſt nobis deus:ne in aliena regula gloriemur. Huius igitur regule rectitudinem duce domino breuiter declarabo:ut ſit ei adherẽtibus declaratio ſolatium:& aduerſantibus dirrectio : qui obliquis & infectis eam intuentes oculis: lumini attribuunt ſuarum uitium tenebrarum. Regula igitur ipſa epiſtolari more a ſalutatione oritur. Narratione deducitur. Et in concluſione tertio terminatur. In ſalutatione:refulget apoſtolica clementia : pie pauperibus condeſcendens. In narratione: apoſtolica patet ſapientia: perfectionis ſũmã breuitate perſtringens. In concluſione eius auctoritas refulget & potentia:ſeruos chriſti perpetua protegens armatura. Pria ps uidelicet. Salutatio duas hẽt pticulas:qa cõtiet ſalutationẽ & ſequẽtiũ cõfirmationẽ. Pro prio dicit Honorius eps ſeruus ſeruoꝝ dei. &c. Eps utiq; nõ alicuius partis ſolũ:ſed totius uniuerſitatis. In cuius figura legitur Io.xxi. Quod ſtante Ieſu in littore Petrus ſubcinxit ſe & miſit ſe in mare:alii uero diſcipuli nauigio uenerũt. In mari enim intelligitur ſeculum ipſum:qd ſuſcepit Petrus a domino gubernandum. Per nauigium autem:ſortes itelliguntur uarie diſcipulorum qui in uariis mundi partibus pontificium ſuſceperunt. Vnde & due fuerunt naues: ꝑpter circũciſionem & preputium:ſcd̃m ſancti Aug. ſñiam ſuper illud. Hinc Petrus a petra dictus:poſitus eſt a dño eccleſie fundamentũ. Mat. xvi. Tu es petrus & ſup hanc petrã edificabo eccleſiam meam. Vbi dicit Rabanus. Vtinã oẽs per orbẽ credentes intelligant : qa ubicũq; ad unitatẽ fidei uel ſocietatis illius quolibet ſemetipſos ſegregãt:nec a uiculis pctoꝝ abſolui:nec ianuã pñt regni celeſtis ĩgredi. Hinc petro dedit ſup alios apoſtolos ordinariã ptãtem. Luc. xxii. dicens. Tu aliqñ cõuerſus: cõfirma fratres tuos. In huius figurã dicitur. Sap. xviii. Quod in ueſte poderis: quã hẽbat Aaron:totus erat orbis t̃rarũ. Quod ſi unus nõ eſſet q ĩ oẽs exercere iuriſdictionem poſſet: mutaretur ſtatus eccleſie. Si ptibus diſcordãtibus nõ eſſet q manũ poſſet mittere in ãbobus fuiſſetq; ſinagoga felicior q̃ eccleſia:qa illa hẽbat unũ põtificẽ ſũmũ : q oẽs poterat diſcordias terminare:ut patet. Deut. xvii. Tãte ãt auctoritati:recte ꝓfũdiſſima hũilitas ſociatur cũ dicitur ſeruus ſeruoꝝ dei. Nõ iſtoꝝ uel illoꝝ: ſed ſapientiũ uel inſipientiũ ſinguloꝝ ſic certe ut legitur Ezechiel. xvi. Gazophilatia fuerũt in ſuperioribus humiliora:in ſtatu enim ſublimi:ẽ ornamẽtum nobile:humilitas profunda. Seqtur. Dilectis filiis fratri Frãciſco & aliis fratribus de ordine fratrũ minoꝝ. Sa-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

lutē & apoſtolicā benedictionē.Eccle.
iii.Benedictio patris firmat domos fi
lioꝝ.In ierachicis eloquiis optime ſo
nat nomen dilectionis. Quia ut dicit
Dionyſius. Totius ierarchie finis &
cōſumatio:eſt dilectio unitiua. Se
quitur ſc̄da particula cōtinens ſequen
tiū cōfirmationē.Vnde dicit.Solet an
nuere ſedes apoſtolica piis uotis & ho
neſtis petentiū deſideriis fauorem be
niuolum imptiri.Pium ē quod eſt ad
dei gloriā directū:quia pietas ē cultus
dei.ii.ad Thi.iii.Qui pie uolunt uiue
re in chriſto ieſu perſecutionē patiun
tur.honeſtum eſt quod eſt ad edifica
tionē proximi ordinatum. ad Ro.xiii.
Sic ut in die honeſte ambulemus.Hec
honeſtas a diuinis eſt precipue bene
placitis:& nō mundanis uanitatibus
regulanda. Vnde Hiero. ſuper Iſa.xx.
Non erubuit Iſaias nudus incedere
nihil honeſtius iudicans:q̄ dn̄o obedi
re.Sequitur.Ea propter Dilecti in dn̄o
filii ueſtris piis precibus inclinati:ordi
nis ueſtri regulā:a bone memorie In
nocen.papa p̄deceſſore noſtro appro
batā:annotatā p̄ſentibus: auctoritate
uobis apoſtolica cōfirmamus & pn̄tis
ſcripti patrocinio cōmunimus: que ta
lis ē. Quū rōne pietatis & honeſtatis:
dicat ſe ſummus pontifex hanc regu
lam cōfirmaſſe:ipii ſunt q a ſede apo
ſtolica diſcordantes:regulā iſtā dicunt
ſeruari nō poſſe:& p cōſequens aliqd
impium cōtinere. Tales enim heretici
ſunt & ſciſmatici:ſicut patet.xxii. di.c.
Omnes. Deuter. xvii.Sequeris ſn̄iam
eoꝝ:nec declinabis ad dexteram uel
ad ſiniſtrā.Qui aūt ſuperbierit nolens
obedire ſacerdotis ipio:& decreto iu
dicis:morte morietur.Ex predictis etiā
uerbis patet ꝙ tota regula fratrum mi
norū eſt mandatum apoſtolicū:& per
cōſequens totum eſt autēticū quicqd
in eius ſerie continetur.

Prima Rubrica.

REgula & uita.&c. Hic ſub
ditur confirmate narratio
ueritatis:q̄ rubricis.xii. di
ſtinguitur:Iordanis alueū
tranſitur de loco ubi ſteterunt pedes
ſacerdotū.hoc eſt ad imitationē apo
ſtoloꝝ.xii.lapides duriſſimos: euange
lica & apoſtolica ſn̄ia confirmatos:in
locū caſtroꝝ portauerunt ad tentoria:
in qbus chriſti militia agonizans ad
patriā feſtinat nihil poſſidens in hoc
mundo.Ioſue.iiii. Tres prime rubrice
radios recipiunt orientis. Tres alie ſe
quentes:pericula excludūt aquilonis.
Tres tertio loco poſite: ruine obuiant
ab occaſu.Tres ultime: auſtralibus de
litiis ſunt referte:ut hec ciuitas i qua
dro poſita in portiſq.xii. ornata apo
ſtolicis margaritis:nō timeat potentis
inſultū:pauperū & ſapientū induſtria
cōmunita. Trium aūt primo poſitarū
& orientaliū rubricarū.Prima ſummā
religionis inſtituit.Sc̄da ad eā uenien
tes recipit.Tertia receptos interius &
exterius inſtruit diſciplina . Et quia ut
patet ex Dionyſio ſubſtātia ierarchie
in duobus cōſiſtit.ſ. in ſc̄tis pfectioni
bus:& ordine pficiendoꝝ.Prima ad p
fectores p obedientiā. Sc̄da ſubditoꝝ
ad platos.Idcirco p̄ma rubrica habet
duas ptes.Quarū prima tangit ſūmā
huius ierarchie & ſacri ordis perfectio
nem.Sc̄da deſcribit obiālē ordinatio
nē.ibi.frat Frāciſ.&c.Dicit ergo p̄mo.

Regula & uita. Regula ex hoc dicitur quia recte ducit. Rectum eſt autem cuius medium non exit ab extremis. Et quia dicitur prima ad Thi. iii. Nihil intullimus in hunc mundum: haud dubium: qa nec auferre quid poſſumus. Illa ueriſſima dicitur regula que docet ut eſt poſſibile paupertatem mundiſſimam obſeruare. Hec regula etiã eſt uita. Vt tota fratrum conuerſatio regule applicetur. iii. Reg. vi. Operuit omnia laminis aureis ad regulam: fratrũ minorum: ſic dictorum abſolute: ut de nullo dignitatis gradu contendentes: nec ſibi nomen honoris alicuius uſurpantes: omnibus ſe humilitate ſaluo dei honore ſubiciant: ad nullam temporalem magnitudinem: ut pauperũ: puriſſimi & humilimi aſpirantes. Dicti ſunt autẽ minores ad illorum imitationem: de quibus dicitur. Mat. xxv. Quãdiu nõ uni feciſtis de minoribus his nec mihi feciſtis. Eorum igitur regula. Hec eſt ſcilicet domini noſtri Ieſu chriſti ſanctum euangelium obſeruare. Hoc idcirco dicitur quia tota regule ſubſtantia: de fonte trahitur euangelice pietatis. Non eſt ergo hec regula aut uita: res noua: ſed proculdubio renouata. Magnaq; eſt huius regule profeſſoribus materia ſolatii: qui ſoli in hoc mũdo uitam illam ad litteram profitentur: quam apoſtolis ad predicandum miſſis dominus commendauit. Sed quũ dicat ꝙ hec eſt regula. Sanctum euangelium obſeruare: nunquid uouentes hanc regulam: uouent per conſequens omnem euangelii perfectionem? Dico ꝙ non: cum in ipſa regula quam uouent: quedam monitorie & exhortatorie ſubiũgantur. Cum igitur non omnem regule partem uoueant obſeruare: multomagis non uouent quod non exprimitur in eadem. Cui ſimile eſt: quod ſuper illud. ps. Vouete & reddite dicit glo. Quod quedam uota ſunt communia omnibus: ut uouere fidem: & renuntiare diabolo & pompis eiuſdem: non occidere: non ſuperbire: & huiuſmodi & de his precipitur omnibus. Vouete & reddite. Sicut ergo i hoc genere uoti: non intelligitur preceptorie uouerí ab omnibus chriſtianis: niſi quod preceptorie imponit ex lege dei: ſic nec tota perfectio euangelica uouetur ab huiuſmodi regule profeſſoribus: ſed tantum illa eius pars que ex regule intentione illis imponitur obligatorie obſeruanda. Vouent igitur totam regulam ſecundum intentionem mandatoris: partim ad obſeruantiam ut preceptorie impoſita partim ad reuerentiam & ad probationem illorum que nõ tam preceptorie imponuntur: ꝗ monitorie proponũtur tali ſtatu ſpecialiter emulanda. Sicut eſt illud quod infra dicitur. Orare ſemper ad deum puro corde: & habere humilitatem & patientiam. &c. Licet enim uirtute actus ſint in precepto: tanta tamen actuum precellentia nulli imponitur preceptorie: ꝗta in pluribus regule capitulis continetur. Vouent ergo fratres eodem modo euangelium: partim ad obſeruantiam: partim ad reuerẽtiam ſpecialem: quã decet & congruit tãto ſtatui emulari. Ex his autem patet error dicentiũ: ꝙ uouentes regulam uouent etiã omnia preceptorie que in ipſa regula cõ

dnentur:hoc enim eſt contra regulam manifeſte que expreſſe diſtinguit monitiones a preceptis. Sequitur. Viuendo in obedientia: ſine proprio: & in caſtitate. Circa quod ſciendum. Quod obedientia uno modo eſt uirtus contraria inobedientie: & ſic omni conuenit chriſtiano. i. Pe. i. Caſtificantes animas ueſtras in obedientia charitatis. Alio modo obedientia dicit ſtatū eminentem huius uirtutis: quando aliqs obedit non tantum deo: uerumetiam homini propter deum. Item deo obedit non tantum in neceſſariis: uerumetiam in operibus ſupererogationis: & diuinis inſpirationibus uniuerſis: qtūcūq; difficilibus & arduis: illius exemplo: q factus eſt obediens uſq; ad mortem: ut dicitur ad Phil. ii. Qui mori minime tenebatur. Hec obediētia ex uerbo domini deſcendit quod dixit. Mat. xvi. Si quis uult uenire poſt me abneget ſemetipſum. &c. Sed triplex eſt ſui abnegatio. Vna eſt neceſſaria per modum ſubcontrarietatis: qua homo in quibuſdam ſue uoluntati renuntiat: ut in peccatis. In aliis uero ut in indifferentibus: ſibi ſuam retinet uoluntatem. Alia eſt ſui abnegatio per modū contrarietatis: in illis. ſ. qui in omnibuſ uel ſimpliciter uel acomode ſue renūtiant uoluntati: nihil uolentes uel agētes ſecundum nutum proprie uoluntatis: de qua dicit quidam. Nihil ita fragrat domino in odorem ſuauitatis: q̄ ſi mactetur ei uitulus proprie uoluntatis. Nimirum altiſſimum in homine eſt uolūtas rationalis. Altiſſimum igitur eſt ſacrificium eam domino totaliter conſecrare: non tantum ipſi obedicēdo: ſed etiam homini propter deū. Quū & ipſe ad hoc docendum: parentum ſuorum ſubditus fuerit uoluntati: ut legitur Luc. ii. Eſt etiam abnegatio tertia quaſi contradictoria: que uitam propriam exponit pro gloria redemptoris. Obedientia tamen ſecundum q̄ dicit ſtatum eminentem uirtutis obedientie: plures habet gradus. Quidam enim in omnibus abſolute ut dictum eſt. Quidam uero in omnibus acomode utpote ad mediocritatem ſtatus ſui pertinentibus: proprie renuntiant uoluntati. Quoniam clerici ſeculares in ſacri ordinis ſuſceptione renuntiant propriis uoluntatibus: & ex tunc debent penitus ſubici eccleſie poteſtati. Vt legitur. xii. q. i. c. Non dicatis. Amplius ſublimior eſt obedientia monachorum: q̄ ſecularium clericorum ut patet de offi. ordi. c. Quanto Monachorum autem obediētia duobus conſtringitur. Primo quia obediētiam uouent ſalua ſtabilitate ad locū. Secundo quia ad nihil obedire tenentur quod regulam ſuam tranſcendere demonſtratur. Altior ergo eſt obedientia illorum: qui nullum habent in hoc mūdo loci ius proprium quo ſua obedientia reſtringatur. Item altior eſt illorum obedientia quorum altior & arctior eſt regula: ex qua tenentur regule profeſſores nihil reſpuere: niſi ſit regule ipſi contrarium uel ſaluti: directe uel aliqualiter. Illi ergo ſoli abnegationis contrarie ſecundo modo dicte: gradus perfecte attingūt: qui in omnibus indifferentibus ſubdunt beneplacitis alienis: qui nullum habent patrociniū loci ſtabilis aut regionis: ad quam ea

obedientia contrahantur : qui nihil ſi obedientialiter impoſitum fuerit poſſunt repellere quaſi ſuam tranſcendẽs regulam:niſi uergat in anime ſue detrimentum. Vnde patet ꝙ errant dicẽtes:ꝙ in omnibus religionibus obedientia ſit equalis.Sequitur. Sine proprio.Et hec etiam habet gradus.Secũdum antiqua iura:clericis habere proprium non licebat.Sunt etiam adhuc bona eccleſiaſtica non propria ſed cõmunia id eſt communi utilitati utentium deputata.Sed quia preter hec licet clericis ſecularibus habere peculiaria ꝓpria:patet ꝙ altior eſt ſtatus monachorum quo ad hoc:quibus non licet habere proprium ullo modo. Sed quia in bonis communibus eſt periculum ſicut in propriis:ut patet ex auaritia & aliis malis affluentie terrene frequenter annexis :tam religioſorum ꝙ̃ ſecularium clericorum. Ille ſtatus eſt ſuperior & a periculis diuitiarum remotior:qui non habet affluentiam ꝓpriam uel communem : mobilem uel immobilem:ut nõ ſit ei ex diuitiis materia ſuperbiendi:uel occaſio laſciuiẽdi:uel auaritie incentiuum.Creſcit enĩ amor nummi ꝗ̃tum ipſa pecunia creſcit.Nihil igitur habet proprium ordo fratrum minorum : nec aliqua ipſius ordinis perſonarum.Sed ut ſerui chriſti & ſeruiles pro chriſto effecti : qui ꝓ nobis ſerui formam accepit: in domibus uiuunt alienis:illum imitãtes qui nullum proprii habuit locum domicilii:ubi caput ſanctiſſimum reclinaret: & propter ipſum utuntur libris & aliarum neceſſitatum utenſilibus: que iuris ſunt alieni.Nam & chriſtus: alieno ueſcebatur cibo ut dicit Hieronymus ad Nepo. Vnde Grego.nonus.Hanc eandem regulam dillucidans:& iſtam profeſſionem ab omni alia diſtinguẽs bene ait.Dicimus quia nec in communi:nec in ſpeciali debent proprietatem habere.Sed utenſilium & librorum & eorũ mobilium que licet habere ordo uſum habeat:ſaluo locorum & domorum dominio illis ad quos noſcitur pertinere. Nec uendi debent mobilia uel extra ordinem commutari aut alienari quoquomodo : niſi eccleſie romane cardinalis qui pro tempore fuerit ordinis gubernator:Generali ſeu prouintialibus miniſtris auctoritatem ſuper hoc prebuerit uel aſſenſum. Ex quo patet ꝙ omnia mobilia quibus ordo utitur:ſunt nullo medio bona romane eccleſie:cuius auctoritate:ſolus eiuſdem eccleſie cardinalis & nullus eo inferior licentiam habet ſine ipſo:eadem diſpenſandi. Quũ igitur in aliis religionibus bona ſic ſint communia perſonis : ꝙ ſunt propria communitatis:& ſicut diſtinguntur eccleſie ſic & poſſeſſiones eccleſiis proprie.Iſta eccleſia que eſt fratrum minorum communitas:nihil poteſt ſibi uendicare per modum poſſeſſionis : aut dominii:communitatis ſue proprium mobile uel immobile in hoc mundo.Poſſet quidem extimari ꝙ in breuiariis : ordo ius haberet dominii : quia nominatim in ſequenti rubrica conceduntur niſi ſexta rubrica:omnis rei(nulla excepta) dominium ab ordine excluderet mãifeſte.Seqtur. In

caſtitate. Cuius obſeruantia & ſi omni bus religioſis & clericis intra ſacros or dines exiſtentibus ſit impoſita: tamen cum arctiori diſciplina iſti ordini īponitur q̄ alicui aliorum: quum hic preceptorie ĩterdicatur fratribus omne ſuſpectum conſortium: & ne ingrediantur offitinas ĩteriores monialium: nec etiam earū publica: niſi ex ſpeciali cauſa: maturitate debita preexiſtente miſſarum ad talia perſonarum: ut ſequentia amplius declarabunt. Si quis igitur omnes religioſos eſſe tribus uotis pares aſſerit: obediētie. ſ. expropriationis & caſtitatis: manifeſte dicit falſum: ut patet in obedientia: patet etiā & patebit quarta: & ſexta rubrica de expropriatione & paupertate. Patet etiam de caſtitatis inuiolabili honeſtate. Et ſi enim caſtitas ipſa religioſorū gradus nō habeat: multi tamen ſunt gradus diſcipline eius honeſtatem inuiolabiliter obſeruandi. Hec eſt igitur huius perfectio ſūmaria ierarchie. Sed quū paupertas obediētia & caſtitas partes ſint euangelice doctrine: utpote conſilia euangelica: quare hic hec tria ab euangelio diſtinguntur? Quū dicitur Sanctū euangelium obſeruare uiuendo in obediētia. &c. Reſpōdeo ꝙ duplex ē perfectio. Vna formalis: que cōſiſtit in habitibus & actibus uirtutum. Alia materialis: que conſiſtit in aggregatione conſiliorum uel legum faciē tium ſtatum. Prima ĩtelligitur ſpecialiter in nomine ſancti euāgelii: qa hec perfectio principaliter ē intenta in euāgelio: quia ad ipſum oīa conſilia chriſti ordinant. Hec etiam que precipue in ſermone domini in monte pertractatur cum dicitur. Beati pauperes ſpiritu. &c. & in aliis uirtutum regulis ut pote de uitandis omnibus uerbis ocioſis & ſimilibus. Alia uero perfectio hic expreſſe diſtinguitur: quū dicitur Viuēdo in obedientia: ſine proprio: & in caſtitate. Vtiq; conſiliaria & celebri: de qua dicit ſaluator. Mat. xix. Qui pōt capere capiat. Seqtur. de obediētiali eiuſdem ordinatione: per quā tota religio reducitur ad ierarchiam eccleſie principalem: pro quo dicitur. Frater Franciſcus. Hoc ſancti nomen fuit aduentitium: quum Ioānes proprio nomine in regeneratiōe imponi diceretur. Promittit obedientiā. Et ſi totus clerus & religioſorum uniuerſitas teneantur firmiter obedire: tamen ſctūs huic debito uotum adiicit ſpeciale: ſciens uoto ſuperueniente fortificari ſacri ordinis uinculum: & meritum geminari. Et reuerentiam. Eſt aūt reuerētia exhibitio honoris procedēs a timore filiali & humili affectu. Eccle. xxxii. Audi tacēs & pro reuerentia accedet tibi bona gratia: quia reuerentia hūilitatis eſt actus. Fratres minores ſicut humilitatis altiſſime profeſſores: debent inter omnes ſūme reuereri ſūmum pont. & alios ꝓ ſuo gradu in eccleſiaſticis offitiis cōſtitutos. Domino pape Honorio ac ſucceſſoribus eius canonice intrantibus. Hoc ē qui ſuccedūt nō facto tm̄ ſed iure: ſcd̄m formam canonum ſublimati. Et alii fratres teneantur fratri Frāciſco & eius ſucceſſoribus obedire. Vt cathene auree uncinis mediis diſponantur: ut ſic inferiores ad ſupremū uerticem per gradus medios deducantur. Hic ē enim motus rectus mentium diuina-

rum:ut ſanctus Dionyſius docet. Et ſicut ſcala Iacob aſcendentibus & deſcẽdentibus adornatur:ſic aſcenſu purpureo filie ieruſalem pertingunt in reclinatorium Salomonis.

Secunda Rubrica.

SI qui uoluerint. Stratis huius edifitii fundamentis: reſtat prouidere de habitatoribus ciuitatis:ut recipiantur ad ordinem uenie͂tes ad orie͂tem:lucis radios ſuſcepturi. Et hec habet quattuor partes. Primo agit de ipſorũ receptione. Scđo de probatione ibi:Poſtea cõcedãt. Tertio de profeſſione:ibi.Finito uero. Quarto de profeſſorum in ueſtitu & uictu diſtrictiõe ibi:Et illi qui. Et quia circa receptionẽ tria concurrunt.ſ. recipientis auctoritas:recipie͂di humilitas: & religionis puritas requiſita:iuxta qđ omne ierarchichũ negocium diuiditur in ſanctas perfectiones:& perfectores:& pfectos. ſcđm Dio.Primo agit de pertine͂tibus ad receptionem.Secũdo de pertinentibus ad recepti humilitatem: ibi. Et ſi hec omnia.Tertio de pertine͂tibus ad religionis puritatẽ:ibi.Dicãt illis uerbum. Circa receptores duo tãgit iuxta duas eccleſie claues:iuxta qđ ierarchia eſt ordo & ſcientia ex quibus ſequtur actio.Tangit primo circa receptores clauem auctoritatis & ordinẽ poteſtatis.Secundo pertinentia ad clauem ſcie͂tie & diſcretionis:ibi. Miniſtri dilige͂ter. Dicit ergo.Si q uoluerint hãc uitam accipere.loque͂do cõditionate: dominum ſequitur dñtem. Mat.xix.Si uis perfectus eſſe uade & uende. &c. Religionis enim huius propoſitũ ẽ:ut nullum terrenũ expectari poſſit emolumentũ.Nulli neceſſitas imponitur: nec a carne nec a ſanguĩe ſuggeritur. ſed ab illo inſpiratur de quo dicitur. Io.iii.Non põt homo accipere quicq̃ niſi fuerit datum de celo. Et uenerint ad frẽs noſtros.Non hoc dicitur quaſi non liceat fratribus non uenientes exhortationibus preuenire:cum ipſe dominus homines ad diſipulatum ſuum recipiens:plures corporali uocatione preueniſſe legatur:ut Andream:Petrũ & ſimiles q̃ ipſum ꝑuenerint: dico corporaliter ſe eius conſortio offerendo. Quorum etiam unus repulſus ẽ:ſicut patet.Mat.viii.Venientium igitur ad fratres:quidam ſunt a fratribus preue͂ti: quidam uero ipſos ſua deuotione preueniũt.Et de omnibus hic dicitur. Et uenerint ad fratres noſtros mittant eos ad ſuos miniſtros prouinciales:quibus ſolummodo & non aliis recipie͂di fratres licentia cõcedatur. Ecce clauis auctoritatis miniſtris tm̃modo reſeruatur.Iſta autem miſſio & ordinatio: duas habet precipue rationes. Prima eſt ut recipiendorũ conſtantia probetur. Secũda eſt quia de miniſtri prude͂tia amplius preſumitur: ꝙ arte ſciat piſcatoria:bonos in uaſa ſua eligere: malis uel nõ idoneis foras miſſis. Nomẽ aũt miſtri ſũmitur.Mat.xx. Vbi dicitur.Qui maior eſt ueſtrum erit miniſter ueſter.Et quia plurimorum ad ordinem uenientium eſt deuotio manifeſta:ſufficienſq; ad receptionem ſcolarium diſcretio eſt in cõuentibus fratrum:maximũ in loco generalium ſtu

diorum. Dominus papa regulã nõ relaxans: ſed ad mentem eius diſpenſando aſpiciẽs: ordinauit ut in talibus locis: diſcretis fratribus receptionis auctoritas concedatur. Sciens ꝙ dicit lex .ff. de legi. Quia ſcire leges nõ eſt uerba earũ tenere: ſed uim & poteſtatem. Et. lxi. di. c. Statuimus. dicitur. Eccleſiaſtice ꝓhibitiones: ꝓprias habẽt cauſas: qbus ceſſantibus ceſſant & ipſe. Et. i. q. i. dicitur: Quia qđ pro neceſſitate tẽporis ſtatutum ẽ: ceſſante neceſſitate: ceſſare debet. Sed ꝓ claue diſcretionis dicit. Miniſtri uero diligenter examinent eos de fide catholica: & de eccleſiaſticis ſacramẽtis. Hoc pro illis dicitur partibus ubi cõtingit aliquos hereticos inueniri. Ad fidem catholicam pertinent omnia que ipſam fidem cõſequntur: quia fratres ad doctrinam fidei ex intẽtione regule ſunt uocati ut ſequentia manifeſtãt. Statutum eſt in ordine ne aliquis recipiatur ad ordinem pro clerico: niſi ad doctrinam fidei habeat cõueniens fundamẽtum: uel ſaltem niſi pro fundamenti penuria edificatio multitudinis recompenſet: ut qđ in talibus lingua non ſufficit uita clamet: & ſic de minoribus examinatio: in maioribus implicatur. Sicut ipſe dominus Exodi. xx. Inhibendo latriam inhibet omnes ſuperſtitiones. Inhibendo hereſim: inhibet omnis erroris pernitiem. Inhibẽdo homicidiũ: inhibet omnem in perſonam iniuſtã leſionẽ. Inhibẽdo mechiam: inhibet fornicationem. Precipiendo honorem parentũ: omnem hominem pro gradus ſui meritò quũ inotuerit precipit honorari. Et ſic minora in maioribus implicantur. Et ſi hec. Hic agitur de pertinentibus ad recepti humilitatẽ que in duobus cõſiſtit. Prima in ordine ad deum: pro qua dicit. Et ſi hec credant. Vtiꝙ corde. Et uelĩt ea fideliter cõfiteri: quia ore fit confeſſio ad ſalutem: ut ad Ro. io. Ex quo uidetur ꝙ recipiẽdi ad ordinem iſtum: debent parati eſſe ad martyrium. Et uſꝙ in finem firmiter obſeruare. quia premiũ datur ſoli perſeuerantie. Secũda eſt in ordine ad mundũ pro qua ſubdit. Et uxores non habent: uel ſi habẽt: & iam monaſteriũ intrauerunt uxores: uel licẽtiam eis. ſ. maritis dederint: auctoritate Dioceſani epiſcopi. Votò cõtinentie iam emiſſo. Hic dicitur ꝙ uotũ quo ad hoc nõ ſolẽnizatur niſi uouens: mũdo moriẽs in ſpiritualis patris penitus trãſeat poteſtatem: qđ precipue cõuenit eccleſie ſpõſe. Et illius ſint etatis uxores ꝙ de eis nõ poſſit oriri ſuſpitio. Etas iſta nõ minus ſtabilitate uirtutis q̃ tractu temporis menſurãda uidetur: quia dicitur Sap. iiii. Senectus uenerabilis nõ diuturna nec numero annorũ cõputata. Cani enim ſunt ſenſus homĩs & etas ſenectutis uita ĩmaculata: In iſto autẽ impedimento omnia alia intelliguntur: que poſſent ineptitudinem ad ingreſſum ordinis generare. Sed modus iſte iſtius regule ẽ ex ſimilibus ſimilia intelligere: & minora in maioribus implicare. Que autem hic dñr: colliguntur de conuerſio. cõiuga. c. Quũ ſis. & aliis pluribꝫ. Dicãt illis. Hic agitur. iii.

de.ſ. religionis puritate in tribus. Primo in uenientiũ denudatione perfecta. Scdo in frugalitate recipientium manifeſta. Et caueant. Tertio in directione ad releuationem pauperũ ſincera. Si tamen conſiliũ. Pro primo dicit. Dicant illis uerbum ſancti euangelii: ꝙ uadant & uendant omnia ſua & ea ſtudeant pauperibus errogare. hoc ſumitur de cõſilio domini. Mat. xix. Vt ſint. ſ. nudi nõ ſolum corde ut ſunt qui cor diuitiis habitis nõ apponunt: nec nudati tm̃ clamide cũ Ioſeph egyptiã fugiente. Geñ. xxxix. Quẽ imitantur: q relictis preplicatiuis ſibi retinent operimẽtum ſufficiẽs nuditatis: & ſuo modo nudi nudã crucem ſequuntur. Sed ſint etiã adeo nudi ut ſint ſpoliati ſindone ſuper nudo ut appropinquiori: cum adoleſcente dilligẽte dominum pre ceteris: ut legitur Mat. xiiii. in tex. & in glo. cum abiecto pondere in nuditatis termino ſtatim paſſibilis chriſti ueſtigia imitentur. Quod ſi facere nõ potuerint: propter loci diſtantiam: uel ꝑpter litium implicationem. Sufficit eis bona uoluntas qua liti ceditur: & omnia contẽnũtur: iuxta illud Hieronymi ad Paulinũ. Si habes res tuas uẽde: ſi nõ habes proiice. Nemo renũtians ſeculo: poteſt bene uendere que contẽpſit ut uenderetur. Simile quoq legitur Luce. ix. ubi dicitur. Ait alt. Sequar te dñe: ſed primum permitte mihi renũtiare his que domi ſunt. Et ait ad illum ieſus. Nemo mittens manũ ad aratrum & aſpiciens retro: aptus ẽ regno dei. Sequitur de puritate aperta recipientium: quum additur. Caueant fratres. Iſtud uidetur dici prohibitorie quum inhibeatur ut illicitũ quod colligitur ex hoc qđ ſequitur. Si tñ conſilium requiratur: licẽtiam. &c. Ex quo enim licentia in hoc tm̃ datur: in alio denegatur. Et eorũ miniſtri ne ſollicitĩ ſint de rebus ſuis temporalibus: Vt libere faciãt de rebus ſuis: quicquid dominus inſpirauerit eis. Hoc exemplo domini dntis. Mat. xix. Vende omnia que habes & da paupibus. Secus erat in actibus apoſtolorum. iiii. c. Vbi propter multitudinem uirorum ac mulierum ſimul exiſtentium inter quos nullus erat egens: apoſtoli gerebant pretii rerum uenditarũ ad tempus ſolicitudinem: quã cito dimiſerunt ſicut impedimentum uerbi dei. ſicut legitur Actuum. vi. Diſtrictior enim & excellẽtior eſt regula ab ipſo domino conſtituta apoſtolis: quum dixit eis. Mat. io. Nolite poſſidere aurum: neq argentum: q̃ illa que conſtituta eſt ſub apoſtolis: multitudini primitiue eccleſie ſimul habitantium uirorum & mulierum: ubi nullus aliquid eorũ que poſſidebant ſuum eſſe dicebat: ſed ipſum in cõmuni cum aliis poſſidebat. Hãc regulam ſub apoſtolis conſtitutam inſtituit ſanctus Auguſti. ſibi & clericis ſuis: ſtatuens ne quid proprium poſſiderent. Sed qa uidit Aug. eã a clericis nõ ſeruari: mutauit decretũ eos habere propriũ ſuſtinẽdo ut patet. vii. q. i. c. Certe ego. Hanc eandẽ multitudinis regulã imitatus ſctũs Bñdictus: mãda ut bona ad ordinẽ uenientiũ: niſi da-

tentur pauperibus:rebus adiungi ecclesie monachorum:ubi ipſi uiuentes ſine proprio perſonali haberent poſſeſſiones monaſterius proprias quibus ipſe nullum prefixit limitem terrene affluentie acquirēde.Vnde agrum agro non ceſſant uſq; hodie eorum plurimi copulare. Alia fuit forma antiquorum monachorum iuxta quod narrat Greg.iii.Dialog.de ſancto Iſaac mōacho cui quū plurimi poſſeſſiones offerrent ad monaſterium conſtituendū & ille omnia oblata reſpuens fortem tenebat ſententiam dicēs. Monachus qui poſſeſſionem in terra querit: monachus non eſt.Et Hierony.ad Paulinum.Habet unumquodq; propoſitū principes ſuos nos habemus pncipes propoſiti noſtri Paulos & Antonios. Item noſter princeps Helias:noſter heliſeus:noſtri duces: filii prophetarum qui habitabant in agris & ſolitudine: & faciebāt ſibi tabernacula prope flu enta iordanis.Idem etiam dicit in epi taphio Nepotiani.Alii nūmum addāt nūmo:& marſupium ſuffodientes ma tronarum: opus uenentur obſequiis: ſint ditiores monachi q̄ erant ſeculares:poſſideant opes ſub chriſto paupere quas ſub locuplete diabolo non habuerant:& ſuſpiret eos eccleſia diuites quos tenuit mundus ante mendicos. Hec Hierony.Et tamen ſancta eſt uiuendi forma ſi ſeruetur quam ſanctuſ inſtituit Benedictus: quā quidam in nigris:quidam in albis ueſtibus a longe imitantur.Beatus igitur Fran.uidēs pericula & ſacrilegia affluentie:quam multi poſſident in communi: ellegit regulam ipſis apoſtolis ad predicandum miſſis a dominō cōnſtitutam: iniungēs fratribus ne ſollicitudinem habeant de rebus uenientium ad ordinem:ne ſic uel ordis macularetur puritas:uel inquietudo aliqua generetur Sed ne res uenientium inutiliter diſpenſentur:remedium conueniens adhibetur quum ſubdit.Si tamen conſilium requiratur:licentiam habeāt Miniſtri mittendi eos ad aliquos deum timentes:quorū conſilio bona ſua pauperibus errogentur: hec licentia ſicut conuenit Miniſtris:ita competit aliis: quibus ex priuilegio apoſtolico recipiendi fratres ad ordinem licentia eſt conceſſa:quoniam conceſſo principali:acceſſoria etiam omnia cōcedūtur.

Poſtea concedant. Premiſſa prima parte huius rubrice: in qua agitur de uenientium receptione.Hic ſubiungitur ſecunda pars de eorundem probatione:q̄tum ad habitus precipue qualitatem.Dicit ergo. Poſtea concedant eis pannos probationis uidelicet duaſ tunicas ſine capucio.Sed quū dicatur. Mat.io.in regula apoſtolorum: neq; duas tunicas:qualiter hic ſanctus concedit duas tunicas:qui ſupra dicit fratrum eſſe regulam euāgelicam obſeruare?Reſpondeo in euangelio unius tunice nomine:ueſtium neceſſitas deſignatur. Vnde non duas tunicas habere: eſt non habere ſuperflua ueſtimenta.Sed qa pro religionis honeſtate neceſſe eſt exteriorem tunicam in longitudīe & latitudīe ab alia uel aliis differre:neceſſariū ueſtimentū ſanctus Franciſcus in duas diuiſit tunicas. In una intelligens exteriorē amictum.ne fratres capreis tegantur. In alia intelli

gens omne corpori maniſeſte neceſſa rium ueſtimētum. Et cingulum: funē utiq; quia dicitur Iſaie.iii. Erit ꝑ zona funiculus. Et Iſaie.xxii. Vocauit dominus in die illa ad fletum & planctum & cingulum ſacci. hoc cingulum funiculus eſt: quia ſacci funibus cingi ſolent. Credo aūt ſanctum iſtum ſibi cingulū elegiſſe: quia legitur Mat.xxvii. Vinctum adduxerunt eum: & tradiderunt pontio pilato. Vel certe ad litteram: ut cinguli uilitas: concordet habitus uilitati: ut hoc cinctorio armati: ueritatis linea multis aſpera: ab eccleſia nitantur diſrumpere ſimoniacos & alios ſceleroſos. Facto igitur flagello de funiculis dn̄s uendentes & emētes de tēpli ſui foribꝫ noſcitur eieciſſe: ut patet. Io.ii. Et brachas: quarū eſt neceſſitas maniſeſta in caſibus innumeris propter humane miſerie tegumētum. Iſtaꝝ brachaꝝ nō tangitur qualitas: ut liceat fratribus ſi nolunt tangere lini delitias: brachis uti laneis uel etiam cilicinis. Et caparonem uſq; ad cingulū: ut more antiquoꝝ religioſorum diſtīguatur habitus nouitiorū ab habitu profeſſorum. Ab iſta aūt generali lege excipiens: addit niſi eiſdem miniſtris aliud ſcd̄m deum aliquādo uideatur. Ex hoc ſancti uerbo conſuetudo proceſſit: ut iſtud nouitiatus inſigne: pauciſſimis concedatur: quia creſcente uanitate hominū: nō eſt mirum ſi humilitas minuatur. Finito uero. Hec eſt tertia ps huius rubrice. In qua agitur de profeſſione. Primo quantū ad ſui obligationem uotiuam. Scd̄o quantum ad propoſiti ſtabilem perſeuerantiam. ibi. Et nullo modo. Dicit ergo. Finito uero anno probationis. Nec enim āte ānum completum licet poſſint ſe deo prius immobiliter aſtringere: licet eos ad profeſſionem admittere faciendā: in quo āno poſſunt experiri afflictiones frigoris & caloris. in cuius figurā ſterilis ficulnea āno dimittitur ne precidatur: ut legitur Luce.xiii. Et fructus ab ea agricolatus adhibito officio expectetur. Finito igitur anno probationis recipiantur ad obediētiam ſupple ſi ſint idonei promittētes uitam iſtam ſemper & regulam obſeruare: in qua promiſſiōe ut ſupra tactum eſt: ſic uouent totam regulam: ut nō omni eius parti ſe obligatorie aſtringantur. Vouent enim ſe totam regulam iſtam ꝑ regula habituros ſcd̄m mandantis intentionem: & quedam ad obſeruandum omnimode: quedam ad habendum pro ſalutaribus hortamētis: ergo illa ad obſeruantiam īmobilem ſunt uouenda: iſta ad cautelā ex uoto perhēniter ſunt habenda. Et nullo modo. Hic tangit ſcd̄m uoti. ſ. ſtabilem perſeuerantiam dicens. Et nullo modo licebit eis de iſta religione exire: poſt profeſſionem. ſ. Exitur autem de religiōe aliqua dupliciter: uel retrocedendo & reuertendo ad ſeculum ſeu religionē laxiorem: quorum utrūq; poſt profeſſionem ē apoſtatare & retro aſpicere: uel procedendo ad altiorem gradum frugem. ſ. melioris uite aſcendendo ut faciunt qui ſe a laxioribus ſtatibus ad religiones tranſferrunt arctiores. Primus modus exeundi ē in omnī religione damnabilis. Secūdus ē laudabilis ubi eſt poſſibilis. Sed profeſſo hanc religionem eſt impoſſibilis: quod niſi papa ſupponeret regula premittēs. Et nullo modo licebit. &c. nō ſubiūgeret.

iuxta mandatum domini pape: quia ſcđm euangelium Nemo mittens manum ad aratrum & aſpiciens retro aptus eſt regno dei. Si igitur nõ licet exire quia non licet retro aſpicere: ergo omnis alia religio huic ē retro: & apoſtate ſunt omnes ab hac religiõe poſt profeſſionem ad quãcũq; aliam tranſeuntes. Quod ſi aliquos exire: uel pro peccatis ſuis ab hac reiici contingat: ſi totis uiribus inſtantes fuerint pro religione hac recuperanda: nec gratiã inuenire potuerint: ex tũc in aliqua alia religione rigida ſe ſaluare poterunt: ſi tamen quãtum in ſe ē maneant in deſiderio ad ſtatum ſuum priſtinum reuertẽdi. Quod ſi de licẽtia apoſtolica ſe glorientur aliqui aliter faciẽtes: pro certiſſimo ſciant contra hanc domini ſentẽtiã papã nihil facere. Nemo mittens manum ad aratrum & aſpiciens retro aptus ē regno dei. Quod ſi mendaciis interuenientibus aliquid cõtingat per tales a ſede apoſtolica impetratũ: nõ eſt eis excuſatio, ſed accuſationis duplicatio: dum mendatio tantũ patrem circũuenientes ſue querunt apoſtaſie pallium: qui in uotis nõ diſpẽſat: niſi ubi ſuggerit pietas & rationabilis equitas recõpẽſat: & quia obligati ad eundem ordinem uoto uel iuramẽto: tenentur domino integre ſoluere qđ uouerunt. Qua ratione nõ licet fratribus de hac religione exire: quia hoc ē retro aſpicere. Nec licet obligatis ad iſtam religionem: quãcũq; aliam profiteri uel ingredi ad manendum: imo peccant mortaliter tales in religionibus aliis remanẽtes. Peccant etiam recipientes & conſentientes ſicut apoſtaſie facinus promouentes. Sed quid dicendum eſt de illis qui ad epiſcopale offitium ex his fratribus aſſumũtur? Reſpõdeo ſi coacti per eccleſiã: in cuitabili neceſſitate ſuſcipiãt regimẽ animarum nõ ſunt reputandi ab ordine egredi: ſi quãtum in eis eſt ſemper appetant in ſinu ordinis cõfoueri. Quod ſi uocati ad epiſcopalem gradum nec coacti ad hoc aſpiciunt ut fugiant erũnas pauperum & ordinis diſciplinã: credo eos in illius parte ceſſuros: qui dixit Sedebo in monte teſtamenti in lateribus aquilonis. Sed nunquid obligati ad religionem iſtam excuſabuntur, ab ingreſſu per aſſumptionem ſui ad curam paſtoralem: uel aliam eccleſiaſticã dignitatem? Certum eſt ꝙ nõ: ut patet de uoto. c. Per tuas. Vbi papa cuidam ad religionem obligato & ãte ĩpletionem uoti ad regimen eccleſie aſſumpto: reſpondet in hec uerba. Si tuam deſideras ſanare conſcientiam: regimen reſignes eccleſie memorate: ut reddas domino uotum quod uouiſti. &c. Et illi qui: hic ſubditur quarta ps huius rubrice in qua agitur de ueſtitus & uictus diſtrictione. Primo quãtum ad ueſtitum. Scđo quãtum ad uictum. ibi. quos moneo. In prima parte tangit ueſtitus qualitatem & quantitatem. Secũdo uilitatem ibi. Et fratres: & interponit pedum nuditatẽ: ut patet. dicit ergo. Et illi qui iam promiſerunt obediẽtiam profeſſi. ſ. habeant unam tunicam cum caputio: & aliam ſine caputio: qui uoluerint habere. In alia tunica ſine caputio intelligitur ſcđm ſta

tuta ordinis unica ſimpliciter uel repetiata:nec debent plures inferius haberi a profeſſis precipue:niſi de ſuperiorum arbitrio:quibus regula cōmittit talium ſollicitudinem·ſcđm loca & tempora & frigidas regiones.Dicit autem ſignanter qui uoluerint habere: quoniā uaria ſunt corporum robora: & multum differentes diuerſarū intēperies regionum. Sed pro calciamētis addit·Et qui pro neceſſitate coguntur poſſint portare calciamēta·Vbi aduertēn·ꝙ quia regula pro ſola neceſſitate cogente concedit calciamenta portare.Vbi ergo nō eſt neceſſitas ſicut in corpore robuſti:uel ubi neceſſitas nō cogit: ſicut in negotiis gerendis: que etſi per debiles ſolos expediri ualent: poteſt tamen ſine periculo differri ipſorum expeditio calciamentorum deportationem ipſa indirecte regula interdicit.Et quia uerbum iſtud ſumitur de euangelio Mat·io.Vbi dicitur in regula apoſtolorum:neqꝫ calciamenta: patet hic uſum ſandaliorum minime ꝓhiberi quoniā ſic dicit·Mat·io· neqꝫ calciamenta:euangelico more· Hanc complens ſententiā Marcus precepit eis ne quid tollerent:ſed calciatos ſandaliis.&c·Propter qđ antique ſculpture pariter & picture monſtrant apoſtolos calciatos ſandaliis inceſſiſſe· Vnde Act.xii·Super illud calcia te caligas tuas·dicit Beda·pro caligis uel caligulis ut quidam habent:grecus habet ſandalia·hoc enim genus calciamenti legitur in euangelio apoſtolis fuiſſe permiſſum:hec Beda. Que expoſitio extranea uideretur:niſi Papias diceret ꝙ calige ſunt ſandalia· Quod autem dicit ibidem.ſ·Act:xii·glo.interline· Angelo iubente & apoſtolo cōplente:exēplum datur nō ambulandi ſine calciamentis.Non pōt ſcđm litterā ad aliud genus calciamentorum retorqueri ꝗ ad illuđ de quo loquitur textus ipſe.ſ. ſandalia.Verbum etiam ipſius glo·qđ nullius eſt auctoris:quo ad hoc quod dicit.Angelo iubente:etſi ad perſonā petri littera referrat: tamen iuſſio pro aliis myſtice intelligitur referri ad uirtutes:pedes ſpirituales munientes qđ ibi in ſandaliis deſignatur ſicut ad Ephe.v.dicitur.Calciati pedes in preparatione euangelii : ibi uide glo. Quod autem chriſtus alia calciamēta apoſtolis inhibuerit patet quia ſuper illud Mat·io. Neqꝫ calciamenta dicit Hierony·Et Plato:duas corporis ſūmitates dicit non eſſe uelandas·nec aſſuetam fieri debere mollitiem capitis & pedum:cum enim hec firmitatem habuerint: cetera robuſtiora ſunt. Item Hieronymus ad euſto· Diſcipuli ſine calciamentorum onere & uinculis pellum ad predicationem euangelii deſtinantur:milites ueſtimētis chriſti ſorte diuiſis:caligas nō habebat quas tollerēt:nec enim potuit habere dn̄s qđ prohibuerat in ſeruis.Ecce qđ chriſtus docuit ſine calciamentis incedere & ꝙ ipſe etiam hoc ſeruauit. Hic tn̄ Hieronymus aliter utitur noīe caligaꝝ ꝗ ſupra habitum eſt ex Beda & Papia· Itē Euſebius·vi·eccle. hiſtorie dicit. Deſiderabam uidere ſanctum illum & pſal

lētem choꝝ:qui ad exemplum melio-
ris uite pceteris oībus uiuūt: legis dei
ac euangelii taciti predicatores:in qui
bus ipſe habitus pfert uirtutis inſignia
hirſutum cap:pedes nudi: & apoſtolis
ſimileſ.&c.Idē patet de Hierony.& ſui
temporis monachis.Dicit enim in ui-
tis patrum.c.de ſancto Ioanne. Ita oīa
illa exaſperantur loca:ut non ſolū nu
dos pedes ut eramus nos:ſed & calcia
mētis munitos terrebret ac ſeccet.Hec
Hierony.Item obſecro: ſi chriſtus nu-
dis pedibus minime inceſſiſſet:quali-
ter rationabiliter de phariſeo conqſtus
fuiſſet dn̄s.Luc.vii.dicens.Aquā pedi-
bus meis non dediſti hec aūt ex quo
intrauit:non ceſſauit lachrymis rigare
pedes meos.Sed hoc qdam ſenſui ſuo
innitentes & ipſum chriſti ſenſui pfer-
rentes:dicunt melius eſſe pro doctri-
na ueritatis calciatum eſſe q̄ diſcalcia
tum ne impediatur uerbum dei. Sed
attendant illi:ꝙ nulla forma eſt aptior
euangelii propagādi: q̄ illa in qua to-
ti orbi fuit euāgeliūm pdicatum. Hoc
aūt factū eſt nudis pedibus.Vnde Hie
ronymus in epiſtola ad geronciā.Di-
ſcipuli toto orbe peregrini:nō es in zo
na:nō caligas habuere in pedibus.Fa-
teor penam eſſe aſperam: pedum nu-
ditatem in hieme quidem aſperiorem
propter frigiditatem:in eſtate aūt gra-
uiorem propter duritiē maiorem: qa
calor plus opprimit terre glebas q̄ fri-
gus & ſole aſcendente cum gelu reſol
uitur ī hieme:duratur amplius in eſta
te. Calor ēt ſcindit & frangit grauiter
pedes nudos:& tn̄ ipſi fratres gauden
tes cum apoſtolo in frigore & nudita
te:nec algoribus hiemis: nec ardoribꝫ
eſtatis hactenus dimiſerunt:qn nudis
pedibus adiuerint remotiſſimas ptes
mundi.Teſtes ſunt barbari & tartari:
pagani & ſaraceni:catholici & ſciſma-
tici in multiplici parte mundi. Nō eſt
ergo eis impedimento:pedum nudi-
tas: uerbi dei: maxime quū ut regula
manifeſte dicit poſſunt neceſſitate co
gente calciamenta portare.Sed iſti ſen
tētie de pedum nuditate: ſptis ſāctoꝝ
teſtimoniis predictis: qdam obiciunt
in hunc modum.Dicit Aug.lib.de he
reſibus.lxviii.Eſt hereſis nudis pedibꝫ
ambulantibus: pro eo qđ dixerit dn̄s
ad moyſen.Solue calciamenta de pe-
dibus tuis: et ꝙ propheta Iſaias nudis
pedibus legitur ambulaſſe ideo ergo
hereſis:non quia propter corporis af-
flictionem:ſic ambulant:ſed quia diui
na teſtimonia taliter intelligant. Hec
Auguſt.ergo hereticum uidetur diui-
nis teſtimoniis nudis pedibꝫ ābulare.
Item idem de cōſenſu euangeliſta-
rū exponens illud uerbum Mat.io.di
cit. Calciamēta quū dicit dn̄s nō eſſe
portanda: curam prohibet que ideo
putantur portanda ne deſint.hoc etiā
de duabus tunicis intelligendum eſt.
hec Aug. Itē Io.pmo dicitur de xp̄o
cuius nō ſum dignus ut ſoluā corrigiā
calciamenti eius. Ad primū dicēdū
ꝙ illi heretici turpiter errauerunt pu-
tantes pro lege cōmuni dictum fuiſſe.
Exodi.iii.Moyſi. Solue calciamēta de
pedibus tuis.Et Iſaie.xx.Solue ſaccum
de lūbis tuis & calciamenta de pedi-
bus tuis:quaſi hec eis ita dicerētur:ut
etiam ab aliis lucratorie ſeruarentur.
Hoc enim factū eſt:qa uerba illa ſcd̄m
litterā ad illas duas pſonas tm̄ pertine
bāt:ut futura eccleſie myſteria figura
rentur.Fratres aūt minores abſit ne p

uerbis illis careant calciamentis: ſed in hoc:ipſum dñm imitátur & apoſtolos ſuos quia hoc docet euangelium manifeſte:& qui hunc euangelii intellectum denegant heretici ſunt:cum in expoſitione textus ſanctoꝝ ſententiis grecoꝝ & latinoꝝ ſint contrarii & etiã ipſi textui manifeſte. Vnde Luc.xxii.dixit dñs diſcipulis. Quando miſi uos ſine ſaculo & pera & calciamentis nunquid aliqd defuit uobis? At illi dixerũt nihil. Ad ſecundũ diceñ. Quod dñs dicendo. Neq; calciamenta: curã ꝓhibet: ſed nõ tm̃ ſolam curam ſed actum etiam deſſeredi. Vnde dicit cõſequenter in ꝓdicto uerbo luce ſe miſiſſe eos ſine calciamentis ſimpliciter. Sicut enĩ dicendo neq; duas tunicas: prohibet curam ſuperfluorum ueſtimentorum & actum etiam ſuperflua deferrendi ſic dicendo neq; calciamenta curam prohibet non tm̃ ſuperflorum ſed etiã penitus ne ferantur. Quod ſi tm̃ ſuperflua calciamenta inhibuiſſet ſicut & tunicas inhibuit ſuperfluas: ſicut dixit neq; duas tunicas: dixiſſet etiam: neq; duo paria calciamentorum: & nõ ſimpliciter. Neq; calciamenta: uel ſi neceſſaria uolens portare calciamẽta & curam prohibuit ſuperflorum: de illo calciamenti genere hic intelligere eſt neceſſe: quod in Marco eis legitur cõceſſum. ſ. ſandaliis ut ſupra uiſum eſt. Vel forte ideo curam prohibet: ne apoſtoli adhuc rudes ſuſpicarentur calciamenta ſibi defutura: ſi pro infirmitate eos in uia poſitos talibus contingeret indigere. Hanc autem pedum nuditatẽ noluit dñs oĩbus imponere: ſed apoſtolis tm̃ & aliis q in hoc eos ſponte eligerint imitari. Ad tertium patet p uerbum Rabani dicentis ſuper Mat. Quod in illo uerbo Io. bap. Nil intendit qnũ de calciamentis dñi dicit niſi excellentiã eius: & humilitatẽ ſuã. &c. Non ergo ꝓpter hoc ponitur: dñm calciamenta habuiſſe: ſed quadam figuratiua locutione que grece ſineteſis dicitur chriſti in hoc excellentia declaratur. Vulgariter ẽt talia dici ſolent abſq; eo ꝙ in taliter comparatis extrema cõparationis ad litteram ſupponantur. Item illud uerbum Ioãnis a ſanctis oĩbus myſtice exponitur: quod ẽt facieñ eſſe ex adiunctis colligitur: ubi de arboribus excidẽdis: de ſecuribus: & uentillabris facit eadem ſeries mẽtionem. Amplius poſito: ꝙ chriſtus uel in pueritia uel ante trigeſimũ annũ habuerit calciamenta: nõ tñ ea habuit poſtq̃ ipſorum uſum diſcipulis inhibuit: q cepit facere & docere. Sed dicunt quidam ſe legiſſe in lib. lxxxiii. q. vii. Aug. ibi dixiſſe chriſtum uſum fuiſſe calciamentis: quod ſatis eſt ridiculoſum: cũ idem Aug. i. retractationũ. c. penul. ponat noĩa & numerum & ordinem qõnum illarum: in quaꝝ nulla tale quid cõtinetur. Turpe eſt aũt ſancto falſum imponere: & ꝓ defenſione mẽdacii in apocriſis gloriari. Quãq̃ ſi ſãctus Aug. penitus hoc ſenſiſſet qd abſit: plus ſtaretur ſnĩe oĩum alioꝝ doctoꝝ grecoꝝ & latinoꝝ q̃ ſuo ſenſui aduerſãti: ſicut etiam ſnĩa ſua dimiſſa de altari thimiamatis: que habetur Exo. xxx. i glo. aliorũ ſnĩe adhereret eccleſia: ponens ipm fuiſſe extra ſancta ſctõꝝ. Sicut etiã in hoc qd ponit oĩa ſimul fuiſſe creata & per ſpẽs diſtincta: & luciferum in ꝓmo nũc ſue creationis fuiſſe a luce diuiſũ ſed ipſe hoc nõ aſſerẽdo ſed inqrendo

uidetur innuere.xi·ſup Geñ. Vt patet diligentius intuenti:cuius oppoſitũ tenet eccleſia·Sicut ẽt uidetur dicere ad Dardanũ:ꝙ ſcificatio in utero Ioãnis & Hieremie tm̃ intelligitur ſcd̃m ꝑdeſtinationẽ:& multa alia ſimilia·Amplius q̃uis in ellucidatiõe probleumatũ plus ſtetur·Aug.q̃ Hiero·In expõne tñ textus ꝑ ceteriſ ſtatur ſnĩc Hiero·trãſlatoris: q in diuerſis linguis intellectũ ꝑ ceteris doctoribꝫ didicit ſcripturaꝝ ipſius ãt de calciamẽtis ſupra patet ſnĩa· Sed ꝓ ueſtimẽtoꝝ uilitate ſubdit:& frẽſ oẽs ueſtimẽtis uilibus induãtur hoc q dẽ cõuẽit altiſſime pauptati· Quecũq; enĩ ſũt in uſum Voꝝ paupeꝝ:ſunt iuxta pauptatis regulã mẽſurãda· Hec uilitas in tribus attendẽda eſt·ſ.in ꝑtio & colore ac ſupadditis pãni alterius aſſumentis.In ꝑtio inq̃:qa paupertas nihil precioſum habet: color etiã naturalis non artificialis in ueſte haberi debet: aliter fruſtra in ſequentibus mouerentur fratres minime iudicare utẽtes ueſtibus coloratis· Tertium additur ut ſeculi ſtultitia in fratꝝ habitu oſtendatur unde ſubdit.Et poſſint eas repetiare de ſaccis:& aliis peciis cũ bñdictione dei.Saccus duplex eſt.ſ.lineus & laneus ſcd̃m qđ ſaccus dicitur oĩs ueſtis uilis & eſt ſaccus cilicinus: quo uſi ſũt ꝓphete·Vnde Iſaie·xx· Solue ſaccũ de lumbis tuis:ibi Hiero.i glo·Mira obĩa ſolo cilitio inducbatur ut tradunt hebrei·&c·Pro aliis petiis alioꝝ pannorũ diuerſitas intelligitur in ſubſtãtia piter & colore·Additur aũt huic ueſti benedictio dei:qm̃ qui ſe ſtultum & deſpicabilẽ exhibet mundo:deo efficitur ꝓcioſus.Hec eſt bñdictio eius q appuit in rubo:de qua dicitur Deut·xxxiii· Ipſe enim chriſtus uſus eſt uiliſſimis ueſtibus.Vnde Chriſ·ſup Io·omelia.xiii· Anteq̃ apparuiſſet Ieſus : ꝑdicabat eũ Ioãnes:ut facile ſuſceptibile eſſet teſtimoniũ ipſo apparente nil uili indumẽto nocente ei·Ita·n·uili circũamictebatur forma in cõi oĩbꝫ chriſtus:ut ſamaritane mulieres & meretrices & publicani cũ magno auſu auderẽt ei appropinq̃re & loq·Hec Chriſo· Dicũt tñ q dã ꝙ tũica ſua icõſutulis fuit de ſerico uel purpura:qđ nimis ẽ abſurdũ.Quoniã ſi quottidianũ ueſtimẽtũ eius purpureũ extitiſſet:nũq̃ cũ milites in purpura quaſi in ueſte inſolita illuſiſſent· Vnde Chriſo·ſup Io.exponens qđ dicitur de tunica chriſti incõſutili·Io·xix· Dicit ꝙ illa tunica fuit de uiliori genere ueſtium paleſtine·Et Ioãnes euãgeliſta dixit qbuſdã arguendo·Emite uobis ueſtes ſericas: ut ad tẽpus fulgeatis·Et ſanctus Martinus in legẽda ſua dicit:dñm Ieſum nõ ſe exhibuiſſe purpuratũ·De uilitate dicit Hiero·ad Ruſticũ.Sordide ueſtes candide mẽtis inditia ſunt·Vilis tunica contẽptũ ſeculi probat·Aliter tñ de ueſtibus hortatus eſt Nepotianũ in epiſtola ad ipm̃·Aliter etiã Euſto·Vt intuenti patet.Et nota ꝙ fratribus nulla hic ueſtimẽta pellicea conceduntur.Quos moneo·Hic agit de diſtrictione q̃tum ad uictum· Excludit quidem principaliter iuditiũ temerarium & aliorum contemptum ac preſumptionem propriorum factorum. Secundo addit inſinuantem exhortationem de ciborum uilitate dicẽs·Quos moneo & exhortor & ne deſpiciãt in affectu neq; iudicẽt contẽnẽdo uel uilipẽdendo in cogitatu hoĩes quos uiderint mollibus ueſtimentis &

coloratis indutos. Vnde Hieronymus
ad Ruſticum. Vilis tunica contemp-
tum ſeculi probat: ita dūtaxat ne ani-
mus tumeat: ne habitus ſermoq; diſ-
ſentiant. Et licet uitari non poſſit faci-
liter iudicium ſuſpitionis uel heſitatio
nis: cauendum eſt tamen penitus a iu
ditio diffinitionis quo abſolute uten-
tes talibus contemnuntur. Vti cibis &
potibus delicatis. Nō eſt ergo fratrum
uti cibis & potibus delicatis: ſicut nec
uti ueſtibus coloratis. Hoc enim ad
ius pertinet altiſſime paupertatis: que
q̄to eſt altior: tanto & arctior debet eſ-
ſe. Vnde & in comitiua chriſti inuen-
ti ſunt panes ordeacei: Io. vi. Et hoc
in deſerto. In ciuitate autem uſus eſt
pane triticeo: in quo & inſtituit ſacra-
mentum. Similiter in deſerto ieiuna-
uit quadraginta dierum ſpatio. Inter
homines autem exiſtens adeo ſe etiā
peccatoribus in cibis & potibus con-
formauit: ut uorator ab hominibus di
ceretur. Quid in hoc aliquid predicat
niſi damnationem hipocriſis? coram
hominibus eſſe auſteros: & in abſcon-
dito uiuere delicate. Vnde Mat. xii. le-
gitur. Quod Ieſu abeunte per ſata: di-
ſcipuli cepe[r]ūt uellere ſpicas: ubi glo.
dicit: ꝙ in hoc docuerunt auſteram ui
tam & non preparatos ſed ſimplices ci
bos querere. Vnde certum eſt ꝙ pau-
pertatem & penitentiam profitenti-
bus carnes in domibus ſuis ſunt uitan
de extra caſum neceſſitatis duplicis: in
firmitatis ſcilicet uel debilitatis mani
feſte: iuxta quod ſanctus Benedictus
inhibet monachis carnes quadrupe-
dum preter illos qui ſunt omnino de-
biles & egroti. Idcirco eccleſia tempori
bus penitentie ſolet a carnibus abſti-
nere. Qui ergo ſunt penitentie ꝑpetue
profeſſores ab eis tritis & integris om-
ni tempore q̄tū patitur fragilitas: nec
hoc ſufficit niſi a ſūptuoſis piſcibus &
marinis beluis ſtudeant abſtinere. Vn
de Greg. ad Aug. Qui a carne abſtinēt
nequaq̄ ſumptuoſiora marinarum be
luarum conuiuia preparent. Ridiculo
ſa igitur: uidetur abſtinentia maxime
paup̄ibus carnes non tangere & piſces
querere cariores. Et Hieronymus ad
Paulinum. Sit tibi uilis & ueſꝑtinis ci-
bus olera & legumina: interdumq; pi
ſciculos paucos pro ſummis ducas de-
litiis: bene ſequitur. Sed magis unuſ-
quiſq; iudicet & deſpiciat ſemetipſum
hoc enim uere humilitatis conuenit
profeſſoribus ſeipſos deſpicere & de-
ſpicabiles reputare.

Rubrica tertia.

CLerici faciāt. Hec tertia ru
brica fratres inſtruit diſci-
plina. Et hec habet tres ꝑ-
tes quia primo agit de di-
ſciplina ordinata ad deum laudandū
& honorandū. Sc̄do agit de diſcipli-
na ieiunii que ordinat hoīem ad ſeip-
ſum ibi. Et ieiunēt. Tertio agit de or-
dinationibus ad edificationem proxi
morum & quantum ad ambulantes
per mundum ibi conſulo. In pri-
ma ergo primo informat clericos de-
inde laicos. Clerici faciant diuinum
offitium: ſecundum ordinem ſancte
romane eccleſie. Quod offitium fuit
in maiori parte a ſancto Gregorio
& ſanctis aliis inſtitutum. excepto
pſalterio. Hoc dicitur quia eccle-
ſia romana utitur alia tranſlatione
pſalterii q̄ cōiter hēatur: uel uerius ali
ter emēdata ex quo offō hēre poterūt

breuiaria. Sed qualiter beatus Franciſcus ex quo uolebat fratres ſuos in predicatione & ſtudio p cōſequēs exerceri: tam oneroſo tamq̃ plixo eos offitio onerauit. Rñdeo, ſanctus Franciſcus optabat ſancte Romane eccleſie ueſtigiis religionē ſuā idcirco pro uiribus copulare: quia ſciebat eā celeſti eſſe imediatam curie: & ab ipſo fuiſſe dño inſtitutā: & ſctiſſimis patribus gubernatā. qui habētes ſapiētiam & iuditia mittere toti mūdo. ſcđm illud Prolixū offitiū laudauerūt altiſſimum: ſicut & laudat uſq̃ hodie Romana eccleſia regimini intēta eccleſie generalis: qbus & ſi fuerit maxime ſolicitudinis inter hoīes neceſſitas: ſciebāt tñ clariſſimū eſſe laudū meritum diuinarū: & p cōſequēs breuitatem laudū: breuitatem arguere meritoꝝ. Quū igitur nulli incūbat ſollicitudo uacandi ſapientie p regimine uel illuſtratione eccleſie uniuerſalis ſicut eccleſie romane: nulli p eccleſie miniſterio uel ſtudio cōgruit illud offitiū breuiare. Suſpecta ē enim nutricis pietas: que affectū ſe putat trāſcendere tante matris. Preterea multū ad illuminationē proficit piarū mētiū: laudum frequētatio diuinarū. ṕs. Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter quo oſtēdam illi ſalutare dei.

Et ſctūs Gre. dicit ſuper Ezech. Vox pſalmodie quū per intētionem cordis agitur: p hanc oīpotēti deo ad cor iter paratur: ut deuote mēti uel prophetie myſteria uel cōpūctionis gratia infundantur. Pro informatiōe laycoꝝ ſubdit. Layci uero dicant. xxiiii. pater noſter pro matutino. &c. Doceantur aūt layci q̃ hec tria uocabula: pater noſter qui es in celis: pertinēt ad animi ṗparationē: quia quū uult ſe noīari patrē dat fiduciam preparationis: quia pater libēter filiis theſaurizat. quū dicit Noſter: docet dilatationē affectiōis: ut nullus orationē ſuam ad ſe ſolum con trahat. quū dicit Qui es in celis: excitat puritatē intētionis: ut orans ſola celeſtia orando requirat. quū aūt ſubdit Sāctificetur. &c. oratio ſubiūgitur que in. vii. petitionibus continetur. Quaꝝ tres prime pertinēt directe ad dei honorē: quattuor ſequētes ad petētiū utilitatem. quū enim dicit Sanctificetur nomē tuum: petitur ut fidei ueritas ſāctiſſima cognoſcatur ab infidelibus. quum dicit. Adueniat regnum tuū: petitur ut eius legibus obediatur a credētibus. quum dicit Fiat uolūtas tua. &c. petitur ut eius bonitas diligatur & p pter ſe colatur ab īfirmis: ſicut colitur a fortibus. In quattuor aūt petitionibus ſequētibus. Primo petitur collatio oīs boni corpori & anime neceſſarii. quū dicitur Panem noſtrū quottidianū da nobis hodie: & petendo tñ pro hodie: excludit pteruiam auaritie īcertitudinē uite inſinuādo. Secūdo ſubditur petitio amotionis oīs mali. Primo quātum ad preterita. quū dicit. Et dimitte nobis debita noſtra. &c. Vbi ſpēcatur debitum innocētie: ut ſciat ſe ad malū ſuum petere qui in corde ad alterum retinet rancorē ire. Secūdo quātū ad futura: ut detur gratia oīa deuitās peccatoꝝ uel tētationū pericula. quū dicit. Et ne nos inducas in tētationē. i. ne induci permittas. &c. Tertio quātū ad pñtia mala exilii uniuerſa. quū dicit. Sed libera nos a malo: ut habētes uitam in patiētia: mortem optemus uitam iſtā cum dño placuerit terminan-

tem. Et hec omnia confirmantur: quũ addit Amen. Ubi notãdum q̄ hec oratio inter oẽs eſt precipue uenerãda ab ipſo dño nullo medio inſtituta. Dicit enim ſignanter. xxiiii. pater noſter pro matutino: quia offm̃ nocturnale excubias repñtat ciuium ſupernorum: & illo tpe ſacrificium laudis eſt deo & angelis acceptiſſimum. Numerus autem xxiiii. numerus eſt patrũ utriuſq̄ teſtamenti. Duodecim enim fuerunt patriarche per quos eſt multiplicatus populus carnaliter credentium & xii. fuerũt apoſtoli per quos in nouo teſtamento multiplicatus eſt populus credentium ſpũaliter. Petunt ergo fratres in myſterio huius numeri optantes utriuſq̄ teſtamẽti patrum meritis exaudiri: quos nõ eſt dubiũ ad angelicum conſortiũ perueniſſe. Vel cum. xxiiii. ſint hore diei naturalis: oratio iſtius numeri petit remedium tẽporis uniuerſi. Item matutine laudes que a clericis decantãtur nouenario pſalmorũ lectionum ac cantuum diſtinguũtur: ut angelicos nouem ordines repñtent. Numerus aũt. xxiiii. generatur ex ductu ternarii in octonarium. In ternario aũt: nũerus credendorũ. In octonario: iuſtitia intelligitur agendorũ: eſt enim ſcd'm Aug. numerus iuſtitie unicuiq̄ ſua tribuentis. Layci igitur q ad laudes angelicas uel intelligendo myſteria nõ aſſurgũt ſimplicitatem ſuã in fide & iuſtitia in hoc nũero ꝯfitẽtur. Dum octonarius ad iuſtitiã: ternarius ad fidẽ ptinet trinitatis. Seqtur. p laudibus qnq̄. Sicut matutinũ offm̃ laudes ſignificat ciuiũ ſupnorũ: ſic offm̃ laudis: cultũ ſignificat eccleſie. a mane eccleſie primitiue uſq̄ ad lucẽ clarã: quã in fine ſeculi expectamus. Incipiunt. n. a regno xp̄i decorem induti in populo iudeorũ p iubilum oĩs terre tranſeũtes in cognoſcẽtium lucem: pacẽ datã fatẽtur eccleſie: & duos pſ. tertio copulando duplicis populi concordiã repñtat: trãſeuntes aũt per canticũ trium puerorũ in cãmino: laudes repñtãt eccleſie ſub ãtixpo. Et cũ in tribus pſalmis laudes iungũt ultimo tp̄s poſt ant. xp̄m ſignificãt: quã chriſtianis qui uſq̄ tunc fuerint: iudei & pagani in una fide ſociati: dñm collaudabunt. Propter has quinq̄ petitiones laudum eccleſiarũ puto ſan. Fran. hunc quinarium laudis aſſignaſſe. niſi forte in hoc numero differentia aſſignatur laudum celeſtium & terreſtriũ iuxta q̄ in hoc differũt ierarchie: quia celeſtis laudat deum intellectualiter: ſubceleſtis autem per ſenſibilia ſymbola: que quidem quinq̄ ſenſibus cognoſcuntur: dum auditus laudat in canticis: uiſus in ornamentis: tactus in obſequiis: guſtus in ſacrifitio altaris: olfactus in fragrantia thuris: & ſiqua ſimilia ad fragrantiam adhibentur. Sequitur. pro Prima. In qua dñs ad pontifices & tirannos ductus eſt. Tertia. In qua accuſatus & iudicatus eſt in qua & deſcendit ſpiritus ſanctus. Sexta. In qua crucifixus eſt. Nona. In qua mortuus eſt. Pro qualibet iſtarum ſeptem: ut ſeptiformis gratia impetretur: uel ſecundum ſeptem dona ſpiritus ſancti: uel ſecundum ſeptem eccleſie ſacramenta: quibus deus ſue indidit efficatiam paſſionis. Pro ueſperis autem. xii. Hoc ideo forte quia ueſpere pro hora habent duodecima celebrari: ut uidelicet per oĩum horarũ diẽ petere offenſionis oratione duodenaria: chriſti mi

ſericordia imploretur. Vel ideo qa per laudes ueſptinas repñtatur mundi ue ſpera: in qua ipſe dñs incarnatus dies factus eſt: & ſibi. xii. horas in. xii. apoſtolis copulauit. Unde legitur Io. ii. Nõne xii. hore ſunt diei? Seqtur. et pro completorio ſeptem. In quo oíum cõſumatio inſinuatur ut ſicut ſpũs ſeptiformis incipit & dirrigit: ita per ipm etiã diei meritum conſumetur. Hec aũt in uniuerſo ſunt. lxxvi. pater noſter: quibus ſi oratio pro defunctis adiiciatur: numerus pducitur. lxxvii. ut oíum peccatorum remiſſio impetretur: que hoc numero ſignificatur: & per ductum ſeptenarii in ſeptem denatur ex qbus duobus pdictus numerus gñatur: ſicut patet Mat. xviii. ſup illud ſeptuagies ſepties. Et ieiunent. hic agit de ordinantibus hoíem ad ſeipm. ſ. d ieiunio. Et loquitur de triplici quadrageſima: duas pceptorie imponens: tertiã per deuotionis excitationem ſuadens. Tres ſiquidem leguntur. xxxx. diebus cõtinue ieiunaſſe Moyſes ut patet Exo. xxxiiii. Et Helias. iii. Re. xix. Et ipſe dñs Mat. iiii. Duplex eſt aũt ieiunium. ſ. meroris & gaudii. Ieiunium meroris eſt quo carni placentia cibaria ſtudio penitentie abſcinduntur. Ieiunium uero gaudii eſt cum cor ipm tantis eſt iniunctum ſpũalibus delitiis: ut pena ſit ei uacare eſcis: & eſt per conſequens delectabile ieiunare cum ieiunatur: nõ ut corpus affligatur ſed ne interumpatur deuotio qua ſpũs recreatur. Ieiuniũ Moyſi ſignificat merorem pro deletione culpe. Ieiunium aũt Helie ſignificat merorem pro amotione oís miſerie. Primum ſignificat quadrageſima hiemalis. Scdm quadrageſima ueris: uel melius. Prima quadrageſima refertur ad peccata preterita expiãda. Scda ad imminentia precauenda. Ieiunium autẽ chriſti ſignificat ieiunium gaudii: quo nõ tm̃ a cibis ſed ab oíbus terrenis delectationibus abſtinetur. Idcirco ſan. Franciſcus duas q̃drageſimas pcipiẽdo impoſuit. Tertiam uero cum benedictione ſuaſit: ſciens eam deuotione ſola & nõ coactione aliqua adimpleri. Dicit ergo & ieiunẽt a feſto oíum ſanctoꝝ uſq ad natiuitatem dñi. Sanctã uero quadrageſimã que incipit ab epiphania uſq ad continuos quadraginta dies: quã dñs ſuo ſancto ieiunio cõſecrauit: qui uoluntarie eam ieiunant benedicti ſint a dño: & qui nolunt nõ ſint aſtricti. Sed aliã uſq ad reſurrectionem dñi ieiunent. Nota ꝙ hic ſcdo fit mentio de benedictione hic in uictu: & ſupius in ueſtitu. Aliis ãt tpibus nõ teneantur frẽs niſi ſexta feria ieiunare: qa illa. ſ. die uoluit dñs crucifigi. Tpe uero manifeſte neceſſitatis. ſ. uel pter infirmitatem grauem: uel pter uirtutem in labore ineuitabili adeo deficiẽtem q labor de neceſſitate incũbens aliter perfici non põt. Non teneantur fratres ieiunio corporali. Nota ꝙ dicit nõ teneantur alio tpe: ex hoc ad dicti tpis eos monſtrãs ieiunium obligari. Tentio. n. obligationẽ importat. Ut patet in ordíe pximi ad pximũ. Quãdo ení dicitur. Iſte tenetur illi in cẽtũ ſenſus eſt qa obligatur ad ſoluẽdũ ei centum: ergo eadem rõne tẽtio obligationem ſonat in diuinis. Quod ſi q̃ras quare tam paꝝ ieiunii impoſuit fratribus obſeruandũ? Rñdeo quod non eſt paꝝ qa indiſpenſabiliter interius & exterius ieiunatur. Cum aliter in aliis

qbuſdam ſit:qui magnum ſibi dimidii
anni imponentes circulū ieiunii mul-
tum de uacuo interponunt ſed in ab-
ditis neſcitur. Semp tamen conuentu
ſinodochice ieiunante. Preterea de
ieiunio diſcipline parum reperit.ſ.Frā.
in euangelio expſſum. Quinpotius ie
iunantibus diſcipulis Ioānis: ipſe dn̄s
ſuos diſcipulos non ieiunātes de hoc
legitur excuſaſſe:quia paꝝ ſolius gule
acceptat dn̄s refrenationem:niſi ab oi
abſtineatur iuxta ſtatus exigentiā ſen-
ſibili uoluptate. Ad igitur gaudii ieiu-
nium uolens fratres oī tempore ſuſpi-
rare iuxta euāgelicā regulā minus de
ieiunio meroris imponens ad gaudii
ieiunia informat in ſequentibus ut pa
tebit. Cōſulo uō. hic agitur de ordina
tionibus ad edificationem alioꝝ per
mundum.ſ.aſſotis tam ambulando:q̄
in alienis domibus quieſcēdo. Circa pri
mum. Primo informat itinerationem.
Scd̄o excludit euectionem.ibi.Et non
debeāt. In prima pte informat itinera
tionem ad uitandū malū. Scd̄o ad te-
nendū bonū.ibi.ſed ſint Pro primo di
cit. Conſulo uero:ad inſtructionem rō
nalis. Moneo:ad electionē cōcupiſci-
bilis Prouer.xii. Qui ſuauis eſt uiuit in
moderationibus i ſuis monitionibus
relinquit contumeliā. Et exhortor:ad
excitationem iraſcibilis.ii. Machab.v.
Singulos eoꝝ armauit nō clipei & ha
ſte munitione ſed ſermonibus optimis
et hortamentis. Ut quādo uadūt p mū
dū exēplo xp̄i et diſcipuloꝝ ſuoꝝ:nō li
tigēt: alicui inferrēdo cōtumeliā:neq̄
contendāt: ūbis ptinaciter affirmando
ſniam ſuam:uel iudicialiter litigando.
Nec alios iudicent dubia in peiorem
partem interptando:ut ſic ſeruetur in-
nocentia exterior & interior. Sed pr
bono tenendo ſubdit. Sed ſint mites
cedendo improbitatibus:pacifici: mi-
noritatis ſue ſeruādo ordinem:& mo-
deſti:per diſciplinā ſenſuū opeꝝ & uer
boꝝ:manſueti:moribus nō impetuoſi
et humiles: nullum honorē appetēdo
& omnem gloriā fugiēdo. Ne hoc ſuf
ficere eis debet niſi diffinitionem hūi-
litatis in ſe ſtudeant adimplere que ta
lis eſt. Humilitas eſt uirtus qua homo
uera cognitione ſui:ſibi uileſcens ap-
petit tractari ut uilis & non ſublimis
gubernari. Et pro ſpeciali diſciplina
uerborum addit. Honeſte loquentes
omnibus ſicut decet:omnem.ſ.homi-
nem pro ſui gradus merito reuerēdo.
hec eſt īformatio itinerationis. Sed
queritur an fratres ſemper debeant im
probitatibus cedere: precipue cum in
quibuſdam locis uel ciuitatibus habi-
tare minime permittantur? Et uide-
tur ꝙ ſic quia dicitur Mat.x. Cum pſe-
quentur uos in una ciuitate fugite in
aliam. Reſpondeo cum fratres ex re
gula non querant niſi ſalutem anima-
rū in ciuitatibus nō debent cedere
ꝑ quolibet reſiſtente:qa nihil ꝑcioſius
ſalute aīaꝝ xp̄i ſanguie redēptaꝝ: aut
igitur opponit ſe fratribus eps̄:aut pſo
na inferior:uel collegiū:aut ſeculariū
uel clauſtraliū perſonaꝝ. Si eps̄ oppo-
nat ſe: credo ꝙ cedendum eſt ad tp̄s:
donec morte uel gratia fratribus cōſen
tiat admittēdis niſi papa aliud duxerit
ordinan̄. Et hoc patet ex.ix.c.huius re
gule īfra. Si uō alii inferiores uel colle
gia ſe opponant fratribus:non credo
ꝙ ſemper taliū improbitatibus ſit ce-
dendū niſi forte ad tp̄s: ſi ſcandalum
īmineat populi generale. Vn̄ glo.dicit

ſup dicto uerbo. Mat. io. Non debetis reſiſtere ſed ad tépus declinare: ut aliis poſſitis pdeſſe. Sed pro excluſióe cuectionis ſubdit. Et nó debeát eqtare: & p cóſequens nec bigare nec quadrigare: que maioris ſunt ſumptus. Niſi maniſeſta neceſſitate: plixi uel ípediti itineris: uel negotii urgétis. Vel infirmitate cogátur. Dicit aút nó debeát eqtare: p eo qd eſt: nó debeát eqtare: ſed illud Videtur pfectioni cótrariú. Quoniá multú itinerans: neceſſe hét cibis & potibus: ſcdm laboris exigétiá pluſq̄ eqtans recreari: & p cóſequés plus dormire: hoc aút ípedit exercitium ſpúale: qa prolixe uigilie ſume ſunt neceſſarie ſctitati. Melius ergo eſſet eqtare. Rñdeo exéplú xpi itinerátis & diſcipuloꝝ ſuoꝝ: oí eſt alteri pferédú. Et q̄uis aliqué héat defectú: lóge tñ minoré q̄ eqtatio. dum labor itineris uehementer corpus affligit: etiá laſciuiam excludit. Ad quá eqtatio plurimú diſponit non ſolú a corpe excludédo anguſtiá: q nó ſolú anguſtiatú mox in turpitudiné tédit: uerúetiá carné mébroꝝ genitaliú pluries inflamádo. Vñ eqtanté fateor: aliqñ plus uigilare extéſiue: itinerantē aút plus intéſiue. In itinerantiú aút ſolatiú dñs ipſe uoluit uſq ad ſextá horá ambulans fatigari: ut legitur Io. iiii. Preterea itinerantes pñt longe melius ſomnolétiá uincere q̄ eqtantes. Et ſi ſobrii ſunt ſufficiétiſſime uigilare: ſimilit̄ & orare. Vñ & Eccle. io. Vidi ſeruos in eqs: & pncipes quaſi ſeruos ábulantes ſup terrá. Et in quácúq domú ítrauerint: ad aiaꝝ pcurá ſá ſaluté. Mat. vii. Primú querite regnú dei. Primú dicát pax huic domui: ſcdm doctriná Mat. io. Optado aút pacé: optamus oém liberationé a malo: & pmotioné in bono. Eſt enim pax tranqllitas orationis. Et ſcdm ſctúm euáge. De oíbus cibis q apponuntur eis: liceat máducare: ſignáter dicit liceat nó neceſſitatem ípo nédo: ſed ſcdm indulgétiá pmittendo: ut ſciat ſe cótra regulá non facere ſi qs uoluerit ſublimius ábulare. Eſt ét hic notandú: q dicit liceat de oíbus manducare nó ſimpliciter: ſed ſcdm ſctúm euange. Iſtud aút nó cóceditur: niſi in predicationis eútibus miniſterio: q ergo p aiaꝝ ſalute nó circueút: in hac licétia ius nó habét. Item dicendo ſcdm ſctúm euágeliú licétiá téperat ut. ſ. fiat ſcdm regulá euágelice honeſtatis. Vñ quú uerbú predictú trahatur de Luce. io. c. Vbi dicitur máducate que apponuntur uobis. Notádú q ibi ímediate ſubiungitur. Et curate infirmos qui in illa ſunt. Certú é illud intelligi ſpúalit̄: ſcdm pncipalé intellectum uocabuli. Nó é aút mós curandi delicationbus uti cibariis: q̄q̄ illi utátur: in quoꝝ mé ſis frés ueſcuntur: hoc enim eſt nó curare infirmos: ſed a foititudine ad ifirmitaté reuocare. Quádo ergo pncipales pſone domus & familie abſtinét a carnibus nó eſt ſcdm ſctúm euangeliú frés in eſu carnium laxius ábulare. Ité ubi eſt ferculoꝝ ſupfluitas nó eſt euágelice ſctitatis ſupfluitaté uſu ſuo uel uerbis abuſu approbare: ſed magis neceſſitate accepta: diſſimulare prudéter qd nequit tunc ſine ſcandalo repréhédi. Item ſi aliqui religioſi receptatores fratrú contra regulá ſuá carnes comederent: non eſt euangelice ſanctitatis participare cum puaricatore in crimine: uel carnalitaté in errorem ſuo conſortio confirmare.

Quarta Rubrica.

PRecipio firmiter fratribus uniuerſis. Deſcriptis trib9 portis dñice ciuitatis:p quas illuceſcit claritas orientalis:ſeqtur ps ſcda in qua deſcribũtur tres porte munite contra inſidias aqlonis:quaꝝ prima excludit periculũ Iude pro pecunia dñm tradẽtis. Secunda tollit periculũ ficte religionis i ocio uiuentis. Tertia aufert periculũ multitudinis cleri infirme pro appropriatis cõibus cõtẽdẽtis. Primũ aufert hoĩ deum. Scdm aufert hoĩ ſeipſum:quia ocioſus i nullo ẽ ſibi fructuoſus. Tertiũ aufert hoĩ ꝓximum. Prima ps hẽt duas:qa primo excludit pecunie receptionẽ. Scdo ꝓuidẽs ſubditoꝝ quieti: ĩponit ꝑlatis circa procurationẽ neceſſarioꝝ ſollicitudinẽ:ibi. Tñ ꝓ neceſſitatibus infirmoꝝ. Dicit ergo pro primo Precipio firmiter fratribus uniuerſis: ut nullo modo denarios uel pecuniã recipiãt p ſe:uel p interpoſitã perſonã. Circa qd ſciẽdũ ꝙ pecunia terrenũ nomẽ eſt:magis redolens auaritiã q̃ nomen diuitiaꝝ:ut docet ſctũs Augu.vii. de ci.dei.c.xii. Dicit̃ aũt pecunia uno mõ large qcqd tpaliter poſſidetur. Vñ Aug.lib.de diſcipli.xpiana dicit. Totũ qcqd hoĩes in terra poſſident omnia quorum dñi ſunt: pecunia uocatur: ſit ſeruus ſit ager. Alio mõ dicitur pecunia ſtricte:ꝙ ẽ mẽſura cõmutationis reꝝ:& ſic accipitur Act.v.ubi dicitur. Pecunia tua tecũ ſit in ꝑditiõe. Et Prouer.vii.dicitur. Sacculũ pecunie tulit ſecum.hoc idẽ dicit phũs.iiii.ethicoꝝ. Volens igitur dñs p ſ.Frã.auaritie radicem penitus excludere ab horto cõcluſo & fonte ſignato:ꝑcepit ne recipiant frẽs denarios uel pecuniã:uel ullã poſſeſſionẽ terrenã in peccoribus: ſiue generaliter in oĩbus que paupertatẽ altiſſimã labefaciãt. Et precipue loqtur de pecunia numerata. Hoc aũt preceptũ trahitur ex euãgelio Mat.io.c. Vbi dicitur. Nolite poſſidere auꝝ:neq₃ argẽtũ:neq₃ pecuniã. Vñ ibi dicit glo. Duo ſunt genera neceſſariorũ: unum quo emuntur neceſſaria. Aliud ipſa neceſſaria p pecuniam in zonis illud unde emũtur:p perã qd emitur. Huius aũt inhibitionis facte apoſtolis.vii. ſunt ꝑcipue rõnes. Prima ẽ ſuſpitiõis excluſio ad efficatiã ꝑdicationis. Scda eſt terrene ſollicitudinis pfecta extirpatio ad cõmẽdationẽ celeſtis ꝓuidentie:circa illos q diuinis uacant obſequiis. Et has duas rõnes tãgit Hierony.in glo. dicẽs. Si hec haberent uiderẽtur nõ cã ſalutis hoĩum predicare:ſed lucri. ꝓpe modũ uite neceſſaria amputat:ut apoſtoli doctores uere religionis q inſtruebant oĩa ꝓuidentia diuina gubernari: ſeipſos oſtẽderẽt nihil cogitare de craſtino. hec Hierony. Tertia rõ huius mãdati ẽ declaratio uirtutis ipſius dñi ſaluatoris. Vñ pro iſtis tribus cauſis dicit Chriſ.ſup Mat. ibidẽ. Multa p hoc unũ emẽdãtur. Primum qdẽ nõ ſuſpectos faciẽs apoſtolos. Scdo eruens eos ab oĩ ſollicitudine ut uacationẽ oẽm ṽbo tribuãt. Tertio docẽs eos ſuã ṽtutẽ:hic nẽpe poſtea dicit. Nunqd aliqd defuit nobis qñ miſi uos nudos & diſcalciatos? Quarta ratio eſt pfecta oĩs amoris mũdani extirpatio:qa maxĩaliter poſſeſſiõe cupiditas ſolet ẽẽ pecunie. Eccl.io. Pecunie obediũt oĩa. Et.v.c. Auarus nõ ĩplebitur pecũia & Amb. dicit.ii. de offi.tus. Dñs ad diſcipulos

ſit·Nolite poſſidere auꝝ neqꝫ argẽtũ: quo uelut falce pullulantẽ· in pectore humano ſuccidit auaritiã·Chriſ.ẽt ait ſup idẽ·Radicẽ maloꝝ cõfeſtim euel-lens ait.Ne poſſideatis aurũ neqꝫ argẽ tũ·Nõ dixit.Nõ accipite uobiſcũ:ſed ẽt ſi aliũde poſſibile ſit accipe:fugite pni tioſam hãc egritudinẽ· Quinta rõ eſt ut ſtatũ inocentie pdite ut erat poſſibi le renouaret: in qua ſi hõ ſtetiſſet: oĩa fuiſſent cõia:& nulla ꝓprietas contra-cta fuiſſet ad multitudinẽ aliquã uel pſonas.Vñ & Chriſ.dicitꝗ hoc dixerit ut doceret eos recurrere ad ſtatũ i quo hõ erat ãte pc̃m. Sexta rõ ẽ ad doctri nã pfectiſſime liberalitatis:qa ut dicit Hiero.in epiſt·Nemo pfectius errogat ꝙ q nihil reſeruat.Et ſi beatius ẽ dare ꝙ accipe ut dicitur Act·xx·Btiſſimus ẽ q ſua oĩa dedit:& ut ẽ poſſibile pauciſ ſima ecõtra recipit· Septĩa rõ ẽ idiuiſa cordis intentio circa ꝓdicationẽ uerbi dei.Vñ Chriſ.ſup idẽ.Orbi terraꝝ do-ctores miſſurus erat: pp hoc angelos eos ex hoĩbus cõſtruit:ab oĩ abſoluẽs uite huius ſollicitudĩe:ut una ſola de-tineãtur cura:ꝙ eſt cura doctrine.Hãc gitur uitã ſcĩ apoſtoli tenuerũt & añ paſſionẽ:& poſt paſſionẽ.Vñ Actu.iii· Pauperi elemoſynã poſcenti·Rñdit Pe trus·Argentũ & auꝝ nõ eſt mihi· Glo· Memor ꝓcepti domini dicẽtis. Nolite poſſidere auꝝ.&c.Itẽ Amb.ſup Luc.x· Ait.Apoſtolus petrus ꝓmus executor dñice ſnĩe oñdit nõ in uanũ effuſa dñi mandata.Quũ enim a paupe poſcere tur:ut ei aliqd pecunie largiretur ait. Argentũ & auꝝ nõ eſt mihi·Tñ nõ tã in hoc gloriatur Petrus ꝗ auꝝ & argẽ tũ nõ hẽat:ꝙ ꝗ ſeruet dñi mandatũ di centis.Nolite poſſidere auꝝ.&c. Hoc eſt uides me chriſti diſcipulũ & auꝝ a me regris? hec Amb.Idem dicit Aug. iii· de mirabilibus ſcripture penul.c· Hoc idẽ ẽt ſeruauit Paulus.Vñ Chriſ. de laudibus pauli.Paulus pecũias nõ poſſedit:nã & ipſe dicit·Vſqꝫ ad hanc horã eſurimus & ſitimus·Hoc idẽ pa-tet de ſc̃õ euãgeliſta Ioãne in legẽda ſua:dixerunt enĩ nulla rõne poſſumus accipe auꝝ aut argẽtũ aut ueſtes aut domos:aut predia:aut ſeruos:aut ãcil-las.Hic tñ aduertendũ eſt:ꝗ preceptũ erat apoſtolis nil habere utſupra uiſũ eſt.Et hoc ſeruauit Paulus cum aliis. Permiſſum aũt erat uiuere de cibis & in ꝓdiis alienis & nõ ꝓceptum· Vnde Chriſ.ubi ſupra.Oĩbus eos denudãſi oĩa eis dedit pmittens i domibus illo-rũ q docentur manere:& nihil hñtes introire.Hoc idcirco dixerim:qm̃ Pau lus preceptũ de nõ poſſidẽdo: nec fer-rendo pecuniã ſeruauit· Sicut Chriſo docet exꝓſſe in lib.de laudibus pauli. Permiſſionẽ aũt de accipiendis corpo ri neceſſariis ab auditoribus aliqñ te-nuit utẽs iure ſuo.Vñ·ii·Cor.ii· Alias eccleſias expoliaui accipiens ſtipendiũ ad miniſteriũ noſtrũ· Aliqñ nõ tenuit ſublimius ambulando.Vñ·i·ad theſ.i· Nocte & die laborantes ne quẽ ueſtrũ grauaremus:ꝓdicauimus i uobis euã-geliũ dei·Preceptum ergo fuit nihil ha bere:permiſſum uero nõ ꝓceptũ i mẽ ſis & de menſis uiuere alienis· Sed ꝓ-dicte ſnĩe de apoſtolica pauptate uide tur eſſe cõtrariũ ꝗ dñs ipſe legitur lo-culos habuiſſe:ut legitur.Io.xii.&.xiii. Sufficit aũt diſcipulo ſi ſit ſicut magi-ſter eius.ſicut dicitur Mat· io. Item ſi hoc uerꝝ eſſet:tũc ep̃i & clerici alii a tẽ pore Silueſtri eſſent in ſtatu dãnatiõis

ut etiā dicunt Manichei. Habēt enim auꝝ & argentū. Itē ex eadē rōne uidetur ꝙ iſta uita apoſtolica nō ſit aliis ꝗ ꝑlatis eccleſie eis ſuccedentibus imitāda & ſi nō illis:nec aliis. Itē ſi eſt aliqbus imitāda ſufficit ut uidetur eā imitari in itinere cōſtitutis:& nō in domo manētibus:ubi oportet ꝑ depoſita futuris periculis obuiare. Vñ Augu.ii.de ſermone dñi exponēs illud. Nolite ſollicitī eſſe.&c. Dicit ſatis apparet dñm noſtrū nō hoc īprobare:ſi qs humano more iſta ꝓcuret:ſed ſi qs pp iſta deo militet. Ad primū rñdet Chri.ſup Io. omel.lxxi. Vbi agitur de loculis domini dicēs. Qualiter nō uirgā nō peram nō es iubens deferre:marſupium ferrebat ad īopū miſteriū:ut diſcas:qm ualde pauperē & crucifixū huius oportet facere multa ꝓcreatione:multa enī ad noſtrā diſpenſans doctrinā. hec Chri. Habuit ergo loculos ꝑ aliis:& hoc dupliciter. Prīo ꝑ aliis pfectis: eccleſie.ſ. ꝑlatis:ut doceat eos habere loculos ꝑ neceſſitatibꝰ paupeꝝ releuādis. Vnde Aug. ſup Io. omel.lx. Habebat dñs loculos:a fidelibꝰ oblata cōſeruās:& ſuorū neceſſitatibus & aliis indigentibus tribuebat:tunc primū eccleſie pecunie forma ē īſtituta. hec Aug. Hec eſt autē forma de qua dicit Proſper. Hoc ē poſſidēdo oīa cōtēnere:non ſibi ſed aliis poſſidere. In ſuos aūt uſus:nunꝗ expſſe legitur. dñs loculoꝝ pecuniā cōuertiſſe:imo magis ꝓtenditur oppoſitum Mat.xvii. ſup illud Solue didragma. ubi legitur dñm ſoluiſſe didragma de pecunia miraculoſe ī ore piſcis repta. Ibi enim dicit Hiero.in glo. Dñs tante fuit paupertatis:ut unde daret tributa nō hēret. Iudas qdē cōia in loculis habebat:ſed res paupeꝝ in uſus ſuos cōuertere nephas duxit:idipſum dās exēplum nobis. hec Hierony. Itē habuit loculos ꝑ aliis infirmis & īperfectis: q habent loculos ꝑ ſeipſis:q etſi ſint pfecti reſpectu habentiū ꝓpria uel multa & magna:quū ipſi habeāt pauca: ſunt in hoc īperfecti reſpectu illoꝝ q nihil habent penitus in hoc mūdo:qa nihil habentes penitus:ſunt in ſūmo in hac pte ut eſt poſſibile ſtatu a mundi periculis & illecebris abſoluti. Vnde Vgo ſup ꝑs.lxxxi. dicit. Habebat ieſus loculos conformās ſe īperfectis:xp̄s in nūero īperfectoꝝ inueniri uoluit:ne preſumerent nō accipiētes:& confunderentur accipientes. hec uerba Vgonis. Et ſup illud.ꝑs. Producens fenū iumētis. Dicit Aug. Habuit dñs loculos & dictū eſt de qbuſdā religioſis feminis ꝗ miſtrabāt ei de ſubſtantia ſua. Futurus erat Paulus nihil tale aliqn reqrēs: ſed qa multi infirmi iſta qſituri erant: magis infirmoꝝ pſonā ſuſcepit chriſtus. ſublimius Paulus:nunqd & chriſtus? ſublimius chriſtus qa miſericordius. Quū enim uideret paulū non iſta qſiturum preuidit ne dānaret queſiturū: & prebuit exemplū in infirmo. hec Auguſt. Quod aūt dicit ꝙ preuidit Paulū non iſta queſiturum:itelligendum eſt aliquando:& non ſemper:quoniā aliquādo accepit:aliquādo non:ut ſupra patet. Qui igitur tm̄ ꝑ aliis habent loculos:ad hoc auctoritate eccleſiaſtica compulſi:ſi quantum in ſe eſt optent ꝑ ſe carere loculis:ad ſe aūt ſeruantes diſtrictionem paupertatis: ut patitur infirmitas:in alios affluentes:ſi nō habeantur loculi in doctrine preiudiciū uel impedimentum eos habent ſine

omni imperfectione:quia conueniunt cum christo in hñdo & in rõne hñdi. Qui aũt hñt loculos pro ſeipſis:hñt eos ut infirmi:cõuenĩetes cũ christo in hñdo:ſed nõ in hñdi modo : qa ipſe non habuit loculos pro ſeipſo ut uiſum eſt. quum infirmãtes tanto ad fortitudinẽ appropinquãt:q̃to paucioribus cõteti ſũt. Sed nũqd christus ſemp loculos hũit? dico ꝙ nõ: imo cõiter legitur uixiſſe de cibis alienis:& in alioꝝ mẽſis. Et Luc.viii.dicitur. Quod ſãcte mulieres cõmitabãtur cũ eo miſtrãtes ei de facultatibus ſuis.Et ſine loculis & hũana puiſiõe:ſicut apoſtolos miſit:ſic ipſe ciuitates & caſtella circuiuit plures: ꝓpter qđ Chriſ.ſup Mat.omel.xxii.tractans illud.Sufficit diei malitia ſua:addit ne poſſid’itis auꝝ neqꝫ argẽtũ neqꝫ perã in uia:qa p opa q̃ oſtẽdit legiſlationẽ q̃ eſt a vbis ualidiorẽ facit q̃m facile eſt ſuſceptibilis ſermo opibus certificatus. Vbi ergo oñdit? Audi eũ dicẽtem. Filius hoĩs nõ hẽt ubi caput ſuũ reclinet. hec Chriſ. Ecce ꝙ xp̃s legem datã apoſtolis de loculis nõ hñdis ipſe ĩpleuit circuẽdo p caſtra ĩ qbꝰ nõ hũit ubi caput ſuũ ſctiſſimũ reclinaret. Et licet quodãmõ infirmũ uideatur ſcđm genus ſuũ reſpectu pfectiõis Pauli neceſſaria recipere illo mõ quo dñs recepit a mulieribus ſecum itinerãtibus & comedẽdo in mẽſis alienis: lõge tñ eſt ſublimius ſic de alienis uiuere:ꝙ nihil ex eis poſſeſſorie hẽatur: q̃ depoſitũ recipe & pecuniã cũ reſſertis ꝓmptuariis poſſidere.pp qđ dñs modũ illũ in ſingularis pfectiõis exẽplũ comẽdãs apoſtolis:hẽre loculos ĩterdixit. Et ipſe modum ĩpm ĩ maiori pte ut oñſum eſt cuſtodiuit. Vnde nuſq̃ in textu euangeli cõ ſit mentio de loculis niſi.vi.die añ articulũ paſſionis. Vbi de iuda dicitur qa fur erat & loculos hñs & ea q̃ mittebantur portabat.Io.xii. Et.xiii.dicitur. Quidam putabãt qa loculos hẽbat iudas:ꝙ dixiſſet ei Ieſus Eme que nobis opus ſunt:aut ut egenis aliquid daret. Circa illud ẽt tp̃s imo ipſa ueſpa qua uoluit cõphendi:diſpẽſauit cũ apoſtolis ut poſſent hẽre loculos ſinguli:durante rabie pſecutionis mortuo ſaluatore. Vñ Luc.xxii. Quãdo miſi uos ſine ſaculo & pera & calciamẽtis:nũqd aliqd defuit uobis? qui duxerũt ei. Nihil dixit ergo eis Sed nũc qui habet ſaccu lum tollat:ſimiliter & perã. Ibi glo. Bede dicit. Non eadem uiuendi regula perſecutionis que pacis tpe diſcipulos informat. Miſſis eni ad pdicandũ diſcipulis pcepit eis:ne qd tollerent in u a ordinans:ut qui euãgeliũ anuntiat de euangelio uiuat. Inſtante uero mortis articulo & tota illa gente paſtorem ſimul & gregem perſequente:cõgruum temporum decreuit:permittens ut tollant neceſſaria uictui:donec ſopita pſecutoꝝ inſania tempus euangelizandi redeat. hec glo. Igitur Apoſtoli miſſi ad predicandum loculis caruerunt: tempore uero paſſionis & pſecutionis diſpenſatiue loculos pro ſeipſis habuerunt. Tertio bona multitudinis ad tp̃s diſpenſauerunt:& illam diſpenſationẽ ut impedit iuam uerbi dimittentes: ad permaximã reuerſi nuditatem loculis caruerunt:ut ſupra uiſum eſt. Preterea licet domino uolente portati fuerunt a iuda proditore:non tamen uidetur in eis aliquid iuris poſſeſſorii uendicaſſe. Vnde Ioannes.xiii. Venit princeps mundi huius & in me non

habet qcq̃.glo. Noluit dn̄s habere qđ perderet: uenit pauper ne haberet dia bolus qđ auferret. Rn̄deo ergo breuiter ad obiectū de loculis: ꝙ christus ali quādo habuit loculos pro aliis: ut ad hec informaret eccleſie ꝑlatos. Itē habuit loculos pro infirmis cōſolandis: q habēt loculos pro ſeipſis. Sic in eorū ſolatiū fugit: quū q̃rerctur lapidādus: ne deſperēt ſi aliqñ fugiant pſequētes. Sed in exēplū fortiū ſe ſponte obtulit paſſioni: & pro ipſis in pauptate informādis caruit loculis quaſi ſemper: nec habitos tenebat poſſeſſorie recōditos: ut q habēt pro ſeipſis: & nō gratia diſpenſationis loculos ſciāt ſe in hac parte pfectionis apicē nō tenere. Cum dicit ſufficit diſcipulo. &c. Sciēdū ē ꝙ qū magiſter unus diuerſos docet diſcipulos: ſingulis in ſuis gradibus cōdeſcendēs: ſicut apoſtolus iter pfectos loquebatur ſapiētiam: lac puulis dans eſcā: nō debet ſufficere diſcipulo lactis capaci: in lacte ſemp ſiſtere: etiā ſi lac bibat magiſter ei cōdeſcēdēs: ſed magis ad hoc tendere: ut ſit ſolidi cibi capax. Ita in ꝓpoſito nō debet ſufficere diſcipulo ut ſit ſicut magiſter eius infirmis cōdeſcendens: ſed ut ē poſſibile gradatim in artis apices ſe extēdat. Vñ illud uerbum. Sufficit diſcipulo. &c. pro ſolatio tribulationis dictū eſt ſpecialiter: ut. ſ. exēplo magiſtri in tribulationum ſufferētia uiriliter pſeuerēt. Ad ſcđm dicendū ꝙ illa manicheoꝝ calūnia ꝓceſſit ex inſipiētia manifeſta. Predicta enim paupertatis diſtrictio nō fuit impoſita apoſtolis ut prelatis: quū nōdū illo tpe prelati eſſent nec etiā ſacerdotes: ſed tm̄ autētici ꝑdicatores miſſi toti mūdo in ſc̄titatis exēplum: ut ſuperius eſt oſtēſum. Vñ illa paupertatis diſtrictio nullos ligat alios: niſi illos qui ad hoc ſponte ſe obligant ꝑpter chriſtū. Nō ſolum ergo poſt Silueſtri tēpora: imo ſtatim in eccleſie principio ipſi chriſti diſcipuli iſtituerunt prelatos in curarū ſuaꝝ cuſtodiis reſidentes: qbus nunq̃ fuit interdictū habere bona eccleſiaſtica ſibi neceſſaria: ac ſubditis ſuis pauperibus errogāda. Succedunt ergo ep̄i apoſtolis in culmine auctoritatis: in obligatiōe ad trine miniſteriū paſſionis: ſed nō in diſtrictiōis & paupertatis debito ſupradicte. Hoc repies notatū & probatū. xii. q. i. c. Videntes. Et Ber. dicit. ii. de conſidera. Nec ē locus ocio ubi ſedula uiget ſollicitudo oīum eccleſiaꝝ. Nam quid tibi dimiſit ſc̄tus apoſtolus? Quod habeo inqt hoc tibi do. Quod illud? Vnum ſcio neq; aurū neq; argentū. quū ipſe dicat argētum & aurū nō eſt mihi. Eſt ergo ut alia quacūq; rōne hoc tibi uindices ſed non apoſtolico iure: nec enim tibi dare quod nō habuit potuit. hec Ber.

Ad tertiū dicēdum ꝙ prelati ad uitā illam nō tenentur: quia indifferēter oībus ꝓponitur eam uolētibus imitari. Vñ Hierony. ad elbidiam. Vis pfecta eē: & i primo ſtare faſtigio dignitatis? Fac qđ fecerunt apoſtoli. Vende oīa q̃ habes & da pauperibus & ſequere ſaluatorē. Et nudā ſolāq; crucem: uirtute nuda ſequaris. Ad quartū dicēdū ꝙ iſta apoſtolica pfectio nō ſolum in itinere ſed domi: etiam eſt obſeruāda ut nullū depoſitū pecunie habeatur ab his qui hmōi pfectionis regulā imitātur. Vñ Chriſo. ſup Mat. omel. xxxii. in fine expōnis litteralis de nō poſſidēdo aut portando auro uel argēto dicit. Si

in aliena patria exiſtētes & ad ignotos abeūtes nihil amplius opportet petere quottidiano cibo: multomagis domi manentes. Itē. xxii. Luc. Sup illud. Nūc qui habet ſacculū. &c. dicit glo. In hoc datur nobis exēplum. Vt nō nunꝗ cau ſa inſtāte: quedā de noſtri ꝓpoſiti rigo re ſine culpa poſſumus intermittere. Verbi gratia Si per inhoſpitales regio nes iter agimus: plura uiatici cauſa li cet portare ꝗ domi habeamus. Et exꝑſ ſe etiā ī euāgelio a pari ꝓhibetur apo ſtolis poſſidere pecuniā & portare: ut patet ex Hierony. ſuper Mat. ibidē. & Rabano. Hec fuit ergo paupertas apo ſtolica ante paſſionē: & poſt paſſionē ad tēpus: tñ medio tēpore paululū di ſpenſatione dñi interdicta. Nec tñ om nes ut dictū eſt: ad hoc tenentur. Et iō uerbum Aug. Loquēs de cōmuni ſta tu hoīum precedētibus nō repugnat.

Sed iſtū regule articulum fratres pre uaricare uidētur: dum recipiūt ut alii pauperes ſibi pecunias errogatas. Si enim ille facit cuius auctoritate fit: ip ſoꝝ aūt auctoritate pro libito eoꝝ ſuis familiaribus pecunia pluries cōmen datur: & aliquotiens extra dantiū pote ſtatem: ergo ipſi pecuniā recipiunt ut uidetur. Ad hoc patet rñſio. qm̄ dare & recipere opponūtur relatiue. Igitur de neceſſitate ſicut dare ſe hēt ad trāſ lationem dominii & priuationē dan tis: ita recipere ſe habet ad dominii ac qſitionē: ſed nullus dat aliqd niſi intē dat ſe priuare eius dominio: & ipſum trāſferre in alterū. Nullus ergo recipit ꝓprie: ſcđm ꝙ receptio opponitur da tioni: niſi qui intendit ſibi rei dominiū aqrere. Vnde uerſus. Nō tibi dat quiſꝗ niſi quo uult expropriari: Nec tu quid recipis niſi uelis ei dominari. Nā que recepta data ſibi ſunt aduerſa relata. Dans ſua priuatur: recipit qui poſt do minatur. Argumentū aūt factū ex falſi ſuppoſitione ꝓcedit: quia nō fratrum: ſed mittētium auctoritate pecunia cu ſtoditur. Vñ dominium apud mittētes ſemper manet: donec ſit per fratrū ne ceſſitatibus cōmutata qđ probatur: qa dicit. l. ff. de acq. reꝝ domi. Rem in bo nis noſtris habere intelligimus quoti ens poſſidentes exceptionē aut amittē tes ad recuperādam eam actionem ha bemus. Quū igitur ille qui miſit pecu niam ſi uiuit poſſit eam repetere ſicut ſuā: nūꝗ a dñio ſuo receſſit: nec in ius tranſit alienū. Forte dices ꝙ mittens pecuniā intēdit ſe priuare ipſius dñio. Fateor ꝙ uerum ē: ſed modo licito fra tribus & honeſto. Quū enim intendat fratres habere apud deū interceſſores: nō intendit eos abuſu pecunie ſue fa cere preuaricatores. Manet ergo ſemꝑ pecunia in bonis eius: donec ſit ꝑ fra trum neceſſitatibus cōmutata. Am plius ponamus ꝙ intendat ſe priuare dñio pecunie ſtatim ut eſt alicui fratrū familiari comēdata. Dico ꝙ adhuc a fratribus nō recipitur: cum nō intēdāt ꝙ aliqua pro eis recipiatur pecunia ſi cut ſua: nec oīno conſentiāt ꝙ eis poſ ſeſſio aqratur. Sine uoluntate aūt nō aquiritur poſſeſſio. Vñ dicit. l. in. §. Si infans. ff. de acquirēda poſſeſſione. ꝙ in amittenda poſſeſſione affectio eius qui poſſidet eſt intuēda. Itaqꝫ ſi in fun do ſis: & tñ nolueris eum poſſidere: ꝓ tinus amittes poſſeſſionē. Nec etiam ſine uoluntate donatoris trāſfertur do minium: ut patet. ff. de acq. reꝝ domi. Vnde cum dator pecunie intendat eā

dare tñ ut poſſit in fratrũ uſum cõuer ti:nunꝗ uult in eos dñium transferri: ſed tñ pro neceſſitatibus ipſoꝝ cõmu tari. Item ibidẽ dicit alia lex ꝙ furioſus nõ poteſt incipere poſſidere:quia affe ctionẽ poſſidendi non habet licet rem corpore contingat. Ergo ꝗ diu manet fratribus uolũtas ĩmobilis nullum ius poſſeſſoriũ ſibi aquirendi:etiã ſi qđ ab ſit eoꝝ manibus pro ipſoꝝ neceſſitati bus pecunia ĩferatur:nõ tamẽ eam re cipiunt ſcđm ꝙ receptio in eoꝝ regu la inhibetur. hoc pro tãto dixerim: qa nõ eſt eis inhibitũ quin poſſint recipe re cuſtodiã pecun e aliene: ſed nc con ſentiant in aqrendo ſibi pecunie ius ꝓprium uel cõmune. Amplius pona mus ꝙ pecunia tradatur ꝑ manus di uerſas uſqꝫ ad cẽteſimam datori peni tus ignotam. Dico ꝙ adhuc manet in bonis eius Eo enim modo quo tenuit eã auctoritate ſua primus tenet & ſecũ dus & milleſimus: quia dicit. l. ff. de ac qui reꝝ dñio. ꝙ traditio nihil amplius trãſferre debet uel poteſt ad eũ qui ac cipit:ꝗ ẽ apud eum qui tradidit. Vnde ſemper poteſt repetere hmõi pecuniã: ſicut ſuam qui ipſam pro fratrum ne ceſſitatibus cõmendauit: poteſt enim mutare uoluntatem ſuam. Et pro tan to aliter eſt in ultimis uolũtatibus de functoꝝ:quia eorum uoluntas eſt im mobilis. Et ideo ſi contingat executo res repetere pecuniam malicioſe pro fratrum neceſſitatibus cõmendatam: nõ eſt reſtituenda:quum ſint contrarii ipſius teſtatoris ultime uoluntati. ꝙ ſi ipſi malitioſe pecuniam detineant cõ tra formam teſtamẽti:nec eam uelint cõmendare alicui fideli pro fratrũ ne ceſſitatibus diſpẽſandam:poſſunt fra tres ordinariis denuntiare iniuriã de functi & ſuam ſine perfectionis ſue de trimento aliquo. Nec tñ poſſunt iudi tialiter repetere ſicut ſuam:ꝗuis ſit eis debita quecũqꝫ portio teſtamenti. ꝙ ſi queras cuius ſit pecũia legata: dico ꝙ manet in bonis defuncti: donec ſit ꝓ fratrum neceſſitatibus commutata. In bonis inꝗ defuncti erogandis nõ he redibus reſeruandis. Vñ ſi fratres om nino eam reſpuant:debet aliis paupe ribus erogari. Frẽs igitur nullo mo do: nec in peccoribus:nec numerali bus:nec in quibuſcũqꝫ aliis recipiunt pecuniam:nec mutuo:nec dono: nec legato:nec per ſe:nec per interpoſitam perſonam:quia nec dominiũ nec poſ ſeſſionem ſibi intendunt acquirere cõ mune uel proprium ullo modo. No men etiam pecunie poſſeſſionem ſo nat:propter qđ & Ioui. nomẽ pecunie impoſitum eſt:cuius ſcđm fabulas om nia ſunt:ut patet. vii. de ciui. dei. c. ii. & xii. Vnde cũ ſint diuitie celeſtes & ter rene:pecunie nomen tñmodo terrarũ ſonat:ſicut docet ſanctus Auguſt. ibi dem & ꝙ nomine pecunie uiliſſime & cõtumelioſiſſime deus nũcupatur: cum tamen idem diues dicatur:reci pere ergo pecuniam eſt recipere poſ ſeſſionem. Hec eſt igitur ſumma pre dictorum: ꝙ fratres pecuniam non re cipiunt per ſe uel per interpoſitam perſonam: patet tam a parte pecuni am mittentium uel dominorum : ꝗ a parte ipſam recipientium uel nun tiorum: ꝗ etiam a parte ipſorum fra trum:quoniam mittentes non inten dunt fratres facere preuaricare quos uolunt habere pro ſe interceſſores. Receptores etiam pecunie cuſtodiũt

eam nón auctoritate fratrum ſed mittentium:non inq̃ auctoritate fratrum licet cuſtodiant eam uoluntatem ipſorum.Fratres etiam non intendunt in pecũia ſic miſſa uel cuſtodita:ius poſſeſſiõis uel dominii ſibi aliqualiter uẽdicare. Sed pro ſecũda parte huius rubrice ſubdit. Tamẽ pro neceſſitatibus infirmoꝝ.ne maneant deſolati & aliis fratribus induendis:in quibus alie neceſſitates maiores intelliguntur. Miniſtri:quoꝝ eſt miniſtrare & nõ miniſtrari exẽplo dñi Mat.xx.Et cuſtodes:quorum eſt curam gerere infirmoꝝ. Nam ſamaritanus cuſtos interpretatur : qui curam habuit ſemiuiui.Nomina ãt cuſtodum & miniſtroꝝ &ſi diuerſis appꝛientur: tñ circa eaſdẽ perſonas dicunt modum offitii:in hoc ordine prelatoꝝ:miniſterium dicit humilitatem. Cuſtodia aũt uigilantiam inſinuat paſtoralem:ne ꝑpter humilitatem ſic diminuatur auctoritas & uigilantia : ut ꝑiclitetur ordinis diſciplina. Vnde Iſaie.xx. Super cuſtodiam meam ego ſum ſtans totis noctibus. ꝑpter quod & Miniſter ipſe generalis cuſtos inferius in regula appellatur.Hic aũt cuſtodis noĩe intelliguntur etiam guardiani qui hñt cuſtodie immediate intendere paſtorali ſollicitam curam gerant.Iſtis ergo tñ eſt impoſita cura ꝓdicta ſollicita propter duo.ſ.ut nullus ſine ipſis ſit ſollicitus & quia diſpẽſatio eſt neceſſaria ſcd̃m ſtatus uarios de qua addit. Scd̃m loca & tẽpora & frigidas regiones ſicut neceſſitati uiderint expedire.Iuxta ergo has neceſſitates:neceſſe eſt diſpenſatiue temperare rigorem: quod temperamentum a ſolis miniſtris & cuſtodibus in quibus guardiani intelligũtur debere fieri hic docetur.Eo ſemper ſaluo ut ſicut dictum eſt:denarios uel pecuniam non recipiant.Hic idcirco replicat ne pro illius neceſſitatis periculo ſuſtineant labefactari ordinis puritatem. Sciens per receptionem talium ſub falſo neceſſitatis ꝓtextu:plures in clero & clauſtro deo & hoĩbus uiluiſſe.Eo ꝙ radix iniquitatis Antiochus q̃ interpretatur ſilentium pauperis templum dei legitur in machabeoꝝ hyſtoria ꝓphanaſſe.Et tenebreſcente ſtudio ſapiẽtie:quaſi ſole luna ſcientie & ſtudii in ſanguinem eſt mutata.Hec eſt radix ſapiẽtie btõ Fran.diuinitus inſpirata: ne uepribus & ſpinis pene ĩ uniuerſa terra exiſtentibus terror ſpinaꝝ & ueprium ueniat horto ſuo:quia de ſpinis uue minime colliguntur.

Rubrica qnta.

FRatres illi.Poſt excluſũ periculum iude : hic excludit periculum religionis ficte ne ſponſa chriſti panẽ comedat ocioſa. Primo informat labori habiles : ad laborem. Scd̃o ſubdit ad laborandum triplicem rationem.ibi. Ita ꝙ excluſo. Pro primo dicit. Fratres illi.non dicit omnes:ſed illi quibus dedit gratiam dñs laborandi. In hac gratia intellige uires corporis & habitum artis acquiſitum ac humilitatem etiã acquirendi. Laborẽt fideliter :reſpectu ſui & proximi:& deuote: reſpectu dei. ut.ſ.labor ipſe in dei gloriã dirrigatur. De cuius cõiter loquatur laboris genere patet ex rationibus laboris : que ſunt tres.ſ.excluſio occioſitatis : infla-

natio deuotionis:adeptio etiã ſubſtẽ-
tationis neceſſarie corporalis. Voluit
ergo hic ſcũs ſũme fratribus ĩponi exer
citium:qđ pfectiſſime excludit ocium
qđ ſũme nutrit deuotionis affectũ: qđ
laudabiliori modo corpori neceſſaria
ſubminiſtrat. Labor aũt corporalis &ſi
excludit ociũ a corpore tñ pro tãto ad
modicũ utilis eſt quia a corde ſordes
& ocium non excludit ſicut patet de
mechanicis qui inter labores ſolent ſer
mones turpiſſimos eructare. Studium
aũt ſapientie cor ipm occupat. Prouer.
xxiii. Prebe fili mi cor tuũ mihi. Et Sa
pientie. viii. Labor huius magnas ha-
bet ṽtutes. Ideo dicit: ita ꝙ excluſo ocio
aĩe inimico Eccle. xxxiii Multam mali-
tiam docuit ocioſitas. Item labor ipſe
ſapientie excitat ſũme deuotionis af-
fectum. Sap. viii. Immortalis eſt in co-
gitatione ſapia:& amicitia illius delle
ctatio bona & in operibus manuum il
lius honeſtas ſine defectione ideo ad-
dit regula: ſancte orationis & deuotio
nis ſpũm non extinguant. Modus aũt
laudabiliſſimus corpori neceſſaria ac
quirendi eſt in predicationis & doctrine
laboribus exerceri: labor enĩ mechani-
cus condigne circa ꝑtia compenſatur.
Non aũt eſt digna compenſatio: rece-
ptio corporaliũ ſpũalia ſeminanti. i. ad
Cor. ix. Si uobis ſpiritualia ſemiamus:
non eſt magnũ ſi carnalia ueſtra me-
tamus. Ideo addit De mercede uero
laboris pro ſe & ſuis fratribus corpo-
ris neceſſaria recipiant. Luc. x. Dignus
eſt operarius mercede ſua. Hoc apo-
ſtolis exiſtentibus ꝑdicatoribus dictũ
eſt: qa prelati nondum erant illo tpe:
ut ſupra patet. Et ut ſanctus docet Au
guſti. lib. de ope monachorum. quat-
tuor generibus hoĩum licet de euãge-
lio uiuere. ſ. Miniſtris altaris qui ſacrifi
cium offerunt pro populo: eidem diui
na cant ca decantando. Item diſpenſa
toribus ſacramentoꝝ: & euangeliſtis:
ac illis qui ante conuerſionem ſuã ha
bebant ſufficienter unde uiuere pote-
rant quod pauperibus errogarũt. Pre-
ter denarios uel pecuniam ne aliquo-
modo tranſeant in ius ordinis. Quod
nomen tertio inhibet ꝓpter triplex ge
nus pecunie. ſ. numeraliũ: terrenaſcen
tium: & peccoꝝ etiam a quibus eſt pe-
cunia appellata. Vnde ipſe dñs: uni
uerſe perfectionis exemplar nunq̃ legi
tur alio labore genere laboraſſe: ſciens
ꝙ licet Paulus qui habuit ſpũm in ple-
nitudine & ſapientiam ſancti ſtudii la
bore ſtipẽdiario laborauerit: nõ poſſet
tñ hoc cõuenienter fieri ab his qui cir-
ca procurandam ſalutem hoĩum ſunt
ſolliciti uita & uerbo: ſine huiuſmodi
ſollicitudinum detrimẽto. Preterea
labor ſapientie ſimpliciter eſt melior
corporeo labore: ꝗuis in caſu poſſit la
bor ſtipendiarius eſſe neceſſarius pre-
dicanti. Dñs igitur quod ſimpliciter
predicanti melius elligens non labora
uit ſtipendiarie: ne doctores non labo
rantes arguerentur: uel labore tali im-
pedirentur a ſtudio uerbi. Nec Paulus
ubiq; ſed tãtũ alicubi laborauit. Quia
igitur quidam fratrum habent gratiã
laborandi ſpiritualiter: quidã uero tñ
corporaliter: omnibus dans regulam
generalem. Dicit ut unuſquiſq; data ſi
bi gratia utatur. Fratres quibus dedit
dominus. &c. Sed ne exactio turbet de
bitores aut extra modum mendicita-
tis degeneret: addit. Et hoc humiliter
ſicut decet ſeruos dei & pauptatis ſan-

ctiſſime ſectatores. Scieñ autem ꝙ om
ne genus hoīum ad aliqđ genus exer
citii utilis pro loco & tempore obliga
tur: ꝑceptorie enim dicitur Geñ .iii. In
laboribus comedes. &c. Vnde qui ad
maiora apti nō ſunt preceptio apoſto-
li labore ſunt corporeo exercendi. Di-
cit enim .ii. Theſ. iii. Audiuimus quoſ-
dam inter uos ambulare inquiete ni-
hil opāte: ſed curioſe agentes. His āt
qui eiuſmodi ſunt denuntiamus. &c.
Impiū eſt aūt illud quod ocioſis & cu-
rioſis imponitur: uelle ad alios exten-
dere qui ſublimioribus & utilioribus
ſunt intenti.

Rubrica. vi.

FRatres nihil ſibi approꝑent
Hic tertio excludit tertium
periculum: qđ. ſ. de appro-
priatis cōibus noſcitur pro-
ceſſiſſe. Et hec quattuor habet partes.
Primo inhibet appropriationē. Secun
do imponit mendicationē. ibi uadant.
Tertio excitat ad paupertatis inuiola-
bilem amorem ibi hec eſt illa. Quarto
informat fratres ad mutuā conſolatio
nem ibi. Et ubicūqʒ ſunt. Dicit ergo ꝑ
primo. Fratres nihil ſibi approprient.
Quia ſupra inhibuit receptionem pe-
cunie ne credatur ꝙ alia licet admitte
re: utpote īmobilia: generali ſermone
excludit oīa: dicens: nihil ſibi appropri
ent: ſupple nec proprietate pſonali nec
generali ipſius cōitatis: ſicut dicit pa-
pa regulā declarādo. Vnde addit nec
domum nec locum nec aliquam rem.
Hec quidē certe: quia quū dicat Sene
ca. Tutiſſime uiueretur: ſi duo uerba
tollerētur meum & tuum. Plane ēt iſtiſ
temporibus ſūmum facere in eccleſia
tumultum noſtrum & ueſtrū. Sed tāq̄
peregrini & aduene in hoc ſeculo in
paupertate & humilitate dño famulā
tes intentio eſt plane ſan Fran. ut fra-
tres ſicut ſerui utantur rebus in aliena
poſitis poteſtate. Sed qdam aduer-
ſarii ueritatis: aliquando cōtra hoc obi
cerunt: quia .xii. q. i. dicit. c. Expedit. Ex
pedit facultates eccleſie poſſideri: & ꝓ
pria perfectionis amore contemni. Et
conſequenter eodem capitulo ponens
exemplum de ſancto Paulino qui om
nibus ſuis propriis diſtractis factus ē.
poſtea Arelatenſis eṗs eccleſie: cuius
facultates fideliſſime diſpenſauit. Sub
dit. quo facto. ſatis oſtenditur: & ꝓpa
debere propter perfectionem contēni
& tamen ſine impedimento perfectio
nis poſſe eccleſie facultates que ſunt
profecto cōes poſſidere. hec Proſper.
Ergo carere bonis cōmunibus appro-
priatis nihil addit perfectioni. Item
uidetur iſta forma uiuendi falſum im
ponere eccleſie dei. Clerici & religioſi
qui habent bona eccleſiarum nō ſunt
dñi eorum. Sed uſum tm̄ habent: quia
dicit. l. ff. de rerum diui. ꝙ que dominii
ſunt iuris: in nullius bonis ſunt: ergo
clerici non habent dñium ſed uſum
tantum Item res quibus utuntur fra-
tres: aut ſunt alicuius domini aut non
Si nullius: conceduntur occupanti. Si
ſunt in alicuius bonis utpote curie ro-
mane: ergo ꝙ fratres contemnunt pro
pter ſaluandam ſuam perfectionem:
attribuendo illi eccleſie: imponunt ei
imperfectionem: quod nephas eſt dice
re. Cum ipſa eccleſia toti orbi ſit poſita
in ſpeculum & exemplum ut patet. xix

diſ.c. Enim uero. Item res quibus utuntur fratres: aut ſūt proprie aut comunes. Si proprie damnabiliter habētur: ſi ſunt cōmunes: ergo ipſi ſunt de numero illoꝝ de quibus dicitur Actu. iiii. Erant illis omnia comunia. Item fratres utuntur rebus que conſumūtur ipſo uſu in talibus autem dominium nō differt ab uſu: dn̄ium autem eſt appropriatio in ſūmo: ergo talia ſibi appropriant ut cibos & ueſtes & huiuſmodi. Ad primum dicendum ꝙ ſicut cōmunitas rerum ꝑus inſtituta eſt in charitatis incentiuū: ſic carentia omnis iuris proprii uel cōmunis apoſtolis impoſita iſtis nouiſſimis tēporibus renouata eſt ad auaritiam extirpandā que pernitioſius hodie ſerpit in bonis eccleſie: quorum abuſus eſt ſacrilegiū: ꝗ̄ in aliis quibuſcūqꝫ. Cum ergo dicit qa expedit. &c. Fateor inꝗ̄. Expedit qa dicitur Eccle. xxvii. Omnia omnibus expediunt: & non omni aīe omne genus placet. Vnde & apoſtolus talia ſibi minime expedire dicit. i. ad Cor. vi. Omnia mihi licent: ſed non omnia expediunt. Cuius cauſam addit dicens. Sed ego ſub nullius redigar poteſtate iudicis. ſ. repetendo aliquid tanꝗ̄ meū. Expedit ergo habere comunia ꝓ ſubſtentatione miniſtrorum & etiam egenorum. Expedit etiā modus alius his qui nolunt poſſeſſionum implicatione ſub terrena redigi poteſtate: nihil habere in proprio uel comuni. Vnde Hieronymus ad Demetriadem. Apoſtolici eſt faſtigii perfecteqꝫ uirtutis omnia uendere & pauperibus diſtribuere: & ſic leuem & expeditum cū chriſto ad celeſtia ſubuolare. Et quod additur ibidem ꝙ ſine impedimento perfectionis poſſunt cōmunia diſpenſari. Fateor uerum eſſe quia ut ſupra tactum eſt nō repugnat perfectioni ꝗ̄tumcūqꝫ pauperis eccleſiaſtica bona imperante eccleſia ſuſcipere diſpenſanda: ſi ꝗ̄tum in ſe eſt diſpēſator ſemper eis carere optet ad ſe ut patitur fragilitas: diſtrictionem minime relaxando ſic enim diſpenſans loculos habet non pro ſe: ſed pro aliis: & in habendo & habendi modo: conformis eſt ut ſupra patuit ſaluatori. Ad ſcd'm dicēdum ꝙ illa quibus utitur eccleſia in nullius ſunt bonis proprietarie quo ad perſonam: ſunt tamen propria comunitatibus eccleſiarum. Vnde dicitur Actu. iiii. Nec quiſꝗ̄ eorum ex his que poſſidebant aliquid ſuum eſſe dicebat: ergo poſſidebant in comuni: ſed non proprietarie. Et pro tanto dicuntur talia in nullius bonis eſſe: iuxta ꝙ dicit. l. ff. de rerum diui. Quod res publice in nullius ſunt bonis: ipſius enim uniuerſitatis eſſe creduntur. Nō eſt tamen uſqꝫquaqꝫ ſimiliter de proprietatibus ciuitatum & eccleſiarum.

Ad tertium iam patet: omnia enim mobilia quibus ordo utitur: ſunt mere immediate ipſius eccleſie romane. Sic auctoritate habere pro aliorum neceſſitate in eo qui ingreditur per hoſtium apoſtolico more: in nullo perfectioni repugnat ut ſuperius eſt oſtenſum.

Ad quartum dicendum ꝙ res quibus fratres utuntur: ſunt eis comunes quātum ad uſum ſed non tamen quātum ad dominium. De illis autem ſanctis in ieruſalem conſtitutis dictū eſt ꝙ erant oīa cōia ꝗ̄tū ad poſſeſſionm. Alii ꝟo plurimi comunē uſum illarum rerum ſine dñio

habuerunt ſicut erant apoſtoli:quādo erant preſentes illi multitudini:ut patet.xii.q.i.Dilectiſſimis. Ad quintum cōcludendo dico ꝙ duplex eſt uſus rerum.Quidā enim utuntur rebus auctoritate ꝓpria:ut domini.Quidā aliena:ut ſerui:qa ut dicit.l.ff.de peculio. Veſtis qua utitur ſeruus:eſt de peculio domini.Et alibi dicit lex:ꝙ res que ſeruo acqritur:dño acqritur. In uſu ergo illoꝝ q ſua auctoritate utuntur rebus hmōi non differt uſus a dominio. In uſu aūt alioꝝ differt. Quia ergo frēs minores ꝓ chriſto ſerui effecti ſunt: utūtur rebus quas uſu cōſumunt: nec tñ eis dominātur:& in hoc ipſum dominū imitātur q cibo ueſtiebatur alieno:in alienis domibus continue hoſpitando. Sed queritur ex quo frēs habent tm̄ uſum reꝝ:poſſunt ne habere uſum quarūcūqꝫ & quātarūcūqꝫ rerū? Et uidetur ꝙ ſic:quia teſte.Greg.Cenſus nō ē in culpa ſed affectus.Ergo ſufficit habere affectionem liberam: nec ē uis de rebus ſiue ſint magne:ſiue ſint parue. Item uidit deus cuncta que fecerat & erant ualde bona:bonū aūt adueniens bono auget ipſum:ergo carētia diuitiaꝝ:nihil facit ad perfectionē. Itē non ne multi ſancti leguntur in utroqꝫ teſtamēto diuitiis habundaſſe? Rñdeo ad queſtionē. ꝙ quū fratres ſint profeſſores altiſſime paupertatis: oportet ut omnia que in eoꝝ uſum ueniunt:habeant ut eſt poſſibile:paruitatem:uilitatem:& aſperitatem:que tria paupertatem altiſſimā naturaliter cōſequūtur.Ecōtra enim. Diuites habēt affluētiam:gloriam & apparētiā: & cōſolationem que poſſunt diuitiis cōparari.Quia ergo paupertas inquātū eſt contraria diuitiis caret his tribus ſicut caret diuitiis neceſſe eſt ut paupertas altiſſima ut eſt poſſibile tribus careat his in ſummo.Nō ergo competit ueris paupibus habere magna horea: & ſūptuoſa edificia:aut q̄cūqꝫ alia ſimilia: nō uaſa ornata:nō celaria:nō uinaria: nō promptuaria inſtaurata.Sed ut oīa quātum patitur fragilitas:ad paupertatis ſanctiſſime regulā reducantur.Iō addit.ut ſint ſicut aduene & peregrini in hoc mūdo. Fateor qdem ꝙ cenſus nō eſt in culpa eſſentialiter uel cauſaliter:ſed occaſionaliter:qa affluentia habita allicit aīum poſſidentis. Vnde Ber.Que eſt rō nō habendaꝝ diuitiarum precipua?qa ſine amore: aut uix aut nunq̄ haberi poſſunt. Et per hoc patet rñſio ad ſcd̄m.Quia oīa ſunt bona eſſentialiter:ſed occaſionaliter mala ſunt ex humana īfirmitate.Vñ Sap. xiii.Creature dei:in odium facte ſunt: & in tētationē aīe hoīum & in muſipulas pedibus inſipientiū.Et poeta dicit. Creſcit amor nūmi quātum ipſa pecunia creſcit. Ad tertium dicēdū. ꝙ aliq ſancti fuerunt diuites ſed pauciſſimi. Vñ diuites in ſingulari & quū cōditiōe cōmendantur.Eccleſiaſtici.xxxi.ubi dicitur. Beatus diues qui inuētus eſt ſine macula.Sed pluraliter damnantur. Luc.vi.ubi dicitur.Veh uobis diuites qui habetis hic conſolationē ueſtram. Illis tñ omnibus chriſtus infinite ꝓponitur:qui ſe exhibuit doctorem paupertatis uerbo pariter & exēplo.Quod autem melior elegit:magis eſt eligendū.

Sequitur ſcd̄a pars rubrice.Vadant ꝓ elemoſyna confidēter:nec oportet eos uerecūdari:quia dominus ꝓ nobis ſe fecit pauperē in hoc mūdo. Sed cōtra

hoc uidetur: ꝙ de ſanctis pauperibus in ieruſalem congregatis dicitur Act. iiii. Nec quiſq̃ egens erat inter illos.

Sed ad hoc patet rñſio ex predictis in ſcd'a rubrica. Quia illi paupes non oĩno diſtrictionem apoſtolice paupertatis profitebantur: ut uiſum eſt. Inter quos erant neophiti uiri & mulieres: q bus ſibe egeſtas pernitioſa forſitan extitiſſet. Ecõtra Paulus dicit pro ſe & ſuis conformibus. i. Cor. iiii. Vſq in hanc horam eſurimus & ſitimus. &c. Et. ii. Cor. ii. Nam cũ eſſet apud nos & egerem nulli oneroſus fui. Item obicitur: qa licet deus pauper fuerit non tñ dicitur a quibuſdam fuiſſe mendicus: ut dicitur. Item fratres mendicando uidentur grauare alios inopes mendicos penitus hũano auxilio deſtitutos. Itẽ Actu. 20. Beatius eſt dare magis q̃ accipere. Rñdeo cum ſũme honorificum ſit dare: ſũma priuatio honoris eſt conſtituere ſe in dandi impoſſibilitate & neceſſitate etiã mendicandi: qa dicit Seneca. Nil carius emitur: q̃ qd' precibus conſtat. Inter oĩa aũt petitionum genera: uerecundiſſima eſt mendicitas. Eſt enim mendicare: ad miſericordiam hoĩum uiuere. Vt dicit Aug. ſuper illud. p̃s. Nutantes transferantur filii eius & mẽdicent. Quid aũt poteſt tam uerecundum eſſe: q̃ in oĩum chriſtianorũ miſericordia ſe ponere? Hoc ſciens ſanctus addit. Nec oportet eos uerecundari. &c. Ipſe enim deus mendicus fuit. Vnde Aug. ſuper illud. p̃s. Perſecutus eſt hoĩem inopem & mendicum. i. chriſtum iudas inquit. Et addit. Mendicũ aũt illum quõ poſſumus intelligere niſi forte: qa dixit mulieri ſamaritane: da mihi bibere? Et in cruce ait. Sitio. Vnde q̃uis oĩa eius eſſent & ei ab omnibus deberentur: ipſe tñ non uſus eſt ſua poteſtate talia exigendo. Nec enim exegit per imperiũ auctoritatis: ſed per modũ pauperis mendici. ſicut dixit Zacheo. Luc. xix. Feſinãs deſcende quia hodie. &c. Ibi glo. Non inuitatus inuitat. In tali forma & apoſtoli proceſſerunt: qbus licet oĩa deberentur: tñ ut pauperes receperunt ex miſericordia ſibi datum. Item Ber. tractans iſtud uerbum. Cum factus eſſet Ieſus annoꝝ. xii. dicit. Vt te inquit dñe p omnia noſtre paupertati conformares: & omnes uite humane calamitates ſuſciperes: quaſi unus in turba pauperum ſtipem per hoſtia mẽdicabas. Huic cõcordat quod ſãctus Aug. ſuper. p̃s. ciii. ſuper illud producens fenum: dicit in originali. Loculi erant cõmiſſi iude ꝓditori: & illi qui cõferrebãt in loculos dñi cõferrebãt: niſi forte putatis ꝙ dñs ibat & petebat: aut indigebat cui angeli ſeruiebant. Quare egere uoluit niſi ut daret exemplum montibus & parerent fenum? Hec Aug. Ad ſcd'm dicẽdum ſicut dicit apoſtolus Ro. xv. Probauerunt enim macedonia: & acaya collationem aliquã facere i pauperes ſanctorum qui ſunt in ieruſalem. Placuit enim eis & debitores ſunt eorũ. Nam ſi ſpũalium eorum participes facti ſunt gentiles: debent & in carnalibus miniſtrare eis. Ibi dicit glo. ꝙ erãt debitores: quia illi pauperes miſerant eis p̃dicatores. Cum igitur iſti paupes fratres: toti mundo mittant: a toto mũdo poſſunt accipe neceſſaria uite ſue. Nulli ergo iniuriantur ex hoc: quia legis teſtimonio docetur quia nulli facit iniuriam qui utitur iure ſuo: niſi forte

Ideo faciunt iniuriam: qa qd' poſſent accipere cum honore : accipiunt cum omni extrema cõfuſione. Item oía bona eccleſie chriſti & oẽs ſuperfluitates diuitum: ſunt una reſpublica paupe℞ In pticipatione aũt huius reipublice: tanto unuſqſq minus alios ledit: q̃to paucioribus eſt contentus. Hoc faciũt fratres iſti: qui cum poſſent uiuere ut alii clerici in ſtatibus honoris & affluere: uiuunt in ſtatu ignominie & erũne mendicantes pro ſeipſis : ſicut Paulus pro aliis mendicauit: ut patet in epiſtolis ſuis: in collectis pro pauperibus faciendis. Ad ultimum dicẽdũ. Quod ſi beatius eſt magis dare q̃ accipe: beatiſſimi ſunt q oía dederunt. Vnde Hierony. Nemo pfectius erogat: q̃ q ſibi nil reſeruat. Item ſi recipe diminuit de beatitudie: ergo q magis recipiũt magis dficiũt: & q minus recipiũt: minus deficiunt. In hac pte tales ſunt iſti pauperes in toto clero ex ſua profeſſione. Item licet date ſimpliciter ſit beatius q̃ recipere: tñ cum circunſtanſtia tãte humilitatis recipere eſt beatius q̃ dare. Vnde ad receptionem diſcipulos ſuos dñs informauit: quos nudos per ſeculum deſtinauit. Vadant ergo fratres ꝑ elemoſyna cõfidenter: nec oportet eos uerecũdari. Sed glorientur: qa datũ eſt eis pro noíe Ieſu contumeliam pati nihil hñtibus in mundo. Quia dñs ꝑ nobis ſe fecit pauperem in hoc mundo.

Sed pro tertio addit. Hec eſt illa celſitudo altiſſime pauptatis: quare altiſſime? niſi qa a mũdo remotiſſime: & celo per cõſequens ſũme uicine. Illi etiã uite eterne ut eſt poſſibile ſimillime: ubi nihil terrenũ eſt ꝓprium uel cõe. Vnde ſubdit: que uos cariſſimos fratres meos heredes & reges regni celorum inſtituit. Ideo heredes: quia oía dimittentibus pro regno celo℞ promittitur glorie margarita. Ideo reges: qa ſolutione facta plenarie pro re emenda ius emptori ẽ acquiſitum in re empta. Idcirco dicitur Mat. v. Beati pauperes ſpiritu: qm̃ ipſo℞ eſt regnum celorum. Sunt ergo dñi celo℞: qui cuncta dederunt propter deum: q̃uis nundum ſint in eius poſſeſſione. Hũc aũt modum regni acquirendi addit dicens paupes rebus fecit uirtutibus ſublimauit. Ad hec enim ordinatur pauptas ut reſoluto per eam prohibente : uite ſanctitas augeatur. Studeant ergo iſti paupes ſicut ſunt ceteris arctiores paupertate: ſic ſint pre ceteris in uirtutibus oíbus celſiores. Hec ſit portio ueſtra: que perducit in terram uiuẽtium: eo ipſo ꝙ in terra morientium nihil querit. Cui dilectiſſimi fratres totaliter inherẽtes. Vt oía que in uſum fratrum ſunt: hanc ꝑ dicent pauptatem: nihil aliud ꝑ noíe dñi no. ie. xp̃i in perpetuũ ſub celo habere uelitis: quippe enim ita pauper extitit ꝙ nihil habuit quo poſſet eũ diabolus ſpoliare ut ſupra patet. Sed quia ſic fratribus de paupertatis neceſſitate eſt ferrẽda conſolatio addit. Vbicũqꝫ ſunt. Oſtendens qualiter ſe debent habere fratres ad omnes ſanos: conſeq̃nter & egros. Circa primũ informat eos ad ueram & non fictam charitatem in duobus. Primo quo ad familiaritatẽ & affabilem ſocietatem. Scdo quo ad neceſſitatum omnium releuationem. Dicit ergo. Et ubicunqꝫ ſunt & ſe inuenerint fratres oſtendant ſe domeſticos

inuicem non ſolum publice:ſed fami liariter & ſecreto : ideo addit inter ſe. Pro ſcđo addit. Et ſecure manifeſtet unus alteri neceſſitatem ſuam. Secure inq̄ ſicut filius matri ſue. Deinde addit Quia ſi mater nutrit & diligit filiū ſuū carnalem: q̄to diligentius debet quis nutrire & diligere fratrem ſuum ſpiritualem? Conſequentia patet: q̄a amor gratuitus. ſ. charitatis: fortior eſt amore carnali: tum quia charitas ſuperat mortis humanum terrorem: tum quia charitas fundamentum habet ſui bonum infinitum: propter q̄ nihil finitum preualet contra eam. Hec autem exhortatio ex illa regula trahitur euangeliſte Io. xiii. In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis: ſi dilectionem habueritis ad inuicē. Luc. xxii. Tu aliquādo conuerſus confirma fratres tuos. Sed pro egrotis ſubdit. Et ſi quis eorum in infirmitatem ceciderit: alii fratres debent ei ſeruire: ſicut uellent ſibi ſeruiri. Et hoc etiam ad eandem charitatem pertinet. Vnde Eccle. vii. Non te pigeat uiſitare infirmos ex his enim in dilectione firmaberis Mat. vii. Omnia quecunq; uultis ut faciant uobis homines: & uos eadem facite illis.

Rubrica. vii.

SI qui fratrum. Stabilitis duobus ciuitatis lateribus & vi. partibus in vi. capitulis peragratis: hic agitur de tertio latere occidentali. Et hec pars habet tres partes. Quia in prima agitur de lapſorum releuatione a caſu fugientium. In ſecunda agitur de principali ordinis gubernatōne & pertinentibus ad totius immobilem ſtatū. In tertia agitur de correctione aliorum a caſu predicando uerbum diuinum. Prima pars habet tres. Primo enim tangitur peccatorum debita pōderatio. Scđo eorūdem ordinata correctio: ibi. Ipſi uo. Tertio ſubditur miniſtrorum propria īformatio. ibi. Et cauere debent. Dicit ergo. Si qui fratrum inſtigante inimico. Quātomagis enim aliquis habet ſtudium perfectum: tanto fortioribus cōtra eum machinatur inſidiis. Mortaliter peccauerint qđ fit in omni uoluntaria tranſgreſſione precepti legis diuine: & diſcipline. Pro illis peccatis de quibus ordinatum fuerint inter fratres ut recurratur ad ſolos miniſtros prouintiales. Iuxta q̄ dominus demoniorum eiectionem ſuis miraculis reſeruauit. Vt patet Mat. xvii Teneantur predicti fratres: ad eos recurrere q̄citius poterunt ſine mora. Hoc de notoriis tantum debet intelligi peccatis: quia que ſecreta ſunt non ſunt publicāda. Grauius eſt enim peccatum quod in ſcādalum aliorum publice perpetratum eſt q̄ occultum: ceteris paribus: & ideo eſt grauius puniendum. Sequitur ſecundum. Ipſi uero miniſtri ſi preſbiteri ſunt: quod realiter eſt tenendum: cum habeant curam animarum: & per conſequens debeant uultus peccorum ſuorum cognoſcere: & in fide ac moribus ordinare. Iſtud autem dictum eſt pro ordinis principio in quo erat raritas ſacerdotū: maxime quia ſanctus Franciſcus ex humilitate legitur ſacerdotium fugiſſe: ſicut etiam ſanctus Benedictus:

Cum miſericordia iniūgant illis peni tētiam. Cum miſericordia īquit: ne adueniat qđ dicitur Ezech. xxxiiii. cum auſteritate impabitis & cum potētia: & diſperſus ē grex meus eo ꝙ nō eſſet paſtor. Si uero pībyteri nō ſunt: iniūgi faciant ꝑ alios ſacerdotes ordinis: ſicut eis ſcđm deū melius uidebitur expedire. Pro tertia parte addit. Et caue re debent. ſ. miniſtri Ne iraſcantur. Ira enim eſt habitus quū aſſenſu liberi arbitrii in máliuolētiam: hoc idcirco dixerim: qa uitare oēs paſſiones ſubreptitias ire: nō eſt in hoīs poteſtate. Sufficit aūt uoluntatis rectitudinē cuſtodire: & motus hmōi irrationales: citra cōſenſum uiriliter cohibere. ꝑs. Iraſcimini & nolite peccare. Et cōturbentur. i. turbulenti & terribiles efficiantur ſubditis ſuis: Propter peccatū alicuius: qa ira & cōturbatio in ſe & in aliis impediunt charitatē: que eſt uita cordis. i. lo. iii. Quí odit fratrū ſuū homicida ē. Nō aūt prohibet iram per zelum: que uirtus eſt neceſſaria in peccatis corrigendis.

Octaua Rubrica.

VNniuerſi fratres: Hic ſcđo ꝓuidetur aduerſus occaſum ꝑncipalis ordinis gubernatio: q̄tū ad quattuor. Primo quātū ad generalis miniſtri ꝑfectionē & electionē. Scđo quātū ad capituli generalis celebrationem: ibi. Quo decedente. Tertio quātū ad ab ſolutionē miniſtri inutilis: ibi. Et ſi ali quo tēpore. Quarto quātum ad cele brationē capituli ꝓuincialis in ſingulis prouintiis: ibi. Poſt capitulū. Dic ergo pro primo. Vniuerſi fratres: unū de fratribus iſtius religionis teneātur ſemper habere generalē miniſtrū & ſeruū totius fraternitatis: & ei teneantur firmiter obedire. Eccleſiaſtici. Circa illū corona fratrum quaſi plantatio cedri in monte libano. In his aūt v̄bis tangit etiā eius humilitatē: quū dicit. Vt ſit ſeruus totius fraternitatis: ut. ſ. ꝗ dum ſubditus erat: obediebat uni aut duobus: ſciat ſe electum in generalē miniſtrū: debere oīum neceſſitatibus obedire. Tangēdo etiā eius auctoritatem & humilitatē notat etiā unitatem dicens. Vnū de fratribus iſtius religionis: qa ſine uno capite nulla reſpublica ſtare pōt: unde unū apoſtolum dn̄s prefecit ceteris. Ezech. xxxiiii. Suſcitabo ſuper eas paſtorē unū: q paſcat eas ſeruum meum. dicitur Mat. xii. Omne regnū in ſeipm̄ diuiſum deſolabitur.

Pro ſcđa particula addit. Quo decedente electio ſucceſſoris fiat a miſtris prouincialibus & cuſtodibus in capitulo penul. In quo prouinciales miniſtri teneantur ſemper inſimul cōuenire ubicūꝙ a generali miniſtro fuerit conſtitutū. Et hoc ſemel in tribus annis: uel ad alium terminū maiorē uel minorem: ſicut a ꝑdicto miniſtro fuerit ordinatum: quia pro diuerſis neceſſitatibus: oportet tēporis ſpatium uariare. In capituli huius exēplum: congregati diſcipuli receperunt ſpiritum ſanctum: ut legitur Act. ii. Et pro tertia parte addit. Et ſi aliquo tēpore appareret uniuerſitati miniſtroꝝ prouincialium & cuſtodum: predictum miniſtrū nō eſſe ſufficientem ad ſeruitium & cōem utilitatem fratrum: teneantur predicti fratres quibus electio data ē: in nomine dn̄i: ſine ꝑſonaꝝ acceptione. Alium ſibi eligere in cuſtodē. Hoc

nomen cuſtodis actum dicit nòn gradum. Sicut & nomen ſeraphin: actum dicit non ordinem. Iſa. vi. ubi dicitur: Volauit ad me unus de ſeraphi. ſcdm Dionyſium. Pro quarta particula addit. Poſt capitulū uero peñ. miniſtri & cuſtodes poſſint ſinguli ſi uoluerint & eis expedire uidebitur eodem anno: in ſuis cuſtodiis: ſemel fratres ſuos ad capitulū cōuocare. Non negat qn poſſint etiam aliis annis capitula prouincialia celebrare: ſed de iſto fit ſpecialiter mētio: quia eſt p̄ ceteris neceſſarium: ut ordinationes generalis capituli: p capitula ꝓuincialia celeriter publicentur: & ut poſſit de abſolutis miniſtris ꝓuincialibus prouideri.

Nona Rubrica.

FRatres non predicēt. Hec eſt tertia pars in qua agitur de predicatione fratrū pertinentiū ad elemēta ex ciditur ut ſtet menſa in latere aquilonis: ut dicitur Exodi. xxvi. Et hec pars habet duas: quia ī prima agitur de ptinentibus ad predicātium auctoritatē. Scda de ptinentibus ad predicationis utilitatem: ibi. Moneo quoq̧. Frēs aūt predicaturi duplici egēt auctoritate. ſ. prelatoꝝ ſecularium: quibus ſunt greges cōmiſſi. Item prelatoꝝ ordinis: p quos habet de perſonis idoneis ꝓuideri. Pro p̄mo dicit. Fratres nō predicent in ep̄atu alicuius ep̄i: quum ab eo illis fuerit cōtradictum. hoc ideo dicitur: ꝙ fratribus iſte gradus debet ſufficere licentie: quia preſumitur eum conſentire ſi nō fuerit cōtradictum. Vnde Gre. xxii. moral. Pia paſtorū mens quia nō propriam gloriā ſed auctoris ſui queritt: ab oībus uult iuuari. Quod namq̧ agit predicator fidelis: optat ſi fieri ualeat ueritatem q̄ ſolus loqui nō ſufficit ora cūctorum ſonēt. Hec Greg. Vnde Luc. ix. Vidimus quēdam in nomine tuo demonia eiciētem & ꝓhibuimus eum: quia nō ſequitur te nobiſcum. Et ait ad illos Ieſus. Nolite ꝓhibere. Qui enim nō eſt aduerſum nos: pro nobis eſt. Similiter Luce. ii. Ne igitur impedimentū eſſe poſſit cuiq̄ de expectatiōe licentie expreſſa: ut oſtendatur licētiā preſumptam ſufficere his dūtaxat: quorum predicatio eſt per ſedem apoſtolicam & prelatos ordinis approbata loquitur negatiue in principio. Dicens. Fratres nō predicēt. &c. Sed ponamus ꝙ ep̄o acceptante & approbante predicationē fratrum: aliquis inferior prelatus repellat in parochia ſua. Nunqd contra uolūtatem eius debent fratres ibidem predicare? Videtur ꝙ nō: quia auctoritas conceſſa a quocūq̧ iudice intelligitur concedi ſine p̄iudicio: ſed predicare in alienis parochiis inuito curam habēte: eſt in preiudicium proprii paſtoris: ergo nullum fratribus ſuffragatur priuilegium ad predicādum plebi: contradicente proprio paſtore.

Item ſaltem nullus audire debet alicuius parochiani cōfeſſionē alterius: quia per hoc impeditur ne poſſit cognoſcere uultum peccorū ſuorum: cōtra illud Prouer. xxvii. Diligenter agnoſce uultum peccoris tui. Rñdeo cura paſtoralis nō eſt dominiū ſed diſpenſatio & offitium eccleſiaſtice poteſtatis. Vnde ierarchia ſcdm Dionyſium ē poteſtas ordinata ad diſpēſandum ſacre oīa potentie ſubiecta. In poteſtatibus aūt ordinatis qcqd poteſt inferior poteſt etiā ſuperior: & nō ecōuerſo. Vnde

& ipſe ierarcha habet totã poteſtatẽ in ſe adunatam:que eſt ierarchia p uarios gradus diſtributa. Vnde nominans ierarchiã:nominat oẽm ierarchie poteſtatẽ:ut docet Dio. pmo Eccleſiaſtice ierarchie:Licet igitur ierarcha aliis tradat ſibi ſubditis poteſtatẽ:manet tñ apud eum ordinaria poteſtas ad agenda omnia quecũq; p ſibi ſubditos fieri poſſunt ad ſalutem fidelium procurandam. Et quia quicquid poteſt ex ordinaria poteſtate ſeu auctoritate poteſt alteri committere:& quod poteſt per ſe: poteſt per alium poteſt in adiutorium ſibi ſubditarum poteſtatum mittere opitulationes: quocũq; ſibi uidebitur expedire. Alioquin nimis piclitaretur ſtatus eccleſie ſi papa uel inferior ierarcha uidens ſibi ſubditoꝝ cure nõ ſufficere nec ſeipſum poſſe oĩbus adeſſe: non poſſet mittere uiros idoneos uice ſua. Vnde ſi ſacerdos curam habẽs nolit admittere frẽm miſſum canonice peccat mortaliter. Ro. xiii. Qui poteſtati reſiſtit dei ordinatio ſi reſiſtit. Si igitur reſiſtat ſacerdos: nitatur frater cũ humilitate alicere.ꝙ ſi nõ poſſit:niſi ſcandalũ ĩmineat debet frater predicationis offitium exercere. ꝙ ſi ſacerdos oĩno ſe irrationabiliẽ opponat:uehemens eſt preſumptio cõtra ipſum:cedẽdum eſt ad tẽpus malitie: ne ſcandalũ ſuſcitetur:& denũtiandũ eſt ierarche periculũ animarũ. Quũ ergo dicit quod eſt preiuditiũ ſacerdotis dicendũ:ꝙ nõ quia nulli facit iniuriam:qui utitur iure ſuo. Nõ ergo iniuriatur ei epſ mittendo opitulationem: quũ hoc facere poſſit de iure ut ſupra uiſum eſt. Nec iniuriatur opitulãs illi quem iuuat in ſarcina portanda: pro tanto enim minuitur ſacerdoti curam habenti pondus in diſtricto iudicio dei:quãtum ab alio ſupportatur. Et ꝙ dico de predicatione intelligo de confeſſionibus audiendis. Poſſunt enim fratres apoſtolica ordinatiõe in priuilegiis ordinis expſſa audire cuiuſcũq; ſacerdotis parochianos:ipſo incõſulto uel etiam cõtradicẽte: ſi auctoritatem habeant ab epo audiendi. Et quia curia romana hoc determinat: hereticũ eſt aliud pertinaciter affirmare. Sicut patet.xxii.di.c.Omnes.Patet etiã papã poſſe talia in eccleſia ordinare:qa certum eſt ꝙ diſtinctio curarũ & collatio iuriſdictionũ ab auctoritate proceſſit curie romane:ergo quandocũq; uidetur ei ad ſalutẽ fidelium aliud expedire:põt aliud ordinare. Dicente Auguſtino ad Macedoniũ.ꝙ hoc ſolum recte agitur ut uita hominũ corrigatur.

Ad obiectum de cognitione uultus Rñdeo.ꝙ ſi ſacerdos pprius ſciret poſſet & uellet ſufficiens cõſilium ſup ſubditis impẽdere:nullus ſane mẽtis quereret ſe imiſcere confeſſionibus ad ipſum pertinentibus audiẽdis. Certũ eſt autẽ:ꝙ quidam omnes ſubditos ſuos audire nõ poſſunt propter multitudinem ſubditorũ. Vnde cum ipſi ſoleant alios ſibi adiungere ſacerdotes comẽſales:uel extraneos ad tempus uocare pro illis audiendis quos ipſi nolũt uel neſciunt uel nõ poſſunt audire: impiũ ẽ dicere ipſos hoc poſſe:& epiſcopum hoc nõ poſſe. Poteſt igitur epſ aliquos mittere illis in adiutorium ſacerdotibus ppter ipſorum impotẽtiam ignorãtiam & accidiam:qua tepidi ſunt in

diſcutiendis conſcientiis ſubditorum.
Nec propter hoc tm̄.ſ.ꝓpter inſufficie-
tiam ſacerdotum in aliquo predicto-
rum trium:imo etiam propter maius
bonum:quia in maiorem feruorē pe-
nitentie excitantur multi ex predica-
tione & exemplis fratrum : q̄ plurium
aliorum. Poteſt autem nihilominus ſa
cerdos cognoſcere uultus peccorum
ſuorum:uel quantū ad exteriorem uel
quātum ad conſcientias ſubditorum
.ſ.ſi poſtq̄ fuerint confeſſi fratri dicant
in foro conſcientie ſacerdoti ſe confeſ
ſos fuiſſe: quoniā in foro conſcientie
cuilibet pro ſe & contra ſe eſt creden-
dum:& aliqua etiam interim uenialia
emergentia dicere. Quāq̄ nō eſſet ma
lum:imo certe plurimū expediens:om
nium confeſſionem iterare pro bene-
dictione duplici acquirenda. Niſi for-
te ſacerdos ille eſſet ignarus plurimū:
aut reuelator confeſſionis:aut ſollici-
tator ad peccandum:aut ſimoniacus:
aut aliter ſceleroſus:quo pateat ipſum
ut male conſcientie hominem non ha
bere zelum dei pro aliis dirrigendis.
Impium eſt autem non credere au-
dito a fratre:quum credat audito a ſe
culari alio ſacerdote:uel dicere ꝙ fra-
ter impediat agnitionem uultus quā
non impedit alius ſecularis. In omni-
bus autem confeſſionibus audiendis
cōſulo auditores prius inquirere qua
de cauſa declinent adiutorium pro-
prii ſacerdotis:& niſi eos inueniāt pie
motos & rationabili cauſa ductos re-
mittant eos ad proprios ſacerdotes.
Retrahuntur enim aliquando pecca-
tores ſaltem ad tempus uerecūdia ab
uſu peccandi in aſpectu & preſentia ꝓ
prii ſacerdotis ſi bonus eſt eorum ſce-
lera cognoſcentis:ſed quia hoc rarum
eſt: non ſunt propter hoc particulare
etiam eorum bonum alia innumera
dimittenda:que per auditum fratrum
& aliorum deum timentiū procedūt.

Pro auctoritate habenda a prelatis
ordinis ſubdit. Nullus fratrum popu-
lo penitus audeat predicare:niſi a ge-
nerali miniſtro huius fraternitatis fue
rit examinatus & approbatus & ab eo
ſibi predicationis offitium cōceſſum.
Circa quod notandum eſt:ꝙ ut ſupe-
rius dictum eſt ceſſante cauſa ceſſat ef
fectus. Certum eſt autem ꝙ nullus eſt
exanimandus niſi de cuius ſufficiētia
non conſtat. Idcirco papa regulam de
clarando diffinit:ꝙ qui examinatione
non indigent: non ſunt ad generalem
miſtrum pro offitii predicandi appro-
batione mittendi. Aliud etiam priui-
legium examinationem committit di-
ſcretis aliis:quod priuilegium non diſ
cordat ab intentione regule:que non
intendit niſi periculis obuiare : quod
dei gratia excludi poteſt per multipli-
cationem litteratorū per ordinem ad
talem examinationem ſufficientium:
& melius ſic pericula excludentium:q̄
ſi alio modo fieret:qa diſcurſus & uia-
rum multiplicium pericula ſic uitan-
tur. Sicut dominus ipſe chriſtiane re-
ligionis inſtitutor: primo ſolus uoca-
uit & informauit diſcipulos: ſecundo
per alios eccleſiam dilatauit. Moneo
quoq. hic ſc̄do agit de ptinentibus ad
ꝑdicationis utilitatem : quā deſcribit
per quattuor cauſas predicationis.

Primo per cām efficientem dicens. Moneo quoq; & exhortor eoſdem fratres ut in predicatione quā faciunt. Ergo nullus debet predicare niſi ſciat ipſe ſermonem facere & ſufficienter diſponere: uñ ſubdit ſint exanimata non temere ac ſine deliberatione ꝓlata: nō ſint noua aut ſuſpecta. Et caſta eoꝝ eloquia. ꝑs. Elloqa dñi elloqa caſta: argentum igne examinatum. Hec aūt caſtitas excludit correctionem falſitatis & imixtionem non ſolum enormitatis imo etiam oīs uanitatis: ſeu uerbi riſū prouocantis: ſeu fauſtū aut imperium predicantis. Excludit & corruptionem intentionis. Vnde. ii. Cor. ii. Non enim ſumus ſicut plurimi adulterantes uerbum dei: ſed ex ſinceritate ſicut ex deo coram deo: in chriſto loqmur. Ex deo contra falſitatem: coram deo: per maturitatem. In chriſto: per intētionis puritatem. Scd'o deſcribit eam per cām finalem. Vnde ſubdit. Ad utilitatē & ędificationem populi. Vtilitatē in malo uitando edificationem in bono faciendo: populi dicit ne tm̄ preſumant: ꝙ pauperibus & ſimplicibus predicare contēnant. Sed pro cauſa materiali ſubdit annuntiando eis uitia & uirtutes q̄tum ad uitam iſtam. Penā & gloriam q̄tum ad uitam futuram. Quod dicit ne predicent ſeipſos: ne philoſophiam oſtentent: ne fimbrias magnificent. Pro cauſa v̄o formali addit. Cū breuitate ſermonis hec breuitas excludit uerborum ambages & ſnīas inuolutas: uerba etiā ardua ſupra capacitatem audientium. Hoc patet per illud quod ſeqtur. Quia uerbum abbreuiatum fecit dñs ſuper terram. Iſta enī abbreuiatio nō excludit cum expedit ſermonis prolixitatem: quia dñs aliqua prolixe predicauit: ſicut patet Io. xiii. & Mat. v. Sed breuitas dicitur ibi reſtrictio oīum legalium ad unum chriſtū. Item excluſio cerimoniarum: & cōmēdatio moralium. Item breuitas eſt charitas: que legem continet in ſe totam. Ad litteram etiam ſtudendum eſt breuitati: quia ꝓlixitas gñando faſtidium auditores retrahit pluries ab auditu. Ex iſto aūt capitulo patet ꝙ fratribus ex intentione. b. Fran. incūbit ſtudere: qa ſine ſtudio nō poſſunt v̄ba modo predicto examinare. Patet etiam ꝙ fratres ex ſua profeſſione hn̄t predicare: in quorum regula inter omnes ſpālis tractatus de predicationis offitio continetur. Vnde certiſſime conſtat ꝙ nullis religioſis aliis plus competit predicare ex rōne ſtatus ſui: q̄ his qui hanc regulam profitentur.

Rubrica. io.

FRatres qui ſunt. Deſcriptis fratribus huius ciuitatis lateribus. Hic deſcribit latus quartum totū uergens ad auſtrum & etiam ad īteriora auſtri. Et hec pars habet tres. Prima docet ſeruare oēm uirtutem: perfectionem precipue charitatis. Scd'a docet ſeruare fame ſinceritatem a macula precipue feditatis. Tertia ſitientibus martyriū aperit aditū: docens infidelibus ſe iungere domeſticis aditis. Prima pars habet octo: quia primo imponit Miniſtris prouintialibus diligentiam cure. Scd'o imponit ſubditis diſtrictionem obedientie ibi. Fratres uero. Tertio fratribus grauatis dat remedium ibi: & ubicūq;. Quarto circa hoc ſubdit īformationē Miniſtroꝝ ibi Miniſtri uero.

Quinto ſubdit informationē omniū fratrū ad uitationē peccatoꝝ ꝑcipue ſpūaliū·ibi:Moneo uero· Sexto infor mat eos ad deuotionis ſpūm & oratio nis exercitiū.ibi. Sed attēdant· Septio ad tollerātiam iniuriaꝝ & alioꝝ gra uaminum·ibi· Et habere humilitatē.

Octauo ad charitatis cōplemētū·ibi. Et dilligere. Dicit ergo ꝑ ꝑmo. Frēs q ſunt miniſtri & ſerui alioꝝ fratrū:mini ſtri in ſpūalibus:& ſerui in tpalibus. Vi ſitent·ſocialiter & iudicialiť.Luc·xxii. Aliqñ conuerſus cōfirma frēs tuos·Et moneāt:āteq̄ ꝑcipiāt.Frēs ſuos:& hoc ad benefaciēdū.Et hūiliter:nō ipetuo ſe.Et charitatiue:nō cōtumelioſe. Ecō tra dicitur Eze.xxxiiii·Lateribus & hu meris ipingebatis: & cornibus ueſtris uentillabatis oīa infirma peccora do nec diſpgerētur foras:hūiliter ergo & charitatiue Corrigāt eos:exēplo dñi di centis.Mat·xxiii·Quotiens uolui con gregare filios tuos:quēadmodum ga lina cōgregat pullos ſuos ſub alas· Ipſe tñ dominus aſpere correctionis dedit exēplum aliquando:unde facto flagel lo de funiculis expulit ementes & uen dentes de templo.Io.ii·Et q petro car nali ſenſu ducto dixit. Vade retro ſa thana.Mat·xvi· Duriſſime etiam pha riſeos hypocritas icrepauit:ut patet Lu ce.xvi·& Mat.xxiii.Non ꝑcipientes eis aliqd quod ſit contra aīam ſuā·utpo te inhibitum lege diuina Et regulā no ſtram:inhibitum lege diſcipline· Pro ſcda parte rubrice ſubditur. Frēs uero qui ſunt ſubditi recordētur ꝙ propter deum abnegauerunt ꝓprias uolunta tes.Et eſt propria uolūtas oīs illa que diuino iperio non ligatur:uel ſuperio ri regule nō adheret·Vnde firmiter ꝓ cipio eis ut obediāt ſuis miniſtris.i.oī bus prelatis ordinis·Et dicit ſuis:ut de ꝓuincialibus & aliis ꝓlatis imediatis ſe loqui oſtendat:qui ſupra de obediē tia ad generalē miniſtrum. ꝑmo.c.eſt locutus·In oībus que ꝓmiſerunt dño obſeruare:explicite uel implicite ſup ple:Vnde ſubdit.Et non ſunt cōtraria anime & regule noſtre:hoc ſupra expo ſitum eſt. Seqtur pro tertia pte Et ubi cūq; ſunt frēs:qui ſcirent:per experimē tum Et cognoſcerent:per rectum iudi tium Se nō poſſe regulā ſpūaliter ob ſeruare.Hoc ē in his precipue que ſpi ritualia ſunt:ut tranqllitas cordiſ& pu ritas conſciētie non poſſe ingt uel pro pter tētationū grauitatē periculoſam: ut in conſortio mulieꝝ:uel non poſſe quātum ad corporis neceſſaria ſi habe ri nō poſſent alicubi ſalua ordinis pu ritate:uel ꝓpter ſimilia·Ad ſuos mini ſtros debeant & poſſint recurrere·Qui debent eſſe refugiū afflictoꝝ: uoce dñi dicētis Mat·ii·Venite ad me qui labo ratis & onerati eſtis:& ego reficiā uo· Recurrere inq̄ uel ꝑ ſe uel per nūtium forma ſtatutoꝝ ordinis obſeruata in eūdo:qm̄ iſtud uerbum non eſt exēptū ab obediētia ſtatutorum· Seqtur pro quarta pte·Miniſtri uero charitatiue: in corde.Et benigne:i uultu & ſermo ne.Eos recipiāt & tantā familiaritatē habeant circa ipſos·Hoc eſt tam fami liares ſeipſis exhibeāt Vt dicere poſſint eis.Frēs ad eos recurrenteſ·Et facere:ſi cut domini ſeruis ſuis.In his uerbis ſic miniſtri informantur ad humilitatem ut ſe quaſi ſeruos imaginentur fratrū alioꝝ.Et omnia uerba ſileant reſonan tia iperiū:& facta penitus deſerant ꝓ tendētia dominatū:exēplo illius q di·

xit·Luc.xxii·Qui maior eſt ĩ uobis fiat ſicut minor:& qui preceſſor ẽ ſicut miniſtrator·Quũ igitur dicitur ut dicere poſſint·&c.Informatio eſt Miniſtrorũ: ne facto aut uerbo pretẽdant faſtum: qui poſſit repellere ſubditos a fidutia ad Miniſtros in neceſſitatibus recurrẽdi·Nõ eſt aũt intellectus uerbi ꝙ ſubditis detur occaſio ſuperbiendi: ꝑ nimiam miniſtroꝝ humilitatem . Ne ſicut ſanctus Aug·dicit Dum nimis ſeruatur humilitas regendi frãgatur auctoritas.Vnde qui dixit·Qui maior ẽ fiat ſicut minor:non dixit.Vt qui ẽ minor fiat ſicut maior·Nam ita debet eẽ ꝙ miniſtri ſint ſerui omnium fratrum. Serui quidẽ in his precipue:que ad ſalutem pertinẽt animaꝝ·Luc.xxii· Ego in medio ueſtrũ ſum:ſicut qui miſtrat.

Sequitur pro qnta parte.In qua tangit·viii·genera peccatoꝝ dicens. Moneo uero & exhortor ĩ dño ieſu chriſto ut caueant fratres ab omni ſuperbia· Quia ut dicit Aug·ſuꝑ illud ꝑs·In ira conſumatiõis. Alia vitia in malefactis timẽda ſunt.Superbia in bñfactis plus metuenda eſt·Ab omni inq̄ ſuperbia: cordis:cõuerſationis:operis:& ſermonis·Vanagloria:que oritur ex ſuꝑbia: hoc eſt fratribus neceſſariũ·Vnde Hierony·ſuꝑ Mat·Eleganter in quodam uolumine ſcriptũ legimus.Nõ queras gloriam:& nõ dolebis cum ingloriosus fueris· Inuidia:que inſeparabiliter ſuperbiã comitatur.Vnde Aug· ſuper ꝑs·lviii·Superbie comes eſt inuidentia fieri nõ poteſt ut ſuꝑbus nõ inuideat· Auaritia:que cõſiſtit in cupiditate reꝝ terrenarum nõ habitarũ·Item conſiſtit in tenacitate rerũ obtẽtarũ quarũcũq; in uſum uenientium:pro qua ulterius excludenda ſubdit·Cura & ſollicitudine huius ſeculi:que ex auaritia prouenit.Mat·vii·Nolite ſolliciti eſſe dicentes.Quid mãducabimus aut quid bibemus·&c.Dicendo aũt ſollicitudinẽ huius ſeculi: ſic ſollicitudinẽ ſecularẽ exprimit ut ſollicitudinem ſpiritualẽ nõ excludat: que in procurãda animarũ ſalute precipue exercetur. Inhibens etiam ſollicitudinem ſeculi curioſitatem percutit illorum qui immoderate ſtudent in ſapientia ſeculari. In culpã aũt auaritie & ſollicitudinis nimie: incidunt omnes ſuperfluitates librorum aut ueſtium:uel arearum:aut edificiorum:aut ſimilium· Que auaritia tunc eſt dãnabilis:quũ in grauamen alioꝝ pauperum in talibus elemoſyne ſuper uacue conſumũtur. Detractione : que oritur precipue ex inuidia & odio. Vñ excludendo detractionẽ:odium etiam excludit & iram Et murmuratiõe: que ex impatientia & iuditiorũ temeritate procedit·Omnia uitia ſpiritualia: que religioſos fragiles comitari ſolent : hic excludit excepta accidia:quã in ſuo cõſequenter oppoſito diſſuadet. Curioſitatem etiam laycorum cohibet dicẽs· Et nõ curent neſcientes litteras·i· layci Litteras diſcere:in quo uerbo curioſitatem cohibet·Non tamen inhibet qn ipſi teneantur litteras diſcere:ſi eis fuerit imperatum· Sed quũ iſta ſint mortalia peccata:in lege dei ꝓhibita: qualiter hic ea monitorie exhortatur? Ad qđ ſciendum:ꝙ in omni genere capitalium peccatorũ aliud eſt mortale:& aliud ẽ ueniale·Mortale eſt omne peccatum quo aliqđ appetitur ſupra deũ·

hoc autem ſupra deū appetitur: quando aliquis pro re temporali deſiderata obtinenda uellet aliquod peccatum mortale cōmittere:quando eam aliter non poſſet obtinere. Vel pro re iam obtenta non admittēda potius uellet mortale peccatum cōmittere:q̄ ipſa carere. Hoc autem docet ſanctus Augu. de ciui.dei lib.xxi.c.xx. Hoc eſt enim habere chriſtum in fundamento nihil chriſto ꝑponere:ſed in omnibus eius preponere preceptoriam uoluntatem. Qui igitur excellētiam uel gloriam inordinate appetit:ita tm̄ ꝙ deum ſibi in corde preponit:nec aliqd cōtra deum faceret pro gloria aſſequēda:ſuperbus eſt:ſed nō criminaliter. Et iſtam hic cauendā hortatur admonēdo etiam cauere omne ſignū ſuperbie in geſtu: habitu:& ſermone. Et ita de aliis itellige cōſequenter. Qui ergo eſt ſollicitus de ſeculo cōtra regule honeſtatem:uel in tm̄ ut illa dimittat ad que ex lege dei: uel uoto regule tenetur:peccat mortaliter. De detractione aūt difficilius eſt explicare:circa quod ſciēdum.ꝙ detractor ē qui uerbo ledit alium precipue in abſentia. Talis ergo aut mentitur ut ledat:& hoc ē generaliter mortale peccatum:quū ſit pernitioſum mendatiū. Aut dicit uerū licet malum:& hoc poteſt eſſe tripliciter. Aut enim homo dicit malum de alio:zelo iuſtitie: quādo & ubi dicēdum eſt:& hoc nō eſt malū ſed bonū. Aut dicit malum deſiderio & libidine uindicte uel odio perſone: & hoc principali intētione:& talis peccat mortaliter. Aut dicit malū ſcitū ex lubricitate lingue:& hoc nō eſt mortale:niſi ita contra prudentiam dicatur: ut poſſit in ſcandalum redūdare. Zelo autem iuſtitie poteſt quis dicere malum dupliciter. Vel ut corrigatur: uel ut caueatur. Murmuratio enim ē peccatum mortale:quū impugnat ſcienter dei iuditia uel ſuperioris auctoritatem:uel quū ordinatur ad ſcādalum.

Pro ſexta parte ſubdit. Sed attendant ꝙ ſuper omnia deſiderare debēt habere ſpiritum domini:quem ſupra dixit ſpiritum ſancte deuotionis:ita eſt deuotio pius & humilis affectus in deū: qui ex compūctione generatur: Et ſanctam eius operationem. Oratio enim dicit ſpiritus operationē: quia dicitur Ro.viii. Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Orare ſemp ad deum puro corde. Luc.xviii. Oportet ſemper orare & non deficere. Et.i. ad thi.v. Sine intermiſſiōe orate. Hoc autem triplicem habet ſenſum: quorū duo tanguntur in glo. Luc.xviii. Quia ſemper orare:ē canonicas horas quottidie modo debito dicere. Item ſemper orat:qui ſemper bene agit. Tertio modo orare eſt ſpiritum deuotionis ſemper iuiolabiliter obſeruare:que habita inter quaſcūq; occupationes ſolet gemitibus & ſuſpiriis inenarrabilibus chriſti clemētiā īplorare īperceptibiliter. Et ad hoc hic regula manuducit. Fratres igitur ſemp orātes: accidiā a ſe excludūt:& per ieiunium gaudii: omne carnale ſolatiū procul pellunt. Vbi cauēda ē hereſis maſſilianoꝝ que habetur libro de hereſibus. Pro ſeptima pte addit Et habere humilitatē & patiētiā.ꝑmittit humilitatē patiētie:qa fundamentum eius eſt. Sicut ecōtra. Superbia eſt fundamentum īpatiētie.

Prouer.xiii. Inter ſupbos ſp iurgia ſūt. In perſequtione: que eſt aduerſitas ab extra: & in infirmitate: que eſt aduerſitas ab intra: & dicit in perſecutione qa ſcribitur.ii. ad Thi.iii. Oēs qui pie nolunt uiuere in chriſto Ieſu perſequtionem patiuntur. Et apoſtoluſ.i. ad Cor. iiii. dicit. Vſq; in hāc horam eſurimus & ſitimus. ibi glo. Libere & ſine adulatione ueritatem pdicantes: & geſta praue uite arguentes grām nō habēt apd hoīes. Ad patientiam in infirmitate ptinet paucis obſequiis: pauciſq; remediis contentum eſſe: iuxta exigentiam pauptatis: ut memores ſint fratres quō olim monachi languentes aqua frigida uix ad ſufficientiam utebantur.

In ultima pte ſubdit. Et diligere eos qui nos perſequntur facto: reprehēdūt irrationabiliter & arguunt rationabiliter quia dicit dñs diligite inimicos ueſtros Mat.v. Quātomagis amicos. Et orate pro perſequentibus in facto & calūniantibus uos in falſi criminis impoſitione. Cuius rōnē ſubdit dicens. Beati qui perſequtionem patiunrur ,ppter iuſtitiam qm̄ ipſoꝝ eſt regnū celorum. Qui autem perſeuerauerit uſq; in finē hic ſaluus erit.

Rubrica.ii.

PRecipio firmiter. Hic docet fratres fame ſinceritatē ſeruare a labe precipue turpitudinis. Et hec pars habet tres. Primo inhibet generaliter cōſortia ſuſpecta oīum mulierum. Secundo cautelam adhibet circa conſortia monialium. Tertio inhibet occaſionem ſpūalium cogitationum. Dicit ergo primo. Precipio firmiter fratribus uniuerſis: ut nullo modo habeant ſuſpecta conſortia uel conſilia mulierum. Suſpectum eſt non ſolum mulieris ſuſpecte: imo cum omni muliere ubi locus: tempus: geſtus.: & aſpectus: & alia laudabilia indicia ſuſpitionem probabiliter non excludunt. Quod ſi locus queratur pro mulierum colloqo ſolitarius: aut obſcurus: & tempus uel nocturnum: uel alias importunum. Si geſtus ſit diſſolutus: utpote ex nimia ad mulierem propinquitate: uel faciali ad eam conuerſione: fixis oculis: manibus iunctis: omne tale cōſortium eſt ſuſpectum. Vnde ſuſpecta ſunt conſortia & colloquia predictis circūſtantiis cōcurrentia. Item ſi ſolitaria ſint: aliorum excluſo auditu ſed non uiſu: ex intentione ſine cauſa pia: maxime ſi ſint ſolitarie prolongata. Aut cum eadem perſona ſine ratione euidenti frequētari: ſuſpecta ſunt colloquia :,ſicut credo. Ad ſuſpitionem autem mulierum facit etas uel conditio colloquentis. Illam autem ſuſpitionem hic extimo p hiberi: que fratri excitat enormis tentationis ſtimulum: uel que crimini pſtat fomentum: uel que poteſt apud alios uel alium ſcandalum generare. Et hic extimo omne ſuſpectum prohiberi colloquium: qd ordinatur ad carnis immunditiam q̄tūcūq; uel qd poteſt huis rei ſcandalum uel ſuſpitionem probabiliter excitare. Sicut dominus prohibendo mechiā prohibet non ſolum minorem lapſum q eſt fornicatio: ſed oēm maiorem turpitudinem quo corpus ſeminaliter inquinatur Sequitur pro ſcd'a parte. Et ne ingrediantur monaſteria monachaꝝ: preter illos qbus

a ſede apoſtolica conceſſa eſt licentia ſpecialis. Hec inhibitio de oĩbus monialium domibus ĩtelligitur: ubi enim eſt maius periculum colloqui. Ibi prudentius neceſſe eſt obuietur. Ille autẽ moniales ſancti Damiãi ꝑ ceteris mulieribus ab humanis conſortiis excluduntur. Licet ergo in freqũetatione earum poſſet oriri periculum: propter qͥdam familiaritatem fratrum maiorẽ: & propter hoc ſit adeundi talia loca licentia ſedi apoſtolice reſeruata. Tamẽ quia alie moniales amplius exponunt ſe humanis colloqͥs q̃ ille: neceſſe eſt ut illud mandatum ad oẽs monachas extendatur & reſſeratur ſcḋm expoſitionem dñi Gregorii & indulgentiam de talibus uiſitãdis. Et ſicut monachi ſunt non ſolum collegiati: uerũetiam ſolitarii: ſic & monache ac moniales intelligende ſunt: non ſolum collegiate uerũetiam & incluſe dicuntur: & ſolitariam uitam agunt: & he ſunt uitande ſicut collegiate propter maius periculum ſolitudinis ex tenore ꝑcepti ut extimo precedẽtis. Sequitur pro tertia. Nec fiant compatres uiroꝝ uel mulierum ne hac occaſione inter fratres uel de fratribus ſcandalum oriatur. Hoc idem inhibetur monachis. xvi. q. i. Placuit. Et quia de fratribus ſimilis eſt rõ ſcito hic prohiberi omne fratrũ ad mulieres comertium de quo poſſet fratribus ſcandalum generari.

Rubrica. xii.

Vicũq; fratrum. Hic tertio docet in martyrio cõſumare & quia martyrium nihil eſt niſi fiat in eccleſiaſtica libertate. Primo agit de ꝑmo. Scḋo de ſcḋo. ibi. Ad hec per obiam. In prima pte tangit fratꝝ hoc deſiderio flagrantium deuotionem: & Miniſtroꝝ examinãtium diſcretionem: dicens. Quicũq; fratrum diuina inſpiratione. non leuitate: non impetuoſitate: nõ aſtutia ſubterfugiente diſciplinam. Voluerint ire inter ſaracenos & alios infideles: ut paganos uel hereticos aut ſciſmaticos. Petant inde licentiam a ſuis Miniſtris ꝓuintialibus. Signanter dicit: petant licentiam: quia huius rei obedientia nõ eſt inuoluntariis imponenda: uñ ſubdit. Miniſtri uero nullis eundi licentiã tribuant niſi eis quos uiderint eſſe idoneos ad mittendum. Idonei autẽ ſunt robuſti corpore: & conſtantes in fide: probati uirtute: & ſemper irreprehenſibiliter conuerſati. Sequitur pro ſcḋa parte. Ad hec per obedientium iniungo miniſtris. ut petant a domino papa unum de ſancte romane eccleſie cardinalibus q ſit gubernator. in bonis agẽdis. Protector. ab oppreſſionibus alienis. Et corrector. in delictis iſtius fraternitatis. Vt ſemp ſubditi & ſubiecti pedibus eiuſdem ſancte romane eccleſie ſtabiles in fide catholica: ſine qua aliquod martyrium nihil ualeret. Paupertatem: contra auaritiam. Et humilitatem: contra ſuperbiam. Et ſanctũ euangelium domini noſtri Ieſu chriſti: quãtum ad uirtutum perfectionem omnimodam. Quod firmiter promiſimus: ideſt quatenus ipſum promiſerimus Obſeruemus. Ad Heb. z. Propterea habundantius oportet obſeruare nos ea que audiuimus ne forte pefſluamus.

Queritur de preceptis regule que. ſ. uniuerſaliter intelligenda ſunt preceptorie imponi: & in quibus poſſint prelati ordinis diſpenſare? Ad hoc rñ-

deo ꝙ regula iſta preceptis eſt plena:
& ut puto pene omnia in ea poſita ſūt
precepta:ubi aliquid expreſſe additū
ut monitionis uel exhortationis uoca-
bulum:uel conſimile:aliud non decla
rat. Preceptorum autem iſtorum tria
ſunt genera. In quibuſdam enim po-
nit expreſſe precipiendi uerbum:ut p̄
ceteris commendentur: & illa ſic tran-
ſeunt in uotum:ut in nullo eorum or
do ualeat diſpenſare. Aliud eſt genuſ
preceptorum quibus additur uerbum
tentionis uel debiti uel aliud ſimile:
ex quo obligatio declaratur. Vocabu-
lum autem tentionis licet obligatio-
nem importet:non tamen ſic diſtricte
ſicut uocabulum precepti ad aliud fa
ciendum ligat cui tentionis uocabu-
lum eſt adiunctum. Quod patet quia
quū homo homini teneri dicitur i ali-
qua pecunie q̄titate:certum eſt:ꝙ ten-
tio obligationem importat:uel ad ſol-
uendum : uel ad ſatiſfaciendum alio
modo : niſi debitum uelit creditor re-
mittere debitori. Vnde licet tentio ob-
ligationem ſonet: poteſt tamē ordo in
particulari & in caſu cum aliquo diſ-
penſare ex ſic dictis:exceptis illis in q̄
bus patet intētionem regule omnino
preceptorie obligare:uel quorum trāſ
greſſio ſcādalum uel inordinationem
notabilē generaret. Verbi gratia. Quū
dicitur.c.i. Alii fratres teneantur fratri
Franciſco & eius ſucceſſoribus obedi-
re:patet ꝙ in hoc non poteſt ordo di-
ſpenſare. Sicut etiam.viii.c. Vbi dicitur
Vniuerſi fratres unum de fratribus
iſtius religionis teneātur ſemper habe
re generalem miniſtrum.&c. Et infra
eodem.c. Teneantur predicti fratres:
quibus electio data eſt:alium ſibi elli
gere in cuſtodem: & ſimilibus. In aliis
autem nonnullis : credo ꝙ poteſt diſ-
penſare ordo in particulari & in caſu:
ut uerbi gratia:quū dicitur tertio cap.
Non teneantur niſi ſexta feria ieiuna-
re:credo ꝙ citra manifeſtam nececeſſi
tatem ſubditus teneatur ſoluere ieiu-
nium ſi ſuperior imperaret : niſi eſſet
ſolutio ieiunii ſcandalum aliorum. Si
militer intelligo in illo uerbo.vii.capi.
Teneantur predicti fratres ad eos re-
currere : & in quibuſdam aliis. Nihil
tamen horum poteſt ordo generaliter
immutare. Eſt etiam tertium genus:
ubi nec additur precipere : nec teneri
ſicut patet in ſcdo capi. in pertinenti-
bus ad receptionem ad ordinem ue-
nientium:& tertium capi. in ſpectanti
bus ad diuinum offitium: & pluribus
aliis continetur. Vbi multa erunt pre-
cepta ex intentione mādatoris patet.
Vbi eorum tranſgreſſio ſcandalum &
deordinationem notabilem genera-
ret. Circa quorum diſpenſationem par
ticularem intelligo idem quod circa
precepta ſecūdi ordinis eſt predictum.
Inter que etiam alia quedam non pre-
ceptorie inſeruntur nec in ſpeciali am
plius diffinio : ut omnia regule uerba
cum reuerentia recipiantur : & ipſo-
rū trāſgreſſio penitus deuitetur. Quū
certum ſit regulam pro lege dari. Nec
aliquis a lege auertitur quin ad tene-
bras conuertatur.

Confirmatio regule.

NVlli ergo. Hec eſt pars ter
tia epiſtole aliarum con-
cluſiua:ubi duo ſunt nota
bilia.ſ.regule ſtabilitio : &
temporis determinatio. Pro primo di
cit. Nulli ergo omnino hominum li-

ceat hanc pagiuam noſtre confirma-
tionis infringere : uel ei auſu temera-
rio contraire. Quod tamen faciunt de
tractores regulam ipſam:& regule de-
clarationem & fratrum conuerſationē
trino ordine dentium lacerantes. Vn-
de caueant ab eo quod ſequitur. Si qs
autem hoc atentare preſumpſerit : in-
dignationem omnipotentis dei:et bea
torum Petri et Pauli apoſtolorum eius
ſe nouerit incurſurum. Pro tempore
addit. Datum laterani in ſede imperia
li chriſti nomine conſecrata. Tertō Klē
das Decembris.die.ſ.ſancti Saturnini
que eſt prima ſolemnitatum anni : ſe-
cundum reuolutionem romani offitii
ut pateat hanc regulam eſſe renouati-
uam gaudii quod annus benignitatis
domini introduxit:qui eſt etiam uigi-
lia ſancti Audree apoſtoli. Vt ſciāt om
nes huius regule obſeruantiam eſſe ui
giliam preambulam ad tronum iudi-
ciarium cum gloria poſſidentium. Pō
tificatus noſtri.āno.viii. Vt octaua gra
tie et glorie comendentur.

Explicit declaratio dñi Bonauen-
ture ſancte Romane eccleſie Cardina
lis:ſuper regulam fratrum minoꝝ.

Epiſtola ſancti Bonauenture:ad innō
minatum magiſtrum: eliminans er
rores cōtra regulam Beati Frāciſci
dño reſpondente per ſeruum ſuum
ſanctum Bonauenturam.

I Nnominatō magiſtro fra-
ter Bonauentura ſpūm in-
telligentie ī ueritatis propo
nis chariſſime: ut tibi tres
articuli de regula fratrum minoꝝ ab-
ſoluantur:de quibus te oſtendis pluri-
bus rōnibus dubitare.ſ.de paupertate
labore manuū: et ſtudio ſcolarium et
magiſtrorum . Quum.n. regula di-
cat ꝙ fratres non recipiant pecuniam
per ſe uel per interpoſitam perſonam.
Et rurſum domum nec locum nec ali
quā rem ſibi approprient. Videntur ti-
bi fratres in hoc:regule cōtrahire: quū
tibi uideātur pecuniā ꝑ interpoſitam
ꝑſonā recipe:libros habere et domos:
quū nō poſſint harū rerū quas habēt
dñm aſſignare. In labore etiā manuū
ſibi iniūcto ut uidetur ſub ꝓcepto : cul-
pabiles tibi uidētur:quum nec laici la
borēt in opibus mechanicis:ne clerici
in libris manu ꝓꝑa ſcribēdiſ:qn poti-
us cū magnis ſūptibus faciūt eos ſcri-
bi:ac ſi apud ſe hērēt numiſmatū pcuſ
ſores. Poſtremo i ſtudio & magiſterio
frēs cōdēnas:quū: regula dicat ꝙ non
curēt neſcientes lrās lrās diſcere. Frēs
pleriqꝫ tā clerici ꝙ̄ magiſtri:q ēt i ſecu-
lo paꝝ aut nihil de pħia audierūt:ſtu
dēt:recitāt et ſcriptitāt : imo ꝙ plus eſt
laniāt:diſſipāt et edificāt.nec tibi uid
tur tāte hūilitatis ꝓfeſſoribꝰ poſſe cō-
petere nomen magiſtri quum hoc iu-
dicatur dominus in euangelio ſuis di
ſcipulis īhibere quorum nos dicimur

imitatores: tanꝗ ꝓfeſſores euágelii ieſu chriſti. Hec ut aſſeris tibi í corde de ſtatu & ſalute fratrũ ſcrupulum generant: & tuá conſciẽtiá inquietant. Sup hoc addis aſſertionẽ quorũdá: qui tibi uiſi ſunt hanc conſciẽtiá de fratribus fabricare. Intẽde igitur in ea que dicturus ſum: dabit enim tibi dñs precibus glorioſe uirginis: & btí Franciſci rectũ in oíbus intellectũ. Supponis ꝙ regula paupertatem precipit: ac comẽdat laborem uetat curioſitatẽ. Suppono & ego deteſtans ob hoc receptiões pecuniaꝝ: ꝓprietates librorũ: ac domorũ. Vitupero & ego: imo hoc nos oẽs proſequimur fortiter & culpamus. In hoc cõuenimus: ſed ꝙ fratres tales credis: aut ſi nõ credis dubitas in hoc penitus diſſentimus. Nec enim hoc credo: nec dubito: imo certum habẽs oppoſitum tanꝗ uerũ. Non qđ nullus talis in ordine ſit: qui nõ poſſit culpari í aliquo predictoꝝ: quũ nec in. xii. apoſtolis potuerit reperiri: ſed cõitatem fratrum de qua & tu cõiungis defenſandá aſſumpſi. Vide igitur: quid ſentire debeas de receptione pecunie. Teſtificor coram deo: qm̃ ueritatem ſum expreſſurus ſcđm meam cõſciẽtiá in oíbus que ſubiũgá. Nõ credo te aliquatenus dubitare: quin pauperibus quátũcũq; extremá uouerint paupertatem liceat recipere elemoſynam: niſi uelint ſe occidere ꝙ ſi nephas ẽ: ꝙ licet hoc fratribus: ꝙ nullus ſane mentis ignorat. Nõ eſt ergo contra eoꝝ profeſſionem: ſi quis diues homo hanc miſtrat manu propria ꝙ ſi noluerit poteſt eis miniſtrare per manũ ſerui ſui. ꝙ ſi ille ſeruus nõ poſſit ſed cõmitat alii: quare nõ liceat per tertiá manum? nõ uideo. ꝙ ſi diues hñs pecuniá nõ dat uictũ aut ueſtitũ fribus neceſſarium: nonne poteſt ipſe manu ſua emere? nõne poteſt ipſe pecuniam pro emptione alii cõmittere? & ſic per multas manus in uſus fratrũ expendere pro releuádis eoꝝ neceſſitatibus ſine fratrum offenſione. Quis ſane mẽtis hoc dubitat: quũ pecunia ita ſit domini: quum cõmittitur pſone intermedie ac ſi ipſe dñs eam manu ꝓpria cõſeruaret. Niſi forte quis ita deſipiat ut dicat ꝙ pecunia in manu ſeruiẽtis poſita: tranſeat in eius dominiũ & deſinat eſſe domini: qđ penitus abſurdum eſt. Quod ſi dicas: ꝙ dñs ſimpliciter & abſolute dare intẽdat fratribus: dico & ego: ꝙ nullus ſane mentis intendit dare fratribus: niſi prout cõpetit regule & profeſſioni eorũ. Quis enim daret elemoſyná ut eo faceret perdere uitá eterná? Dat ergo eo modo quo fratribus expedit. ſ. cõmittendo alicui: qui pro ſe eam diſpenſet in his rebus: quas fratribus licet accipere: & ſic pecunia illa ꝑ quorũcũq; manus tranſeat nullo modo ſpectat ad fratres: quia ſemper ẽ primi domini: & eſt per hoc manifeſtum ꝙ nec per ſe nec per interpoſitam pſonam eam recipiunt. Fateor coram deo ita eſſe uerum in cõſcientiis fratrum. Quod ſi mihi forte nõ credis: crede tñ ipſi domino pape: qui í utroq; iure peritus ordinis & perfectionis emulator. qui ut ipſe teſtatur in conditione regule aſtitit beato Fráciſco & eius plenum intellectũ agnouit: requiſitus a fratribus. dicit ꝙ fratres uolentibus ſibi elemoſyná facere: poſſunt fidelẽ aliquẽ preſentare. Qui taliter preſentatus nõ

eſt eoꝝ nūtius ſed illius potius: cuius mādato ſolutōnē facit: ſeu recipiētis eā dē. Hec ſūt ỽba ipſius. Quis ita deſipit ut dicāt alicui: iſte fidelit̄ exeq̄t uel cuſtodiet q̄d ei cōmittes: q̄d pp hoc q̄cq̄d ille accepit ſit meū? Licet. n. ỽba nō ſemp exp̄matur: ſemp tñ hñtur in corde & ſemp ab aliis ſic credimus accipi. Quis ergo tā iprobus eſt ut ipugnare audeat hāc ỽitatē: p tātoꝝ uiroꝝ conſciam ſanā & diſcretā: & p tātā rei euidentiā & ut nil deſit per ſedē apoſtolicā cōfirmatā? Certus ſum: ꝙ talis portabit iuditiū. De libris āt & utēſilibus q̄d ſentiā audi. Clamat regula exp̄ſſe iponēs fratribus auctoritatē & offm̄ p̄dicādi. ꝙ nō credo in aliqua alia regula repiri. Si igitur p̄dicare nō debēt fabulas ſed ỽba dīna. Et hec ſcire nō pñt niſi legāt: nec legere niſi hēant ſcripta. Planiſſimū eſt: ꝙ de pfectiōe regule eſt habere libros: ſicut & p̄dicare. Et ſicut nō obſtat ordīs pauptati hēre miſſalia ad cātādum miſſam: & breuiaria ad horas dicendas: ſic nec obſtat libros habere & biblias ad ỽba dīna p̄dicāda. Licet igitur libros habere. Sed nūq̄d regula ſibi cōtraria eſt q̄ alibi mādat habere? Abſit hoc: ut in ea ſit cōtrarietas aliq̄: ſicut nec falſitas: quū tota de fonte euāgelii ſit extracta: ſicut mihi q̄ parū noui facile eſſet oñdere. Dico ꝙ fratribus hoꝝ uſus cōceſſus eſt: ſed uetatur appropatio. Nam non dicit regula Fratres nihil habeāt nec aliqua re utātur: ꝙ eſſet inſanū. Sed ꝙ nihil ſibi appropent. Cui igitur hoꝝ ꝓpetas aſſignabitur? Sic rñdeo ego. q̄ cuiuſcūq; ſit nō ē mea nec ordīs: & hoc ſufficit mihi ad cōſcīe mee puritatē. Ne tñ hoīb9 fugā pare uidear. Dico hãꝝ reꝝ mobiliū gubernatori & ꝓtectori ordīs cardinali ptātem & auctoritatē & ꝓuidentiā a dño papa eſſe cōceſſā. Sicut. n. do. papa ait: nec uendi debēt mobilia uel extra ordinē cōmutari: quoq̄uō niſi eccleſie romane cardialis q̄ fuerit ordīs gubernator ſup hoc auctoritatē p̄buerit & aſſēſū. Sed dicis. Nūq̄d q̄. dāt biblias fratribus intendunt eas dare pape aut cardinali? Dico & ego. Nūq̄d pater q̄ dat bibliā filio: intendit labefacere ordinē filii? & filiū ſuū facere filiū diaboli? Credo te dicere ꝙ nō. Dat ergo pater filio intēdēs: ꝙ ordīs pauptas ſit penitus illibata: ác p hoc: ut ordo utatur: ꝓp̄etas āt ſit eius. cuius decreuerit eſſe paſtor ordīs & eccleſie. An nō credis: ꝙ ſi pater nō poſſit filio libꝝ dare niſi p manū alicuius de quo p̄ſumeret ꝙ nō eēt filii ſui p̄dator ſed paſtor: utiq; daret ut filio cōmodaret ad uſū? Et ī hoc melius ꝓuiſum eſt ordini dño faciēte. Nā ſi libroꝝ ꝓp̄etas remaneret penes pentes: ſic miſtri nō poſſent auferre fratribus libros: & eſſent q̄ſi ꝑpetui ad uitā. Nūc āt ordo nihil ſibi ī libris appropriat: dū miſtri libros nec uendere nec alienare auctoritate ꝓp̄a pñt. Nec frēs ſubditi pñt: dū freq̄nter reſignāt & eis p uolūtate miſtroꝝ aſſignātur & auferūtur: certus ſū ꝙ hec ē cōſcīa frūm. Vt āūt nihil indiſcuſſū remaneat audi de domibus. Dico domos non eſſe frūm. Sed ſi de ſolo q̄ris. dico ꝙ dantiū eſt & patronoꝝ. Si de edifitiis pari rōe edificātiū uel eoꝝ quoꝝ ē ſolū; q̄a cedit ſolo unius ſi unus edificat: uel pluriū ſi plures. Mētior &. n̄. quū dñs pp̄ dicat ī regula: ſaluo locoꝝ & domoꝝ dño illis ad quos noſcitur ptinere. In loco intelligēs ſolū: in domibus edifitia ſup-

addita. Vnde nec appropriamus nobis locum : quum dicamus eſſe illorum: qui fratribus ipſum accomodant nec edificium cum illorum ſit: qui dāt impenſas uel cedit ſolo: nec etiā uſum appropriamus niſi pro uoluntate eorum qui fratribus concedunt predicta Certus ſum. n. ꝙ hec eſt conſcia frūm. Nec obſtat ſi aliqñ uidiſti contrariū: ꝙ nō credo qa indiſcretio unius nec ad oēs debet nec ad ſingulos retorqri. Si dicas nos tanq̄ aduenas & peregrinos debere ire de domo in domū : parcat illi deus: qui prio hanc ſtulticiam cogitauit. Nonne btūs Fran. edificauit loca? Nunqd tanq̄ peregrinus ibat quottidie unam dietam? Nunquid beatus Petrus: cum dicat in canonica ſua ſecūda. Obſecro uos tanq̄ aduenas & peregrinos. &c. Voluit ꝙ omnes tranſirēt de domo in domum? Quum enim dicat eccleſiaſticus: uita neq̄ hoſpitari đ domo in domum. Tam Petrus q̄ Franciſcus filiis & diſcipulis ſuis nō ſanctā uitam ſed neq̄ impoſuiſſent: ſi ſecūdū predictum intellectum nos ſimiles peregrinis eſſe mandarent. Sed hoc dictum intelligitur: ut non currat ſimilitudo quattuor pedibus : ſed ut domos in quibus habitamus parum diligamus nec proprias reputemus : ſicut peregrinus qui tranſit in patriam domum non diligit in uia tanq̄ propriā: ſed utitur tanq̄ aliena. Qui aliter ſapit ipſa ſua ſapientia manifeſtat : ꝙ nihil oīno ſapit. Quomodo poſſet ergo regimen & ordo prelatoꝝ ſtare: qui ita diſtricte manet in ordine beati Franciſci ſi omnes eſſent inſtabiles & uagabundi per orbem? niſi qui de ordine nihil uidit hoc uero ſentit. Veniam autē ad laborem manuum : ubi taliter inſiſtis utrum ſit cōſilium uel preceptum. Ego aūt dico non intendere beatū Franciſcum manualem laborem : nec ꝑcipere nec monere: nec cōſulere. Sed ſuppoſita admonitiōe apoſtoli fratribus nimis uel minus ſollicitis ad laborē dat formam laborandi. Vt excluſo ocio: quod eſt fomentum peccati laborarēt Ita ꝙ ſpūm deuotionis non extinguerent. Quidam enim ſic intendebāt labori manuali: ut necaretur in eis deuotio orationis. ꝙ quia periculoſum eſt: quum actiua debeat ſeruire contemplatiue uite: dedit eis formam ſanctiſſimus pater: ut ſic laborarent: qui laborare uellēt ſcirent & poſſent: ut ſancte orationis & deuotionis ſpiritum non extinguant. Hoc enim ſequitur in textu regule immediate. Vnde attende ꝙ non dicit precipio uel conſulo fratribus ꝙ laborent: nec dicit: qui poſſunt laborare uel operari ſciunt : laborent fortiter: ſed quibus dominus dedit gratiam laborandi: ꝙ non ſolum includit potentiam: ſed & uoluntatem laborādi. Sicut ſi diceret. Fratres quibus dominus dedit gratiam lachrymandi: lachrymentur ita modeſte ꝙ oculos nō amittant : non preciperet lachrymari: ſic nunc intelligit: ipſe enim de labore manuum paruam uim faciebat : niſi propter ocium declinādum. Quia cū ipſe fuerit regule obſeruator perfectiſſimus non credo ꝙ unq̄ fuerit lucratus decem denarios đ labore manuū uel eorum ualorem: ſed potiſſime fra-

tres ad orationem monebat. Nõ enim uolebat: ꝙ illam extinguerent propter lucrum. Vnde prouintialibus miniſtris relinquitur: ꝙ non permittant fratres ſuos ocioſos: ego una tecum: ſi qui tales ſunt iudico arguendos & uerberibus puniendos tanꝗ ſeruos malos & pigros. Non tamen propter hoc tibi diſpliceat: qa ſatis ibi inuenies copiam laborandi: tam in ſtudio ueritatis: ꝗ in exercitio humilitatis pietatis & cuiuſlibet alterius uirtutis. Nam fratrum elemoſynas querere: coquinam facere: infirmis ſeruire: ſcutellas lauare & in omnibus humilitatis offitiis laborare que duriora fratribus ſunt ꝗ multa offitia dignitatis. Sed quid dicemus de aſcendentibus ad cathedram quũ regula dicat: ꝙ neſcientes litteras: non curent litteras diſcere? & quum etiam dicat euangelium: ꝙ nolimus uocari magiſtri? Dico ego ꝙ regula non uetat ſtudiũ litteratis ſed illiteratis & laicis uult enim iuxta apoſtolum: ꝙ unuſquiſque in ea uocatione qua uocatus eſt permaneat ut ad clericatum de laycatu nullus aſcendat: nec uult ꝙ clerici fiant laici ſtudium recuſando. Alioquin ipſe tranſgreſſor fuiſſet: qui quum paucas litteras in ſeculo ſciret: poſtmodum in litteris profecit in ordine: non ſolum orando: ſed etiam legẽdo. Vnde ut ſcias: ꝗtum ſibi placuerit ſtudium ſacre ſcripture. Audiui ego a fratre qui uidit: ꝙ cum teſtamentum nouum ueniſſet ad manus ſuas: & plures fratres ſimul nõ poſſent totum habere: diuidebat per folia: et ſingulis comunicabat: ut omnes ſtuderent: nec unus alterum impediret. Clericos etiam: quos ipſe recipiebat ar ordinem in ſũma reuerentia habebat & in morte mandauit fratribus: ꝙ doctores ſacre ſcripture in ſumma reuerentia haberent tanꝗ illos: a quibus reciperent uerba uite. Vnde quum nomen doctoris ueneraretur ĩtelligebat hoc euãgelium non uetuiſſe: alioquin Paulus apoſtolus euangelio contradiceret qui ſe in prima epiſtola ad Thimoteum magiſtrum gentium uocat: quod maioris ĩpudentie uidetur ꝗ ſi ab aliis uocaretur. Dico ergo: ꝙ ſcdm dictum euangelicum ambitio & pompa huius nominis contemnenda eſt & nullatenus appetenda: ſed officium aſſumendum. Quos enim magis decet euangelium docere: ꝗ qui euãgelium profitentur & ſeruant? Nam quum dicat euangelium. Qui fecerit & docuerit: hic magnus uocabitur in regno celorum. Quis ſane mẽtis dicat ut magiſter & frater Alexander diues debuerit predicare & docere. Beati pauperes ſpiritu: & pauper effectus debuerit reticere. Certe ſi fratres decet adiſcere & ruminare tanꝗ munda animalia uerba diuina: & ſibi ipſis ſufficiunt in docendo. Quis tam ſtultus eſt ut dicat ꝙ doctrinam quã eos decet facere et docere: debeant a non facientibus mẽdicare? Cõdemno igitur tecum in magiſterio pompam: ſed commendo offitium. Damno fratrem minorẽ pomposum & dico eum magiſterio penitus indignũ: ſed comendo ſtudioſum

credēs ꝙ nulli magis q̄ tali cōpetat au
ctoritas docendi euāgeliū Ieſu chriſti.
Reſtat ut de philoſophātibus aliquid
ſubiūgamus. Audi chariſſime ſicut in
ceteris: ſic & in hoc parit cōcordemus.
Fateor diſplicēt tibi curioſitates: diſpli
cent & mihi: diſplicēt fratribus bonis:
diſplicent deo & angelis ſuis. Nec de-
fendo circa ſcripta puerilia muſſitan-
tes: ſed deteſtor eos pariter tecum.
Vñ tibi & mihi cōſulo: ut hēamus zelū
ſcdm ſciam: nec dteſtemur pluſq̄ opor
tet uel nō opōrtet. Fortaſſe. n. iter pctā
minuta & uenialia cōputādū ē. Vix. n.
grana collig: pn̄t abſq꜃ paleis: & uerba
diuina ſine uerbis humanis. Hec autē
oīa ſeparātur p zelū cōpūctionis & fle
tus deuotionis: que faciūt triticū ueri-
tatis a ṽboꝝ paleis ſeparari. Et fortaſſe
aliq uidētur curioſi: q magis ſunt ſtu-
dioſi. Si qs enim ſtuderet dictis hereti
coꝝ: ut eoꝝ ſnīas declinādo magis in
telligeret ueritatē: nec curioſus nec he
reticus: ſed catholicus cēſendus eſſet.
Quū uerba phoꝝ aliqñ plus ualēt ad
intelligētiā ueritatis & erroꝝ confuta
tionē: nō deuiat a puritate aliqñ in his
ſtudere: maxīe quū ſint multe cōcluſio
nes fidei: q̄ ſine his terminari nō pn̄t.
Vñ ſi uelimus nimis ſtricte iudicare:
fortaſſe ipſos ſctōs (quod ipiū eſt) iudi
cabimus curioſos. Nā nullus melius
naturā tpis & materie deſcribit: quam
ſctūs Auguſti. ingrēdo & diſputādo in
libro cōfeſſionū. Nullus melius exitus
formaꝝ ſ' propaginē reꝝ: q̄ ipſe ſup
Geñ. ad litterā. Nullus melius q̄ſtiōes
de aīa & de deo: q̄ ipſe in libro de tri-
nitate. Nullus naturā creationis mun-
di: q̄ ipſe de ciuitate dei: ut breuiter di
cam: pauca aut nulla ponūt Magiſtri
in libris ſuis: qn illa repertas ī ſcriptis
auguſtini. Lege Auguſtinū de doctri-
na chriſtiana: ubi oñdit: quō nō pōt in
telligi ſacra ſcriptura: ſine aliaꝝ ſcrip-
turaꝝ peritia. Oſtēdit etiā: ꝙ ſicut filii
iſrael aſportauerūt uaſa egipti: ſic do-
ctores theologici: doctrinam philoſo-
phie. Vñ multa q̄ nō didicimus p phi-
loſophos: & de dictis phie didicimus
p ſctōs. Ac p hoc nō debet tibi eſſe mi
rū: ſi minus fundati intrātes ordinem
fiant in ſciētia in ordine fundatiores.
Sed eſto ꝙ iſta ſint rephēſibilia & pur-
gāda. Nō ꝑpter hoc retraharis: qa nul
lus ad hoc compellitur. ſed his magis
amatur: q magis taliū eſt aſpernator.
Nec plati talia ꝑcipiunt ſed ꝑmittunt.
Nec p tres uel quattuor uitioſos debet
magiſter cōtēnere īnocētes. Et ſi aliqui
abūdent libris ad tempus aliis pleriſq꜃
multo plus indigētibus poterūt diſpē
ſare: quū multo plures egeāt q̄ abun-
dēt. Nec te moueat: ꝙ frēs in ꝑncipio
fuerūt ſimplices & illiterati: imo magis
debet hoc in te fidē ordīs confirmare.
Fateor corā deo: ꝙ hoc eſt ꝙ me fecit
uitā bti Franciſci elligere: ꝙ nō fuit per
hoīum prudētiā inuēta: ſed p chriſtū
Et qa opa chriſti nō deficiūt: oſtēditur
hoc opus fuiſſe diuinū: dum ad cōſor
tiū uiroꝝ ſimpliciū: etiā ſapientes non
ſunt dedignati deſcēdere: attēdētes il-
lud apoſtoli. Si qs eſt inter uos ſapiēs:
ſtultus fiat ut ſit ſapiēs. Rogo chariſſi-
me ut nō nimis abūdes in ſenſu tuo:
nec te credis prudētiorem nec meliorē
oībus: quos deus ad ſtatū iſtum uoca
uit: etſi te nocauerit: non recuſes. Vale
in domino Ieſu. Amen.

Incipit declaratio Magiſtri Bartholomœi de Piſis ſuper regulam fratrũ minorum.

Viſo q̃liter ſũmus dñs & ſaluator noſter: regulat generaliter & ſpecialiter uirtuoſe degere: & ad uitá eternam optátes peruenire: qđ erat prima pars iſtius noni fructus & conformitas. Nunc cõſequẽter uidendũ eſt de ſecũda parte· uidelicet Fráciſcus regulator· Vbi ſciendũ eſt ꝙ cum dictũ ſit in precedẽtibus btũm Fráciſcũ fecũdatũ fuiſſe fratribus minortbus ſororibus ſancte clare: & hoĩbus fratribus ac ſororibus de penitẽtia· Et quia nõ decebat tales eſſe abſq; lege & regula debita: hinc eſt ꝙ diuino ſpiritu: talibus ſub Fráciſci regimine adunatis: beatus Fráciſcus diuino lumine illuſtratus ꝓfatis regulá tribuit & modũ uiuendi. Et quia diſtincti fuerunt tales quibus btũs Fra· fuit fecundatus. Hinc eſt ꝙ ipſe diſcretione precipua adornatus: ſicut diuerſis: ſic & diuerſas regulas tribuit & modos uiuẽdi· Fratribus minoribus altiorem & ſtrictiorẽ: utpote apoſtoloꝶ: Sororibus uero ut ſexu ĩfirmioribus: dedit regulam mitiorẽ. At uero his de penitẽtia in mundo cõſiſtentibus & circa tẽporalia occupatis: pro ipſorũ ſalute regulam ſtatuit modis ipſorũ utilem & congruentem. De qbus loquẽdum erit: ſed principaliter de ꝑma regula: uidelicet Data fratribus minoribus: & demũ de aliis· Quibus declaratis apparebit quõ beatus F. fuit prudẽs predictoꝶ regulator & ordinator. De prima regula ſuccinte uolẽdo loqui ut appareat qualis ſit: & quanta ſit ipſius altitudo & pfectio: eſt notandũ ꝙ regula fratrum minoꝶ: qualis ſit & q̃ perfecta ex pluribus põt perpendi.

Qualiter regula a chriſto miraculoſe btõ Fráciſco fuit data & mõſtrata.

Primo quia a chriſto miraculoſe data eſt & monſtrata· Vbi ſciendũ: ꝙ beatus Franciſcus nõ ſtatim mundo abrenũtiato ſumpſit regulá euangelicá in uiuẽdo imo ꝑ biẽnium ſtetit indutus habitu heremitico portádo corrigiam & calciamẽta & baculũ quẽdá in manibus· Atamen iſto tpe eccleſias tres cepit errigere· Quo biẽnio cõpleto: dum in quodá apoſtoloꝶ feſto miſſam de apoſtolis audiret & formá intelligeret datam apoſtolis a chriſto in uiuendo: ac apoſtolice norme apoſtolis date ſuper oĩa coaptaſſet: ut dictũ eſt fructu. viii· precedenti· Et ex tunc cepiſſet penitentiá & uerbo & facto publice ꝑdicare. Quũ multi eius predicatione animati: & precipue frater Bernardus de quinta ualle mũdũ relinquere uellet: & chriſto deſeruire: cuius regulá deberent obſeruare & accipere: btũs Franciſcus cum fratre Bernardo ad eccleſiá cathedralẽ accedentes: primo miſſam a quodá bono ſacerdote audiẽtes: deinde uſq; ad tertiam dñm deprecátes: ut ſuper hoc eis ſuum beneplacitum oſtendere dignaretur: oratione completa: ſacerdos ad rogamẽ beati Fran-

ciſcī ſignō crucis ſe muniens miſſale apperuit & librum euangeliorum. In cuius apertione prima occurrit. Si uis perfectus eſſe uade & uende omnia que habes & da pauperibus. In ſecunda apertione occurrit illud. Qui uult uenire poſt me abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam & ſequatur me. In tertia uero apertiōe occurrit illud. Nihil tuleritis in uia. Quibus auditis ait beatus Franciſcus ad fratrem Bernardum. hec eſt uita & regula noſtra omniumqꝫ qui uoluerint noſtre ſocietati coniungi. Sic ergo edoctus celitus pater beatus regulam euangelicam aſſumpſit. Et cum fratres uſqꝫ ad duodenarium numerum excreuiſſent: tūc beatus Frāciſcus illuſtratus celitus de uerbis euangelii quādam compoſuit regulam paucis aliis ſupadditis: que ad uniformem uiuendi modum neceſſaria uidebantur: preſuppoſita tam pro fundamento indiſſolubili obſeruantia ſancti euāgelii. Vbi attētis que poſuit: & ipſius beati Franciſci ignorantia: quia ydiota & ſimplex proculdubio a chriſto eidem extitit reuelata. Sic ergo miraculoſe primo facta non minus miraculoſe extitit confirmata. Quod oſtēdit ꝑmo uiſio beato Franciſco de ſūmo pontifice inclinando ad eius uotum a deo ſibi monſtrata. Quum enim ſocii ex ſimplicitate ſūmi pontificis preſentiam adire formidarent: ipſi beato Frāciſ. uiſio eſt monſtrata arboris magne celſitudinis: ſub qua cum ſtaret & eius magnitudinē miraretur ſubito diuina uirtute tantū leuabatur ī altum: ut cacumen ipſius contingere: eiuſqꝫ ſumma facillime in curuaret ad ima: per quam ſummum pontificem intelligens diuina uirtute ad ſe inclinari debere confortatis ſociis cum ipſis ad dominum Innocentium tertium Romam perrexit. Viſio etiam oſtenſa ſummo pontifici idipſum confirmat. Qui multis negotiis occupatus: quum beatum Franciſcū ante ſe conſtitutum cum ſociis indiguanter repuliſſet reuelatio eſt ſibi facta de nocte de palma inter pedes ſuos paulatim ſuccreſcere: & in arborem pulcherrimam eleuari. Et diuina luce edoctus: qꝫ palma ſignificaret illū pauperem quem repulerat: de mane mādauit illum inquiri: & ad ſuam preſentiam adduci. Alia quoqꝫ uiſio prefato pontifici preoſtenſa fuit a dño: uidelicet De eccleſia lateranēſi iam ruine ꝓxima: quā quidam homo pauperculus modicus & deſpectus ꝓprio dorſo ſubmiſſo ne caderet ſuſtentabat pauperē illum beatū Franciſ. intelligēs que poſtulauit cūcta conceſſit. Approbauit regulā ipſam: ſed non cum bulla: dedit de penitētia predicanda mandatū: & ipſum ſemp ſpeciali amore dilexit. Sic ergo conſideratis omnibus uidelicet regule cōſcriptione pape condeſcēſione: & diuina premonitione: miraculoſe a chriſto prima regula eſt data.

Verum cum dilatato iam ordine uiuendi formam per ipſum Innocentiū approbatam: quia uidebat eam prolixam cuperet ad breuiorem formā reducere: & per dominum Honoriū tertium: qui Innocētio ſucceſſerat in perpetuum facere roborari. Ad hoc faciē

dum mira uiſione a deo fuit premoni tus. Videbatur enim ſibi micas panū ſubtiliſſimas collegiſſe: multiſq; fame licis fratribus ipſum circūſtantibus de bere tribuere:ſed propter earū tenuita tem:ne inter manus exciderēt dare for midabat. Vox deſuper ē ei facta dicēs. Franciſce unam de miciſ omnibus ho ſtiam facito:& manducare uolētibus tribue. Quo faciente quicūq; non de uote recipiebant:aut receptum contē nebant donum:mox lepra infecti no tabiles apparebant. Sed cum uiſionē prefatam beatus Franſ.minime intel ligeret:& uigil eſſet in oratiōe uocem de celo dilapſam audiuit dicentē. Frā ciſce mice noctis preterite uerba ſunt euāgelica:hoſtia eſt regula :lepra ini quitas. Qua uiſione beatus Frāciſcus premonitus aſſumptis duobus ſociis: uidelicet fratre Leone:& fratre Boni zo de Bononia ad montem fontis po lūbe iuxta reate perrexit. Vbi pane tm̄ contentus & aqua ieiunans regulam fecit ſcribi:ſcḋm q̧ oranti ſibi diuinus ſpiritus ſuggerrebat. Quā quū de mon te deſcendēs ſeruandam fratri Helye ſuo uicario tradidiſſet:ille ei perlecta quū ſibi nō placeret ipſam deſtruxit. dicens ſe per incuriam eam perdidiſſe ſeu amiſiſſe. Sed iterato uir ſanctus ad montem rediens prefatum: & ieiunās eā ad inſtar prioris acſi ex ore dei uer ba ſuſciperet illico reparauit. Et p do minum Honorium octauo ſui ponti ficatus anno:ut optauerat confirmari obtinuit. Sic ergo uiſione micarum & hoſtie & intelligentia ipſarum inſti tutione regule primō cum reparatiōe eiuſdem facta:ſecundario apparet in ſpicienti regulam minorum miracu loſe factam & a chriſto beato Franci ſco monſtratam.

Qualiter regula fuit a chriſto inſti tuta & ordinata.

Secundo preclaritas regule appa ret: quia a chriſto inſtituta & ordina ta. Vbi ſciendum q̧ beatus Frāciſcus regulam uicario traditam & amiſſam cum iterato iam uellet reparare:frater Helyas qui regulam uiderat:& teno rem ſciebat miniſtris notificauit bea tum Franciſcum talem regulam uelle facere. Qui ad ipſum congregati in ducebant fratrem Helyam : ipſius beati Franciſci uicarium:ut ad ipſum iret: & ſibi diceret pro parte ipſorum q̧ regulam ipſam faceret pro ſe & nō pro eis:quia ad ipſam nolebāt eſſe ob ligati. Sed frater Helias timens ipſius beati Franciſci reprehenſionem reſpō dit:q̧ ire nolebat:ſed inſtantibus ipſis q̧ iret:dixit ſe nolle ire ſine ipſis. Et tūc omnes ſimul iuerūt. Cūq; eſſet frater Helyas prope locū:ubi erat beatus F. Vocauit ipſe frater Helyas beatū F. Quo reſpondēte & uidente predictos miſtros dixit. Quid uolunt iſti fratres? Et frater Helyas rn̄dit. Iſti ſunt miſtri qui audientes q̧ facis nouam regulā: & timentes q̧ facias eam nimis aſpe ram dicunt & ꝓteſtantur q̧ nolūt eſſe obligati ad eam. Facias eam pro te: & non pro eis. Quo audito auertit faciē ſuam beatus Franciſcus ad celum : & loquebatur chriſto ſic. Domine non

-ne dixi tibi:ꝙ ipſi non crederēt mihi? Tunc audierūt omnes uocem chriſti reſpondentis in aere. Franciſce nihil eſt in regula de tuo: ſed totū eſt meū quicquid ibi eſt. Et uolo ꝙ regula ſic ſeruetur ad litteram: ad litteram: ad litteram. ſine gloſa: ſine gloſa: ſine gloſa. Et addidit chriſtus. Ego ſcio q̄tum poteſt humana fragilitas: & q̄tum uolo eos iuuare. Qui ergo nolunt eam ſeruare exeant de ordine. Tunc. b. Franc. uertit ſe ad illos fratres & dixit illis. Audiſtis: audiſtis. Vultis ꝙ iterum faciam uobis dici. Tunc miniſtri ſeipſos inculpantes confuſi & territi receſſerūt. Quibus uerbis non ſolum patet ꝙ regula noſtra eſt a chriſto inſtituta & ordīata: ſed etiam primum premiſſum ꝙ ab ipſo eſt beato Fran. data & mōſtrata. Sed iſtud ſcd'm clarius patebit ex dicendis ubi oſtendetur ꝙ ipſe chriſtus multos ut iſtum ordinem introirent induxit.

Que occurrunt ad compoſitionem regule.

Sic ergo apparet ex dictis quali modo eſt confecta noſtra regula: q̄ ꝓfitemur: quia ieiunio & oratione: quali in loco: quia in monte: quali auctore: qa uidelicet dn̄o Ieſu chriſto eam. b. Frā. reuelante: unde ad inſtar legis moyſi: ieiunio monte & deo dictāte facta eſt & data. Et ſicut lex euangelica de qua eſt regula iſta: ut ſtatim dicetur cōfecta & ordinata ꝓmulgata eſt a chriſto ſtāte & ſedente & docente in mōte. Mat. v. Sic regula fratrum minoꝝ facta eſt a btō. F. ſtante & reſidente in monte & chriſto ſibi eam reuelante. Patet etiam ex prefatis ipſius regule ꝓeminētia & excellentia: qa a chriſto dictante btō. F. orante & ieiunante facta hītaq̄. Et chriſto reclamāte de celo ſe eā feciſſe: & ſic uelle ſtare ueridice declaratū. Qua re nullus debet eā ipſam īfamare ut inobſeruabilem ſicut faciunt pleriq̄: quia chriſtus qui omnia nouit: & q̄tum poteſt homo ipſam ordinauit: & ſic eſſe uoluit. Nullus eam ſuſpectam debet habere uelut falſam: aut hominem non ualentem deducere ad perfectionem: quia chriſtus perfectionis caput ipſam cōpoſuit & dictauit. Nullus debet eam abiicere: ſed reuerentia ſumma ad ipſam affici conſiderato auctore. ſ. chriſto: reſeratore ſcilicet Franciſco: & ſcriptore ſocio ſancto: ſcilicet fratre Bonizo uel Leone. Nullus debet dubitare eam non eſſe a chriſto: quia coram tot miniſtris & fratribus chriſtus ſe eam feciſſe aſſeruit: & bea. Franciſcum nihil in ea de ſuo poſuiſſe. Vnde papa Honorius qui eam confirmauit: quum de uno capitulo regule cum beato Franciſco loqueretur. reſpondit ipſe beatus Franciſcus. Ego uerba illa in regula non poſui: ſed chriſtus qui omnia utilia & neceſſaria ſaluti animarum ac fratrum: & bono ſtatui & conſeruationi religionis melius nouit: cuiq̄ omnia que uentura ſunt in eccleſia & religione noſtra patent: & preſentia ſunt. Non ergo debeo nec poſſum uerba chriſti mutare. Quapropter beatus Franciſcus ad regule obſeruantiam inducendo fratres: dicebat ſe in regula nihil poſuiſſe ſecūdum induſtriam propriam: ſed omnia ſic ſcribi feciſſe: ſicut ſibi fuerant diuinitus reuelata. De hac ſiquidem regula teſtātibus f̄ribus Bonizo & Leone qui fue-

rant in monte:quādo btūs Frāciſ.eam hab uit a chriſto:& qn̄ papa Honorius eam confirmauit.papa ipſe Honorius dixit.Beatus ille:qui gratia dei roboratus hanc regulam fideliter & deuote ſeruauerit:qm̄ omnia que in ea ſcripta ſunt:ſancta & catholica ſunt & pfecta.patet ergo qm̄ regula noſtra eſt a chriſto ordinata.

Qualiter regula eſt in ſancto euangelio fundata.

Tertio qualis ſit regula noſtra patet: quia ipſa eſt in ſancto euangelio fundata.Quod patere pōt:tam de prima regula:que tota eſt ut intuentibus apparet ad litteram de euangelio aſſumpta:q̄ de regula ſecunda. Et ſi in regula non omnia uerba ad litteram ſint de euangelio:ſingulariſ tñ ab euāgelio ſunt extracta: ſicut clare patet inſpicienti regulā:& ſanctū euangeliū in quattuor euāgeliſtis contētum & expſſum.Et ut hoc uideatur uidenda ſunt capitula regule ſuccincte: & quō ab euangelio ſint extracta.

Primum capitulum regule.

PRimū regule capitulū eſt. Regula & uita fratrū minorū.&c.uiuendo in obedientia:hoc extrahitur ab illo loco.Mat.xvi.Si quis uult uenire poſt me abneget ſemetipſum.&c.Sine pprio. ſūmitur ab illo uerbo.Mat.xix. Si uis pfectus eſſe uade & uende oīa q̄ habes.&c.et Mat.io.Ecce nos reliquimus oīa & ſecuti ſumus te.&c. In caſtitate ſūmitur ex Mat.xviii.Sūt eunuchi: q ſe caſtrauerunt ppt regnū celoꝝ. & ex illo loco Luc.xiii.Si qs uenit ad me & nō odit patrē ſuū & uxorem & filios.&c.Frater Frāciſcus pmittit obiam dño pape. ſūmiſ ex illo loco Mat.xvi. Tu es Petrus:& ſup hanc petrā edificabo eccleſiā meam.& Ioā.xxii.Petre paſce oues meas.& Mat.xxiii.Quecunq dixerint uobis facite.&c. Nolens obedire īperio ſacerdotis morietur. Deuſ. xvii.Succeſſoribus eius canonice intrātibus. ſūmitur ex illo loco.Io.io. Qui aſcendit aliūde ille fur eſt & latro.&c. Et eccleſie romane. ſummitur ex illo loco.Ego rogaui pro te:ut nō deficiat fides tua.

Regule. Cap.ii.

SEcūdū regule capitulum eſt.Si qui uoluerint hanc uitam accipere.&c.mittat eos.&c.Exēplo chriſti mittentis leproſos ad ſacerdotes: ut patet in multis locis euāgelii.Miniſtros.hoc nomen miniſter. ſūmitur ex illo loco Mat.xx.Qui maior ē ueſtrum erit miniſter uidetur. & Luc.xxii.Ego in medio ueſtrum ſum ſicut qui miniſtrat. Diligenter examinēt eos.&c. ſūmitur ex illo loco.Io.ix.Credis tu ī filiū deiſ & Io.ii.Credis hoc:ait dominus marthe.uſq in finem. ſūmitnr ex illo loco Mat.v.Qui perſeuerauerit uſq in finem hic ſaluus erit.Et uxores non habent:uel ſi habent.&c. ſūmitur ex illo loco Luc.xiii.Si qs uenit ad me & nō odit patrem & uxorē. &c. & Mat.xiii. Qui reliquerit patrem domū & uxo. &c. Vadant & uendant. &c. ſummitur ab illo loco. Mat.ix.Vade & uēde omnia que habes:& da paupibus.&c. Ne ſolliciti ſint.&c. ſūmitur ex illo lo-

co.Mat.vi. Nolite ſolliciti eſſe anime ueſtre.&c.Et nolite ſolliciti eſſe de craſtino.Mittens manum ad aratrū. &c. hoc habetur Luc.ix.Habeant unā tunicam.ſummitur ex illo loco Luce.ix. & Mat.10.Dominus apoſtolis mandauit:ut nō haberent duas tunicas.&c. Anno probationis.trahitur exēplo ficulnee:quā incidi mādauit.&c. Mat. xxi.Et omnes ueſtimentis uilibus. &c. ſūmitur ex illo loco.Mat.xi.Qui mollibus ueſtiuntur in domibus regū ſunt. Et poſſint portare calciamēta.ſummitur ex illo loco.Mat.vi.ꝙ habebāt apoſtoli ſandalia.Nō iudicent. ſummitur ex illo loco Mat.vii.& Luce.vi.Nolite iudicare.&c.Sed iudicent ſemetipſos ex illo exēplo publicani.Qui oculos nō audebat.&c.dicens.Domine deus ꝓpitius eſto mihi peccatori.& Mat.vi. Dimitte nobis debita noſtra.

Regule Cap̄.iii.

CLerici faciant diuinū offitium.ſūmitur ex illo Mat. v.Dn̄m deū tuum adorabis & illi ſoli ſeruies. & ex illo Mat.xxi.Pueri in tēplo clamabāt. Oſanna.&c.Et cū petro laudē dicere. Tu es chriſtus filius dei uiui.&c. Mat. xvi.Dicant.Pater noſter. hoc ſūmitur. Mat.vi.Cū oraueritis dicite.Pater noſter.&c.Ieiunēt.ſūmitur exēplo chriſti. qui ieiunauit Mat.10. Et ex illo Mat. xvii.Hoc genus demonioꝝ eiicitur ieiunio & oratiōe.Tēpore manifeſte neceſſitatis.ſūmitur ex illo Mat.xiii. ꝙ diſcipuli neceſſitate ſpicas. &c.qđ alias non licuiſſet.Non litigēt.ſummitur ex illo Mat.v.Ego aūt dico.non reſiſtere.&c.Neq̧ contēdant uerbis.ſummitur ex illo Mat.v. Qui uult contēdere tecum.&c.dimitte.&c.Nec alios iudicēt.hoc habetur:ut dictū eſt Luc.vi. & Mat.vii.Sed ſint mites.Matt.v. Beati mites. Pacifici.Mat.v. Beati pacifici. manſueti ex illo Mat.xxvii.Non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia.&c.Ieſus nō r̄ndit.humiles Mat.11. Diſcite a me:quia mitis ſum & humilis corde.&c.honeſte.&c.ſūmitur exēplo chriſti. Qui in medio doctoꝝ ſtabat:& mirabantur ſuper doctrina & reſponſis eius.Nō debeant equitare. ſūmitur ex illo Io.iiii. Ieſus fatigatus ex itinere:nō equitauit:ſed ſedebat ſuper fontem. Nec equum aſcēdit dum uenit ieruſalem ſed aſinū.Mat.xi.dicant Pax huic domui.Ad litteram habetur Luc.10.De omnibus cibis.&c.habetur Luc.10.

Regule Cap̄.iiii.

QVartum regule capitulū. Precipio firmiter denarios uel pecuniam nō recipiant. ſūmitur Mat.10. & Luc.ix.Nolite portare aurū neq̧ argētum.&c. miniſtri ut ſupra Mat.20. & Luc.xxii.Cuſtodes.habetur ex illo Lu. 10.Samaritanus:qui cuſtos interpretatur habuit curam de uulnerato. & Io. xvii.Quos dediſti mihi cuſtodiui: nec perdidi.&c.Preter denarios uel pecuniā.ab illo Lu.xxii.Nunqd defuit uobis.Dixerunt nihil.

Regule Cap̄.v.

q Vintū.regule capitulū.Fratres q̄bus dedit dn̄s gratiā laborādi laborēt.&c. Ab illo Mat.20.Quid ſtatis tota die ocioſi? Ite in uineam meam.&c.Sctē oratiōis ex illo Luc.xviii.Oportet ſemp orare. &c. et Mat.xxvi.Vigilate et orate.&c.

Spiritū nō extinguant·ex illo Io.iiii.In ſpiritu oportet orare.&c.Cui tempora lia.&c.Mat.vi.Querite p̄mum regnū dei.&c.De mercede uero laboris reci- piant.ex illo Mat.io.Dignus ē merce- narius mercede ſua.&c.

Regule Cap̄.vi.

SExtū regule capitulū.dicit Frēs nihil ſibi approprièt. &c.ſummitur ex illo Mat. viii.chriſtus dicebat.Vul- pes foueas habent.&c.Filius aūt hoīs nō habet ubi caput ſuum reclinet.&c. In pauptate Mat.v.Beati pauperes ſpi ritu.&c.& humilitate.Niſi qs humilia uerit ſe.ſicut paruulus iſte.Mat.xviii. Vadāt pro elemoſyna cōfidenter.ſum mitur chriſti exēplo:qui triduo:quo in tēplo fuit:ſtipem hoſtiatim q̄ſiuit ut di cit Berñ.Etiā ipſe & btā Maria:et apo- ſtoli p elemoſyna fuerūt:ut dicit.b.F. in p̄ma regula:et de elemoſynis uixe- rūt.Se fecit pauperē.p̄s.Paup ſum ego &c.Mat.viii.Vbi caput reclinaret nō hēbat.Hec eſt illa celſitudo.q̄ uos he- redes Mat.xix.Cētuplū accipietis et ui tā.&c.Reges.Lu.xxii.Ego diſpono uo bis regnū.&c.Nihil ip̄petuū habere. Mat.io.et Luc.ix.Nolite poſſidere au rū.&c.Dilligere frēm ſuum ſpūalē.Io. xiii.In hoc cognoſcēt oēs:qa mei diſci puli eritis:ſi dilectionē habebitis.&c. et Luc.xxii.Et tu aliqñ cōuerſus cōfir- ma frēs tuos:q ſunt frēs ſpūales.Et de- beāt ei ſeruire.hoc ſūmitur ex Mat.vii. Omnia ergo:quecūq̄ uultis ut faciāt uobis homines:et uos facite illis.

Regule Cap̄.vii.

SEptimū regule cap̄m.Si q fratrū iſtigāte inimico.&c. hoc ſummitur ex Lu.xvii. Vbi ponitur:q̄ dñs grauio ra demonia ſue curationi reliquit:ut pa tet de lunatico quem diſcipuli curare nō potuerūt.Cum miſericordia iniun gāt.hētur ex illo Mat.ix.Diſcite qd eſt. Miſericordiā uolo.&c.et Io.v.Vade et noli āplius peccare.Sed ſi p̄ſbyteri nō ſunt iniūgi faciāt.&c.hoc ex illo accipi tur.Io.zo.q̄ ſolis apoſtolis quos ſacer- doteſ fecerat Mat.xviii.Dedit eis ptātē ligādi et ſoluēdi.Ne iraſcātur.&c.ex il lo Luc.v.accipitur.q̄ irati phi:et chari tatē nō hñtes deū p̄cipitare uoluerūt. et ſequitur.Veni p̄ctores uocare.&c.

Regule Cap̄.viii.

OCtauū regule capitulū ē. Vniuerſi frēs.&c.hoc acci pitur ex illo Io.x.Fiet unū ouile et unus paſt.et Mat. xix.Magiſter ueſter unus eſt chriſtus. Ne per oppoſitum dicatur illud Luc. ii.Omne regnū in ſe diuiſum deſo- labitur.&c.Seruum totius fraternita- tis &c.ſummitur ex illo Mat.zo.Qui maior eſt ueſtrum:erit ueſter miniſter. Teneantur firmiter obedire.ex illo Io. vi.Deſcēdi de celo:nō ut faciā uolūta- tē meā.&c.Inſimul cōuēire.ex illo Lu ce.io.Reuerſi ſunt.lxx.cū gaudio.&c. Ad oēm utilitatē fratrū.ex illo qd ha- betur Mat.xxv.Serue neq̄ et piger.ſe- quitur.Tollite ab eo talentum.

Regule Cap̄.ix.

NOnum regule capitulum Fratres non predicēt.&c. hoc ha betur Matt.io.et Luc.io.Qui nō ſuſceperit uos exite inde.&c.et Mat.v.Non reſi-

ſtere malo.&c.Et nullus fratrum popu lo.&c.Exemplo Ioannis baptiſte. Luc. iii.Super quem factum ē uerbum dñi. et tunc uenit ad predicandum.& Luc. iiii.& Mat.iiii.Baptizatus ieſus & ſpū ſancto plenus & poſtq̄ ieiunauit incepit predicare.Examinata.Mat.xv.Si cecus ceco ducatū preſtet.&c. Et caſta.ex illo.Mat.xii.Bonus hō de bono theſauro cordis ſui ꝑfert bōa. et Mat.xv. De corde exeūt cogitātes male.&c. Ad utilitatem & edificatōnem populi.ex illo Mat.io Ieſus miſit ꝑdicare & curare infirmos.&c. Annuntiādo.&c. hoc accipitur ex ſerie oīum euangeliorum.ſed ſpāliter.Virtutes.Mat.v.& Luc.v.Vitia Mat.xxiii.Penam & gloriam.Mat.xxv.

Regule. Capitulum.io.

Decimum regule capitulū. Fratres q̄ ſunt miniſtri.&c. Moneāt.&c.hoc habetur. Mat.xviii. Corripe inter te & ipſum ſolum.&c.Non ꝑcipiētes.&c. hoc habetur Mat.xxiii.Imponunt onera importabilia ſuper humeros hominum.&c. et Mat.vi. Anima plus eſt q̄ corpus.&c. et Mat.xxiiii.Si quis uobis dixerit. Ecce hic eſt chriſtus aut illic. Nolite credere.Ecce in deſerto eſt.Nolite exire. Ecce in penetralibus. Nolite credere.& Mat.xv. Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum?Rñdit Ieſus. Quare uos tranſgredimini mandata dei.&c. Vnde firmiter precipio.ab illo Mat.vii.Qui fecerit uoluntatē patris mei.&c. In omnibus que promiſerunt. &c. habetur Mat.v. Redde deo uota tua. Ad ſuos miniſtros.ſūmitur exemplo Centurionis.qui ad chriſtum accedens nō fuit repulſus:ſed receptus.Mat.viii. Nā miſtri ſint ſerui &c.ſūmitur ex illo Mat. zo.Qui maior eſt erit ueſter ſeruuſ.Caueant ab omni ſupbia.&c.ex illo.Mat. xxiii.Amant primos accubitus.&c.Vanagloria .ex illo Mat.v. Canunt tuba.&c. & capitulo.xxiii.Omnia opera ſua faciunt.&c.& ſequitur.Vos autem nolite uocari.&c:Inuidia.ex illo Mat. xxiii.Ve uobis.& ſequitur .Qui clauditis celum.&c. Auaritia.ex illo Mat.

Date & dabitur uobis.& Mat.xix. Diues difficile intrabit in regnum celorum.& Luc.vi.Ve uobis diuites. Cura & ſollicitudīe.&c.habetur ex Mat. vi.Nolite ſolliciti eſſe.&c. Detractione.&c. ex illo Mat.io.In principe demoniorum eicit demonia. & Mat.iz. Ex uerbis tuis iuſtificaberis & ex uerbis tuis cōdēnaberis.&c.Et murmuratione . ex illo Mat.zo. Murmurabant aduerſus patremfamilias. Et ſequitur reprehenſio. Amice nō facio tibi iniuriam.&c.An oculus tuus neq̄ eſt. Neſcientes litteras.&c. exemplo apoſtolorum qui illiterati fuerunt ex ſtudio humano. & tamē deus dedit eis ſenſum ut intelligerent ſcripturas Luc.ulti.Spiritum dñi.ex illo Io.xv. Mittam uobis a patre ſpiritum ueritatis. et ſequitur Docebit uos omnia:Sanctā operationem.ex illo habetur Io.vi.Operamini cibum qui non perit:ſed permanet in uitam eternam. Orare.&c. Mat.xxiiii. Orate ne fiat fuga. &c. et Lu.xiii.oportet ſemper orare & non deficere.Puro corde ex illo Mat.v. Beati mundo corde qm̄ ipſi deū uidebūt.Habere humilitatem. ex illo Luc.xv. Qui ſe humiliat exaltabitur. et Luc.z.Exaltauit humiles.Et patientiam. ex illo Luc.zi.In patientia ueſtra. In perſecutione.&c.

ex illo. Mat. Btí q pſecutionē. &c. Et diligere. Mat. v. Diligite inimi. urós. &c. Qui āt pſeuerauerit. Mat. io. habetur.

Regule. Cap. xi.

VNdecimum regule capitulum. Precipio firmiter fratribus ne habeāt ſuſpecta conſortia uel conſilia mulierum. &c. ex illo. Mat. v. accipitur. Si quis uiderit mulierem ad concupiſcēdum eā. &c. & Mat. vi. Si oculus tuus ſimplex fuerit. &c. Ne ſcādalū. ex illo. Ma. xvi. Ve hoī illi: p quē ſcādalū uēit.

Regule. Cap. iz.

DVodecimum regule capitulum: Quicūq diuina inſpiratione. &c. Voluerit ire inter ſaracenos. &c. ex illo ſūmitur. Mat. io. Ecce ego mitto uos ſicut oues in medio lupoꝝ. Et chriſtus ut legitur ibidē elegit duodecim apoſtolos & miſit eos predicare. &c. & Lu. io. Deſignauit dns Ieſus & alios ſeptuaginta duos. &c. Et ideo dicitur. Qui diuina inſpiratione uoluerint ire: iuxta illud. Mat. xviii. Ite in mundum uniuerſum & pdicate. &c: Niſi quos uiderint idoneos. &c. chriſti exemplo ſūmitur: quia non omnes miſit: ſed primo. iz. apoſtolos: & deinde ſeptuaginta duos alios diſcipulos. Et fructus talium dicitur. Mat. io. Qui confitebitur me corā hoībus confitebor & ego. &c. Petant a dño papa. ex dicto. Mat. vii. Petite & accipietis. & Io. vi. Quicqd petieritis patrem in noīe meo dabit uobis. Stabiles in fide. ex illo Luc. xviii. Fides tua te ſaluum fecit. & Mat. vii. Fundantes domum ſupra petram. Que pmiſſimus obſeruemus. ex illo Mat. v. Reddes aūt deo uota tua. Ex multis aliis ṽbis euāgelii dicta de chriſto poſſent dici aſſūpta, ſed ſufficiant prefata.

Quod regula eſt extracta de euangelio ut patet auctoritate eccleſie.

Ex dictis igit̄ apparet: q regula fratrum minoꝝ de euangelio eſt extracta Et q ſic ſit patet auctoritate eccleſie in decretalibus de uerbo. ſignificatione. Exiit. Et ſunt uerba dñi Nicolai tertii in declaratiōe regule ubi ſic dicitur de regula fratrum minoꝝ. Ipſa eſt euāgelico fundata eloquio: uite chriſti roboratur exemplo: ac fundatoꝝ militātis eccleſie apoſtolorum ſermonibus actibuſq firmatur. Quo teſtimonio nihil maius ut ipſa minoꝝ regula tota oſtēderetur euangelica. In principio habetur. Regula & uita minoꝝ fratrū hec eſt. ſ. dñi noſtri Ieſu chriſti. Sanctū euāgelium obſeruare. In fine etiam ponitur. Sāctū euangelium dñi noſtri Ieſu chriſti: quod firmiter promiſimus obſeruemus. Vnde hec regula pre omnibus aliis eſt differens in hoc: q nulla regula ſic incipit ut iſta: nec ſic terminatur ut detur itelligi q nulla eſt ſic euāgelica ut hec regula bīdicta. Ad oſtendēdum q ipſa ſit uita apoſtoloꝝ & cōſeqnter. d. n. ie. xpi. Sicut duodecim fuerūt apoſtoli xpi ſic in ipſa ſunt. iz. cap. Et ſicut ſeptuaginta duo fuerūt alii diſcipuli xpi: ut habetur Luc. io. ſic. lxxiii. ṽſus ſūt in regula bti. F. Quibꝫ merito patet: q ipſa eſt uita xpi & apoſtoloꝝ ac in ſacro fūdata eloqo. Et iō dicebat btūs. F. in ſuo teſtō. q deus reuelauit ſibi q uiuere deberet ſcd̄m formā ſancti euāgelii: ſicq uoluit ut facerēt alii frēs Et dicebat ipſe Bea. F. cōtra quoſdā ordīs miſtros nō credētes ſe teneri ad obſeruātiā pfectiōis euāgelii: imo ut ſciāt

oēs frēs ſe teneri ad obſeruātiā pfectō nis euāgelii: uolo q̄ i ṗncipio & i fine regule ſit ſcriptū: q̄ frēs teneātur ſcūm euāgeliū. d. n. ie. xp̄i firmiter obſeruare & ut fratres ſemp ſint inexcuſabiles ex quo eis annūciaui & annūcio ea que dn̄s pro ſalute mea & ſua poſuit in ore meo uolo ipſam oſtēdere operibus coram deo & ipſo coopante in ppetuum obſeruare. Vnde ipſe ad litterā totum euangelium obſeruauit a principio ex quo cepit habere fratres uſq̄ in diem mortis. Sed an ad totā obſeruātiā euāgelii teneātur fratres dicetur ſtatim.

Qualiter regula eſt ab eccleſia & p ſūmos pontifices approbata.

Quarto regula noſtra eſt ab eccleſia & p ſūmos pontifices approbata. Dominus Innocentius. iii. primā regulam approbauit: ſed non cum bulla. Dn̄s uero Honorius dicens regulā a dn̄o Innocentio. iii. approbatam ipſam confirmauit. Et de hoc fieri bullam mandauit. Dominus Nicolaus. iii. regulam approbatam & confirmatam ab Honorio. iii. & bullatam ipſam confirmauit & approbauit & ipſam regulā declarauit. Que declaratio in. vi. habetur decretalium ſub titulo de uerbo. ſigni. Exiit qui. In ſignum uero approbationis ulterius eſt declaratio ipſius regule per ſummos pontifices uidelicet Gregorium. ix. Innocentium. iiii. Alexandrum. iiii. Nicolaum. iii. Clementē iiii. Et. Ioannem. xxii. De qbus dicetur ſtatim. Qui regulam declarantes eam per eccleſiam ſolēniter approbatā oſtēderūt ac priuilegiorum multiplici cōmunitione & exēptione eam obſeruātium hoc aſtruitur euidenter.

Qualiter regula eſt per ſūmos pontifices declarata.

Quinto qualis ſit ipſa regula patet quia eſt per ſummos pontifices declarata ut dictum eſt. Dicti ſummi pontifices eam declarauerunt aliqui plura capitula ſeu paſſus: & aliqui pauciora pro ut oſtendam nūc in hoc uidelicet paſſu. Verum quia multa alia ſunt que expoſitione in regula indigēt que per dictos pontifices non fuerunt declarata nec tacta. Et tempore fratris Aymonis generalis cuſtos pariſienſis: uidelicet frater Guanfredus cū q̄ttuor magiſtris. ſ. Alexandro de ales. Ioanne de Rupella. Roberto de Baſcia: & Ricardo regulā ipſam quo ad aliqua declarauerūt. Magiſter etiā Ioānes petiā q̄ fuit poſtea archiep̄s cantuarienſis in ſua apologia. cap. io. Frater Vgo ſctūs frater de digna prouintia pcentie pre fatorum quattuor magiſtrorum innixus declarationi regulam totam expoſuit declarationibus papalibus tp̄e ſuo editis adiūctis. Hinc eſt q̄ in expoſitione aliquali regule & declaratione primo ſūmorum pontificum eſt ponenda declaratio & demum in alııs paſſibus dictorum expoſitio.

Qualiter beatus. F. datus eſt a deo pro renouatione uite euangelice.

Sed ante p aliquali regule declaratione & dicēdorum eſt ſciēdū q̄ uita euāgelica & ſi a chriſto īſtituta & per apoſtolos & diſcipulos eius fuerit pfectiſſime obſeruata. Faciente ſatore malorum oblitterata manebat in mundo. Hinc eſt q̄ Ieſus chriſtus patri ſupplicauit ut ſibi aliqui darentur qui eſſent crucis ſue baiuli id eſt uite ſue pfecti imitatores. Cui pater annuens Frāciſcum dedit cū ſuo ordine ut de hoc di-

ctum eſt ſupra fructu : ſcđo & cõformitate. Quare uolẽs xp̃s ſaluator: ſuá uitá & paſſionẽ mũdo declarare & renouare Franciſcũ cũ ſuo dirrexit ordĩe. Qui crucis chriſti.i. uite ipſius aſſũpto uexillo in mundum progredientes uitam pro obſeruantia aſſumpſere euangelicam prout prefata oſtendunt. Ipſamq; primo opibus demũ uerbis mũdanis patefacere ſtuduerunt. Et ut indubia fides beato Fran. principaliori daretur a cunctis & ſi prima reuelatione de aſſumptione uite euãgelice a xp̃o fuerit premonitus: poſt tñ ſuſceptionem uite euangelice bulla ſtigmatũ xp̃i ab ipſo eſt conſignatus ut poſt ipſius uitam & regulam ire tutiſſimum a fidelibus putaretur & teneretur. Quod cũ crucifixio ſaluatoris in fine ſue uite ſit facta ac uite chriſti perfectio ſit crucifixione compẽdioſe reſerata: beatiq; .F. ſtigmatizatio ſit facta iuxta finem uite ſue & poſt regule confirmationem & inſtitutionẽ loquendo de regula de qua preſens eſt ſermo inditium eſt beatum .F. euangeliũ & uitam chriſti ſeruaſſe Et in ipſa regula talia prefata poſuiſſe & deſcripſiſſe. Arguit idipſum amor & affectus quem ipſe chriſtus habuit & habet: ac oſtendit ad hunc ordinem ſicut infra in hoc fructu tangetur. In fornace huius mundi cum tota uniuerſitate fidelium per tres pueros deſignatos fidem ſãcte trinitatis habentes ſtant tres ordines & quartus adiungitur. Quia uidelicet poſt Baſilii regulam. Auguſti. & Benedicti. Quarta eſt addita ſcilicet beati Franciſci : que eſt ſimilis per omnia filio dei obſeruando pre ceteris: que ipſe filius dei ieſus chriſtus ordinauit & ſeruauit. Similis beato Franciſco & ſuo ordini non eſt inuentus qui ad litteram legem conſeruaret excelſi. Hec regula q̃ ſit ſalutifera ſanctitas proclamat obſeruãtium. Quã ſit rationalis chriſti inſtituentis ſapientia oſtendit. q̃ ſit expetenda celſitudo hominum ſub hac deo ſeruientium indicat. q̃ ſit autentica apoſtolica declarat auctoritas. q̃ ſit fructifera multitudo fratrum ſub ea chriſto degentium demonſtrat. q̃ ſit contra tria uitia.ſ. Superbie Auaritie & immũditie qbus mũdus inficitur patet ex contentis in regula. q̃ ſit ſpũalis patet quia hominem totũ eleuat a terrenis & ſuſtollit ad contemplanda diuina. q̃ pacificam uitam reddat humanam inter fructus uite preſentis imitanti claret qui mortificatus ſtat quo ad ſecularia. q̃ deuota hinc collige: quia fratrem docet corde ore & opere deum ſemper laudare. q̃ inuictum fratrem teneat contra diaboli inſidias & penitentia pandit: quia ea indicitur & radix omnis peccati ea ſegregatur. q̃ facile eterna capiat hinc liquido aduertitur quia facit fratrem hic ſemper chriſto copulatum & ſubarratum reddit de gloria eternali. q̃ ſit mira notificat eius proceſſus que in calle preſentis miſerie mirabilem pandit mundo ſui ſequacem ſignis & prodigiis. Et q̃ ſit profunda & alta id exprimit multiplicata elucidatio ipſius facta per tot inſignes romanos pontifices. Vt ergo hoc uideatur ad ipſius expoſitionem eſt accedendum. Et aduertendũ eſt ꝙ in hac regula .iz. capitula ponuntur ad inſtar numerũ duodecim apoſtolorum quia de .iz. obſeruandis frater informatur.

In ꝑmò capitulo forma edicitur:fundamentum iacitur mire perfectionis. Nam dicitur ꝙ regula fratrũ minorũ eſt chriſti ieſu euãgeliũ obſeruare.&c. In ſcdꝰ capitulo mũdus ſpernitur & deſpicitur:& modus traditur rõne abdicationis:cum dicitur intrare uolentes ut uendant omnia ſua.&c.

In tertio capitulo hymnus deò pſoluitur:corpus cõteritur actu dire ſubiectiõis:dicitur.n.ꝙ clerici faciãt diuinũ officium & ꝙ fratres ieiunent.&c.

In quarto cap̃.cenſus ſiue es abdicitur : norma oſtẽditur uere miniſtrationis.dicitur enim.Precipio ne denarios uel pecuniam.&c.Et miniſtri.&c.

In qnto cap̃. frater ſupponitur:labor ĩponitur digne occupationis. Fratres inquit illi quibus dñs dedit gratiã laborandi laborent.&c.

In ſexto cap̃.Mens a ſeculò ſuſpenditur:infirmo cõpatitur grate dilectiõis: dicitur.n.Frẽſ nihil ſibi appropẽnt.&c. Et ſi qs eoꝶ in ĩfirmitate ceciderit.&c.

In.vii.cap̃.Morbus corripitur : pater deſcribitur grate cõſolatiõis.dicitur.n. Si qs enim inſtigante inimico.&c. grauiter peccauerit.&c.

In.viii.cap̃. Ordo dirrigitur:pater eligitur pro loco regulationis. dicitur.n. Vniuerſi fratres unum eligant.&c.

In.ix.cap̃.Cetus ſuſpenditur:uerbũ ꝑponitur ſctẽ eruditioniſ.dicitur.n.Frẽs nõ predicent in epãtu alicuius. &c.

In.io.cap̃.Culpa corrigitur:V̂tus edicitur:& ordo ſiue tenor omnis bone cõuerſatiõis.dicitur.n.Frattres qui ſunt miniſtri & ſerui.&c.

In.xi.cap̃.Motus reſtrĩgitur: luxus repellitur freno ꝓhibitionis:cum dicitur Precipio fratribus ne habeãt ſuſpecta cònſortia.&c.

In.xii.cap̃.Chriſtus imprimitur mũdo tranſmittitur frater: ſancte ꝓfeſſiõis dicitur enim.Quicũꝙ fratrũ diuina inſpiratione uoluerint.&c.Generalit̃ ergo de prefatis habetur. Sed uidẽdum eſt ſuccincte de eiſdem in ſpeciali.

Declaratio primi capituli regule.

PRimum regule capitulũ. dicit Regula & uita frũm minoꝶ hec eſt.&c.In quo forma edicitur & fundamentum iacitur totius euangelice perfectionis. In quo capitulo oſtenditur pro ipſius euidentia.

Primo quid a fratre minore de euãgelicis conſiliis eſt precipue obſeruandum:quia regula & uita. &c. Viuendo in obedientia. Vbi uide regule noſtre ab aliis ꝓrogatiuã diuiſionẽ & diſtinctionẽ ꝑtertim in inceptione.Nulla regula incipit ab obſeruãtia euãgelii ſic expꝛſſe:niſi regula fratrum minòrum:ut ex principio:medio cum fine detur intelligi: ꝙ pre aliis in hac uita euangelica ponitur ipſius.

Secundo uide beati Franciſci profundam humilitatem.Nõ dicit regula hec eſt mea:ſed fratrum minorũ. Nec eſt quã ſeruaui:cum tamen prefata dicere potuiſſet:quia regula fuit ſua per dilligẽtiſſimã ipſius obſeruationẽ. Noluit ſe uel actorẽ exprimere:uel obſeruatorẽ cenſeri:ut actor potius chriſtus intelligatur q̃ ipſe & ne ꝓprietas obſeruãtie regule ſoli ipſi dcetur:ſed & aliis frĩbus mĩoribꝰ: uidelicet Primis ſociis & aliis q ad litterã eã obſeruauerunt.

Quid intelligitur per hoc nomen frater minor.

Tertio inſpice nomen datum iſtius

religionis & regule fratribus quia minores nuncupatur. Et nomen ſũptum ex euangelio. Mat.xxiiii. intelligatur. Quod uni ex minimis.&c. Et qđ uni ex minoribus meis feciſtis: ut dicit beatus Fran. chriſtus ad litteram intellexit de fratribus iſtius ordinis. Nec immerito ſic debet intelligi: quia ſi de aliis per anthonomaſiam pauperibus euangelicis debet intelligi & fratribus minoribus: quorum paupertas pre aliis ex ꝓfeſſione dicitur magis peculiaris. Accipitur etiam hoc nomen ex illo uerbo euangelii. Mat.20. Qui maior eſſe uoluerit erit minor. Datur etiam intelligi quid appetere debet frater huius ordinis quia non promotiones eccleſiaſticas ſtatus mundiales & dignitates dicente beato Franciſco in reſponſione facta domino Vgoni cardinali hoſtienſi qui fuit poſtea Gregorius.ix. hic cardinalis cum ſiſcitaretur a beato Franciſco ſi uellet ꝙ fratres ſui ad eccleſie dignitates promouerentur reſpõdit frater Frãciſcus. Domine minores ideo uocati ſunt fratres mei ut maiores fieri non preſumant. Docet eorum uocatio eos in plano ſubſiſtere & humilitatis chriſti ueſtigia imitari ut per hoc tandem in reſpectione ſanctorum plus aliis exaltentur. Si enim uultis ut faciant fructum in eccleſia dei tenete ipſos & conſeruate in ſtatu uocationis eorum atqꝫ ipſos ſi ad alta aſcenderint ad plana reducite uiolenter nec ad ꝓlationem aliq̃ aſcendere ꝑmittatis: hec beatus fran. Hoc oſtendit ipſe btũs. F. exemplo offitium generalatus renuntiando. Intelligi etiam datur quid debet peragere quia ut minor omnia humilitatis offitia. Beatus Fran. in hm̃oi ſignum in principio religionis omnes fratres ac nobiles & ignobiles ad hoſtalia ad ſeruiendum leproſis deſtinabat. Scopabat ipſe Sanctus eccleſias & per elemoſynam incedebat libenter.

Datur etiam intelligi quid in eis ꝑlucere debet quia certe humilitatis inſignia in habitu: in geſtu: in uiſu: & in ſenſibus uiribus & aliis: ut minor ueraciter cenſeatur. Datur etiam intelligi ꝙ que ſpectant ad ſuperbie uitium reſecatũ debet eſſe ab huius ordinis profeſſione: iactantia: ipocriſis: elatõ: ꝓſumptio: ãbitio: & cetera huiuſm̃oi ab eo ãmota eſſe debent ut uere minor exiſtat. Innuitur etiam ex nomine ꝙ in fratre minore debet eſſe omnis uirtutum ornatus ut ſi reputatione ſit minimus uirtutibus ornatus coram deo inueniatur maximus. Exprimitur nomine fratris minoris ꝙ ſit ſibi abnegatus totaliter mortificatus & mortuus mundo: ſed uiuificatus chriſto. Gratus debet eſſe deo pro impenſis ut minori non maiori imputetur a deo facta. Et ut concludam frater huius regule tam ex nomine q̃ ex regula eſſe decernitur mundi abdicator: celi incola: angelus terreſtris chriſto crucifixus: & tota mente deo herens & coniunctus.

Quid ergo primum capitulum dicit. Inquit regula & uita.&c. Lapides poſiti ex quibus templum edificatum eſt in quadro ad regulã diſpoſiti erant ii. ℞.vi. Tu frater minor ſi templum dei eſſe uis ut teneris ad regulam hãc tibi a chriſto per beatum. F. tradditam te quadreris. Vt ſit in te iuſtitia in exhibendis. prudentia in cauendis. temperantia in abitiendis & fortitudo in perſitiendis. De quibus tua pre cunctis re

gula hec ſanctiſſima differit & loqui-
tur. Et aduerte ꝙ btūs F. imo ipſe chri-
ſtus ad apicem perfectionis uult nos
adire in regula pn̄ti: ſic uidelicet ſequi
uitam euangelicam per fratres quod
excellentius ab aliis non fiat aliter ad
artiorem uitam eſſet adire non reſpi-
ciēdo retro: cuius oppoſitum. z. c. edo-
cetur. Inſuper attēde ꝙ cū in in euā
gelio duo pre aliis ſint apoſtolis comē
data a chriſto: uidelicet perfectio ſan-
ctitatis & auctoritas eccleſiaſtice pote
ſtatis. Intentio beati. F. fuit ſuis filiis &
fratribus indicere ꝑut poſſibile eſt in
quibuſdam indicere euangelicam ſan
ctitatem & nihilominus ad reuerendā
apoſtolicam poteſtatem. Primum fa
cit in principio cum dicit. Regula & ui
ta. &c. Scd'm facit in perſona ſui &
ſucceſſorum ac fratrum oīum dicente
regula. Frater. F. ꝓmittit obediētiā. &c.
Dicit ergo ꝑmo. Regula & uita fra-
trum minorum. &c. ſ. beati. F. & fratrū
ſuorum pn̄tium & futurorum: hec eſt
dn̄i noſtri Ieſu chriſti. &c. Et pro huius
primi puncti ac fundamenti totius re
gule declaratione ſunt aliquorum du-
biorum ſolutiones uidende. Quibus
uiſis multa que circa iſtam partem di-
cuntur patebūt. Et primum dubiū
eſt. An fratres minores ex ſue regule ꝓ
feſſione ad obſeruantiam oīum conſi
liorum euangelicorum teneantur. Ra
tio dubitationis eſt: quia dicit. Regula
& uita. &c. Sanctum euāgelium obſer-
uare. &c. Ad iſtud reſpondent concor-
diter qnq̧ ſummi pontifices: uidelicet
Gregorius. ix. Innocentius. iiii. Alexan
der. iiii. Nicolaus. iii. & Clemens. v. ꝙ
nō. Vnde dn̄s Gregorius dicit ꝙ ad cō
ſilia euangelica que in regula non po
nuntur. nō tenentur niſi ad ea ad que
ipſi ſe obligare intenderunt: ad alia ue
ro ut ceteri chriſtiani & eo magis quia
ſeipſos obtulerunt dn̄o ſacrificium me
dullatum. Dn̄s Innocentius dicit: ꝙ fra
tres non tenentur ad oīa conſilia euā-
gelii: ſed ad ea dūtaxat conſilia euan-
gelii: que in ipſa regula ꝓceptorie uel
inhibitorie ſunt expreſſa. Idem dicit
dn̄s papa Nicolaus. Additq̧ ad uerba
Innocentii: ꝙ ad ea tm̄ tenentur: que
preceptorie uel inhibitorie: uel ſub uer
bis equipolentibus ſunt expreſſa. Ad
alia uero conſilia tenentur propter ſta
tum perfectionis quem aſſūpſerunt: ut
ceteri chriſtiāi & eo magis. &c. ut dicit
Gregorius. Dn̄s Clemēs dicit idem cū
prefatis. Et dat rationem: quia cum uo
tum cadat ſuper determinatum & cer
tum uouens regulam non poteſt dici
teneri: ex ui uoti huiuſmodi ad ea con
ſilia euangelica: que in regula non po
nuntur. Et beatus. F. quedam poſuit &
quedam omiſit: ut patet cum dicit. Re
gula & uita. &c. Viuēdo in obediētia:
ſine proprio: & in caſtitate. Si enim in
tēdiſſet ad omnia obligare ſuperflue
& nugatorie: quedam eorum poſuiſſet
aliis ſupreſſis. Et quia natura termini
reſtrictiui ſic excludit extranea: ꝙ om-
nia pertinenda ad ipſum includit: di-
cit ipſe dn̄s Clemes papa: ꝙ fratres nō
ſolum ad illa tria uota nude & abſolu
te accepta ex profeſſione regule obli-
gantur: ſed etiam tenentur ad omnia
ea implenda: que pertinentia ſunt ad
hec tria: q̄ regula ipſa ponit. Scd'm du
bium. An ad conſilia que in regula po
nuntur fratres teneantur: ſicut ad pre-

cepta euangelica? Reſpondit papa Nicolaus & Clemens. Quod cum btūs Franciſcus aliqua conſilia indicat ut conſilia ſub uerbis monitionis: exhortationis ac conſilii. Et aliqua ſub prohibitione ac uerbo precepti. Quod intentio beati Franciſci non fuit ꝙ fratres ex regule profeſſione tenerētur ad omnia conſilia: ſicut ad precepta euangelica. Sed ſolum ad ea cōſilia: que in eadem regula preceptorie uel inhibitorie: ſeu ſub uerbis eqpolentibus ſūt expreſſa. Solutio etiam huius dubii patet ex p̄cedenti ſolutione. Quia ex quo non tenentur ad omnia conſilia: ergo nec ſicut ad precepta. Sed ſi dubium reſtringatur ad ea conſilia: que in regula ponuntur: patet reſponſio ex uerbis Nicolai pape & Clementis. Tertium dubium. An teneantur ad omnia conſilia expreſſa in regula? Reſpōdet Nicolaus in declaratione regule dicens ꝙ ad ea cōſilia: que ſub uerbis obligatoriis ponuntur in regula: tenētur fratres eo modo quo in regula ponuntur. Ad alia uero: que ſub uerbis monitoriis: informatoriis: exhortatoriis: ſeu quibuſcūq; aliis que in regula continentur: ea proſequi magis decet: quia imitatores tanti patris effecti: & chriſti ſemitas artius ellegerunt. Papa Clemens reſpondet dicens. Non ſolum ad illa tria uota nude & abſolute accepta ex profeſſione regule obligantur: ſed etiam tenentur ad ea omnia implenda que ſunt pertinentia ad hec tria: que ipſa regula ponit. Et dicit ꝙ ſi ad ea predicta tria tantum preciſſe p̄mittens regulam obſeruare & nōn ad omnia contenta in regula que hec tria modificant artaretur: uane proferrentur hec uerba: p̄mitto me ſemper hāc regulam obſeruare: ex quo ex his uerbis nulla obligatio naſcitur. Nec tamen inquit papa Clemens: putādum eſt: ꝙ beatus Frāciſcus profeſſores huius regule: q̄tum ad omnia contenta in regula modificantia tria uota ſeu ad alia expreſſa in ipſa intenderit eſſe equaliter obligatos: quinpotius aperte diſcernit ꝙ quo ad quedā ipſoꝝ ex ui uerbi tranſgreſſio ē mortalis: & quo ad quedam alia nō. Cum ad quedam ipſorum uerbum apponat precepti: uel equipolentis eidem: & quo ad aliqua uerbis aliis ſit contentus. Ex quibus patet ſolutio queſtionis que tangitur per dominum papam Nicolaum & Clementem uidelicet. Vtrum fratres teneantur tam ad cōſilia: q̄ ad p̄cepta euangelica? R̄nſio patet ex dictis ꝙ ad quedā tenētur: ſicut ad precepta: & ad quedam non. Vt enim dicit papa Nicolaus: cum beatus Franciſcus. Regula & uita fratrum minorū. &c. Et que dicuntur in principio referātur ad medium & finem. Et que in medio ad principium & finem: & que in fine ad principium & mediū: que beatus Franciſcus dicit in principio. Regula & uita. &c. non abſolute: ſed cum quadam modificatione: uel determinatione ſeu ſpecificatione ponit. Que ergo dicit in fine. Sanctū euāgeliū. &c. ad illa tria in p̄ncipio dicta hn̄t referri modificata uel determīata: uel ſpecifi-

cata. Et quia btūs Fran. aliqua cōſilia indicat: ut cōſilia ſub uerbis monitionis exhortationis & conſilii: & aliqua ſub prohibitiōe ac uerbo precepti: nō fuit ergo intentio beati Franciſci ꝙ fratres ex regule ſue profeſſiōe: teneātur ad oīa conſilia ſicut ad precepta euangelii: ſed ſolum ad illa conſilia: que in eadem regula preceptorie uel inhibitorie ſeu ſub uerbis eqpollētibus ſunt expreſſa. Quartū dubiū eſt: cū multa in regula ponātur ſub uerbo imperatiui modi tam affirmatiue ꝙ negatiue: an ad illa fratres ex regule ꝓfeſſione tenētur: ſicut ad habētia uim precepti? Rñdet papa Clemens in declaratione. ꝙ licet fratres nō ad omnia que ſub uerbo imperatiui modi ponuntur in regula ſicut ad preceptoꝝ ſeu equipollētium obſeruātiam teneantur: expedit tñ fratribus ad obſeruandū puritatē regule & rigorem: ꝙ ad ea ſicut ad eqpollentia preceptis ſe nouerint obligatos: que hic inferius annotātur: que uidētur equipollentia preceptis: ex ui uerbi: uel ſaltem ex ratione materie de qua agitur ſeu ex utroq. Et ſunt hec uidelicet illud quod ponitur in regula de nō habendo plures tunicas ꝙ unā cum caputio & aliam ſine caputio. Itē de nō portandis calciamētis. Et nō eqtando extra caſum neceſſitatis. Item ꝙ fratres ieiunare a feſto omniū ſanctoꝝ uſqꝫ ad natiuitatem dñi: & in ſextis feriis teneantur. Item ꝙ fratres clerici faciant offitiū ſcdm ordinem ſctē romane eccleſie. Itē ꝙ miniſtri & cuſtodes ꝓ neceſſitatibus infirmoꝝ & fratribus induendis ſollicitam curam gerāt. Itē ꝙ ſi qui fratres in infirmitatem ciderint: alii fratres debēt ſibi ſeruire. Itē ꝙ fratres nō predicent in eꝑatu alicuius eꝑi: cum ab eo illis fuerit contradictū. Itē ꝙ nullus penitus audeat predicare populo: niſi a miniſtro generali fuerit examinatus: & approbatus & ad hoc īſtitutus. Itē ꝙ fratres qui cognoſcerēt ſe regulā nō poſſe ſpūaliter obſeruare poſſint ad ſuos miniſtros recurrere. Itē oīa que ponūtur in regula ad formam habitus tam nouitioꝝ ꝙ ꝓfeſſoꝝ nec nō ad modū receptionis ad ꝓfeſſionē ſpectantia: ſunt ab ipſis fratribus ſicut obligatoria obſeruāda: niſi recipientibus quo ad habitū nouitioꝝ: ut dicit regula ſcdm deum aliter uideatur: hec. inꝗ oīa ſunt a fratribus tanꝗ obligatoria obſeruāda. Itē dicit ꝙ ubicūqꝫ ponitur in regula hoc uerbū teneantur obtinet uim precepti & ſeruari debet a fratribus ſicut tale: hec papa Clemēs.

Sic ergo patet illud qđ dicit papa Nicolaus in declaratione: ꝙ frēs ex ꝓfeſſione ſunt aſtricti ad ea cōſilia euangelica que in regula preceptorie uel inhibitorie ſeu ſub uerbis eqpollētibus exprimūtur & ad oīum obſeruātiā: ꝙ ipſis in eadē regula ſub uerbis obligatoriis indicūtur. Et que ſunt illa patet ex ꝑdictis. Ex dictis etiā patet: quid intelligitur noīe euāgelii: cū dicit. Regula & uita. &c. Ieſu chriſti ſctū euāgeliū. &c. Per euāgeliū cōſilia euangelica intelligūtur. Et quō oīa obſeruare: & quō nō patet ex iam dictis. Dicit ergo. regula & uita fratrū minoꝝ. &c. Viuēdo ī obedientia: ſine ꝓprio: & in caſtitate. Vbi uide ꝙ cum oē qđ eſt in mūdo: ſit ſupbia uite: cōcupiſcentia carnis & oculorū. Et ꝙ peccato dimiſſio abire ſcdm deſideria cordis noſtri btūs Frā. regulā ſuā inſtituit ad precauēdum dicta uitia: &

totaliter ea abiciēdum. Cōtra ſuperbiā uirtutem ponit obediētie. Cōtra auaritiam ponit paupertatē. Contra luxuriā caſtitatē indicit & ponit. Vult ergo fratres prefatos crucifixos mundo: & cōiunctos eſſe chriſto. Dicit ergo ꝙ regula & uita noſtra eſt uiuere in obedientia: ſine proprio & in caſtitate. Ad hec tria cōſilia ex profeſſione: ſicut ad precepta fratres obligātur. Et ponit dicta tria: quia in qualibet regulari obſeruātia ponuntur. Nō tamē equaliter. Atqꝫ ad tria prefata ut plurimū que in regula ponuntur cōſilia euāgelica reducūtur. In prefatis ergo gradus: & nō equalitas inter profeſſionem regule beati Frāciſci & alias regulas patet. In obedientia: quia profeſſiones habentium obediētia artatur ad locū: ut dicit Bernardus epiſtola. vii. Duo nobis in monaſteriis conuerſantibus obſeruanda ſunt & traduntur. Subiectio abbati & ſtabilitas in loco. Et ita obſeruanda ꝙ neutra impediat aliam. Et ſic ſis obediens abbati ꝙ ſtabilitatem nō amittas. Hec Bernar. Arctior eſt obediētia que ad nullum locum arctatur: nullo terre fine concluditur: ſicuti eſt in obediētia noſtre ꝓfeſſionis: quia nihil habent iuris in aliquo loco. Obedientiā ergo habent ſuper omnem loci terminum ampliatā. In paupertate. i. ſine omni ſpeciali & generali dominio & ꝓprietate: ſicut exponunt papa Greg. Innocentius. Nicolaus. & Clemens. Altior hec eſt habentibus in cōmuni & ſi nō in ſpeciali. In caſtitate. Et ſi nō eſt gradus quo ad actum caſtitatis: eſt tamen gradus in caſtitate ſeruanda: ad quam cōſeruandā frater minor diſtrictius obligatur. Debet enī ut dicit. xi. cap̄. regule. Vitare ne habeāt ſuſpecta conſortia uel cōſilia mulierum. Et ꝗ̄uis fratres ut dictū eſt ſupra: nō teneātur ad omnia cōſilia euangelica: ut ad precepta: ſed magis ꝗ̄ ceteri chriſtiani. Frēs antiqui iuxta poſſe: talia conſilia obſeruauerunt uel cuſtodierūt: paupꝑtatem ubiqꝫ ſeruantes. Saracenus cum uellet pecuniam fratribus dare per elemoſynā ipſam abiecerūt: ut docet Bonauentura. iiii. parte legende maioris. Sic ſoldanus beato. F. munera obtulit: que oīa ipſe contēpſit. Pecuniā enim ut ſtercus putabant. Quidā frater qui denarios ceperat: & poſuerat in feneſtra mandato beati Frāci. ipſam pecuniā ore ad ſtercus portauit. Obediētia cūctis erant ſubiecti: & precipue eccleſie prelatis exēplo beati Franci. qui dimiſſo generalatus offitio Guardianū uoluit habere: cui obediret. Charitatē erga proximos ipſos ad uiam inducētes ſalutis uerbo & exēplo inimicos diligētes. Frater Bernar. Bononie in platea ſe poſuit diebus pluribus ut a populo uituperaretur: & deſpiceretur: ſicut & florentie. Videbant ſe mutuo: ac ſi eſſent angeli dei: ut patet in legēda trium ſotiorum. Nō ſolum nō offendebant: imo eos offendentes amabant: deum pro eis orabant: & iniuriis exultabant. Non ſcandalizabāt ſe mutuo: & ſi quādo caſu id feciſſent ſtatim inculpando ſe penitētiam exercebāt. Vt patuit de fratre ſcandalizāte fratrem: qui ſtercus poſuit in os ſuum. Volētes inferre iniurias proximo: ipſi in ſe excipiebant: ne proximus offenderetur: ut patuit de fratre: qui excepit ictus lapidum ſe interpoſito: cum fatuus fratrē ſuum uellet percutere. hypocriſim ſu-

per omnia execrabantur: ſanctitatem abſcondentes:& mūdi honores fugiētes:neminem iudicantes:neminem offendentes:mites :benigni: curam craſtini ſic uitabant ut legumina non de ſero:ſed poſt matutinum ponere non audebant:uitantes uerba ocioſa.In capitulo generali celebrato aſſiſii tempore beati Frāciſci ubi fuerūt ultra qnqꝫ milia fratrum:nullus erat qui loqueretur niſi de deo:uel quomodo poſſent regulam ſpiritualiter obſeruare. Pater noſter dicentes pro uerbo minimo ſilentium nō infringētes: pacem primū offerentes hominibus cōformes patri & euangelio.Crucem dn̄i per penitentiam & meditationem habitu & opere deferentes:ac ut ſal terre doctrina ſalutifera mentes cōdientes:lux exēplaritatis fuere mundanis. Senſibus corporis ne conturbarent interiora pudorati:intentione ad patriā tendētes:miniſtrantes leproſis & humilibus.In manſuetudine peccantes corrigentes domini cōſilia implere ſunt conati. Suppoſitis & iactis fundamentis euangelice perfectionis:ac nomine impoſito fratribus:quia minores conſequenter primum euangelii conſilium.ſ. obedientiam recipiēdo:cui frater ut minor & humilis ſit ſubiectus:& obedientiam debet exhibere beatus Franciſcus ſuo ſubdit eloquio & exēplo dicens.Frater Frāciſcus promittit obediētiam ī iiunctis & precipiēdis:& reuerētiam in obſequēdis & perficiendis: cui inquit domino pape.Vicario Ieſu chriſti in terris extra de trāſlationibus.c.Quanto. Honorio.iii.tunc reſidenti in ſede romana. Et nō ſolum ipſi Honorio pape prefata fecit:ſed eadē promiſit eius ſucceſſoribus canonice intrantibus:& eccleſie romane.i.dominis Cardinalibus:qui uicē gerunt pape ſede uacante. Quibus apparet ꝙ beatus Franciſcus ordinem nō pro tempore:ſed pro perpetuo pape ſubiecit:quia fides eccleſie nō debet deficere:quare nec aliquis uerus ſucceſſor petri. Quo apparet ꝙ nulla regula ſic ſubicit ſuum ordinem ſicut ordo minorū ē ſubiectus domino pape. Quare de nullo ordinum cōſiderata ſubiectione: ita debet eſſe cura domino pape:& eccleſie romane ſicut de iſto:nec ſic foueri per eccleſiā.Vt ſapiens architectus btūs Frā. ordinem ſuum eccleſie romane ſup'poſuit & recomēdauit.In cuius ſignū uoluit:ut fratres peterēt unum de Cardinalibus:ut eſſent ſemper ſubditi & ſubiecti pedibus ſancte romane eccleſie.Ex prefata obediētia ſequitur:ꝙ dominus papa:& tam ratione ſummi pōtificii:qua ualet leges condere nouas. xxv.q.i.Sunt & capitulo.iiii. Sequenti: ꝙ̄ obediētie & reuerētie promiſſe regulam ualet declarare:gloſare: conſtitutiōes in ordine facere prout noſtro ſtatui uiderit oportunū. Sic ergo apoſtolicis mādatis a fratre minore eſt obtēperandum:niſi contra fidem eſſent expreſſe:& per alios ꝙ̄ per ipſum iudicanda ſic eſſe.

De obedientia fratrum prelatis.

Verū quia omnis cōitas & corpus unum & nō plura capita debet habere:ne res monſtruoſe cēſeantur unum caput in hoc ordine:ſicut ī eccleſia militanti preficitur: cui parēdum eſt ſine rebellione:& cum ſubiectione & reuerentia obſequendum. Ideo regula ſubdit. ꝙ obediendum eſt pape .&c. ſic

& capiti: uidelicet & beatô Fráci.q̄ in perſona oíum ordinem ſubiecit eccleſie: fecit ſibi homagium fidelitatis. Sá ctam.ſ.obediẽtiam & reuerentiá.inſtitutuſq; eſt caput ordinis per papá: ut fratres ei obediát:& nõ ſolum ipſi: ſed & ſucceſſoribus.Et aduerte q̄a hic ponitur hoc uerbum teneátur:qđ equipolet precepto: ut declarat papa Clemens in declaratione.Quare nõ obedire Generali Miniſtro preſertim ex cõtẽptu:ſine culpa nõ fit mortali. Debẽt ergo frẽs obedire:ut dicit.c.10. regule in omnibus:dũmodo nõ ſit cõtra animam & regulam noſtram.

Vtrũ fratres teneantur ad obſeruantiam teſtamenti beati Franciſci.

Sed hic oritur dubiũ. Quia regula dicit q̄ fratri Frá.eſt obediẽdũ.&c. An ad obſeruãtiam teſtamẽti ſui teneátur: cum ibi nõnulla mandet:ne petant declarationes & priuilegia a ſede apoſtolica in regula.&c? Rñdetur per dñm Greg.ix.Innocen.iiii.Alexandrum.iiii. & Nicolaum.iii. q̄ fratres non tenentur ad dicti teſtamenti obſeruantiam. Ratio:quia ad hoc nõ potuit obligare p̄mo fratres ſine ipſorũ cõſenſu:& preſertim miniſtrorũ quos tangebat. Secũdo nõ potuit obligare ſucceſſorem: cum nõ habeat imperiũ par ĩ parem.

Tertio cum ſimus eccleſie romane p oía ſubditi & ſubiecti: & ad ipſam ut ad magiſtrã eſt recurrẽdum.Quare ſicut ipſam regulam cõfirmauit: ſic & eius dubia habet declarare. Nec p inferiores põt ſubditus ab obediẽtia ſecludi ſuperioris prelati.Et precipue illius ſub cuius nutu oẽs ſubiecti ſtant chriſtiani. Sic ergo patet q̄ in hoc capitulo btũs Franci.& indicit perfectionem ſanctitatis in obſeruãtia trium cõſiliorum euãgelii : ac ſubiectione apoſtolice poteſtati in obediẽtia & reuerẽtia exhibẽda a fratribus romano põtifici & eius ſucceſſoribus canonice intrantibus.Et ſic patet quomõ a beato Fran.in hoc capitulo edicitur forma: & fundamẽtum iacitur omnis p̄fectionis.Nunc trãſeũdum ad.ii.cap̄.

Declaratio ſecũdi capituli regule.

SEcũdũ regule capitulũ ẽ. Si qui uoluerint hanc uitam accipere.&c.Quo capitulo mũdus deſpicitur. Et modus traditur mundi abdicationis.In quo ſunt multe partes.In quarum prima parte ponitur:ad quẽ ſpectet ordinem intrare uolẽtis receptio. Et dicit regula in hoc.c.i. prima parte. q̄ ad ſolos miniſtros prouinciales pertinet.Vbi ſciendũ q̄ ex iſto paſſu regule generalis miniſter nõ excludebatur cum ipſe ſit generalis miniſter in toto ordine:& prouincialis etiam in qualibet prouincia:imo ad ipſum principaliter pertinebat:ut dicit declaratio pape Gregorii.ix. Iſtud de receptiõe talium:q̄ pertineret ad ſolos miniſtros p̄uinciales poterat in principio ordinis obſeruari p̄pter paucitatem fratrum: ſed ordine dilatato conceſſũ eſt per.d. Greg.ix.priuilegiũ:qđ incipit Gloriantibus uobis in ſola cruce.&c. Et per declarationem dñi Innocentii.iiii. & Nicolai.iii.q̄ non ſolum generalis Miniſter: & prouinciales miniſtri poſſunt ad ordinẽ recipe:ſed & aliis fratribus

diſcretis cōmittere. Atamen uicarii miniſtri & multo fortius uicarii ꝓuītie non poſſunt ex offitio uicarie ad ordinem recipere niſi in ſpāli a generali Miniſtro uel a prouintiali cuius eſt uicarius cōmittatur·Nec eſt hic relaxatio regule ſed ampliatio auctoritatis· Quibus patet ꝙ generalis miniſter & prouintiales miniſtri habent ordinariam poteſtatem:alii uero fratres ceteri ſubdelegatam· In ſcđa parte huius capituli que incipit.Miniſtri uero diligenter ponitur ꝙ examinandus eſt & qualiter qui hunc ordinem optat intrare. Vbi ſciendum ꝙ cum hec regula ſit tota apoſtolica & eccleſie romane ſubditus ordo iſte hinc eſt ꝙ beatus.F.ponit uolentem ingredi de pertinētibus ad prefata duo debere per miniſtros examīari de fide catholica propter primum & de eccleſiaſticis ſacramentis ꝓpter ſcđm·Ratio quia ubi error eſſet in tali perſona reſpectu alicuius prefatarum hic ordo ſicut & nullus alius ſibi ualeret ad ſalutem· Inſuper fidem romane eccleſie ſicut fratres debēt tenere ſic & alios docere.Et licet beatus.F. ſolum de predictis ponat examinandum uolentem intrare addens ꝙ ſit ab uxore ſolutus conſtitutiones tamē ordinis generales in cap.primo uidelicet de religionis ingreſſu etiam alias ponunt conditiones.

Conditiones debentium intrare ordinem·

Vnde dicit conſtitutio ꝙ recipientes diligenter & ſollicite attendant ꝙ recipiendus ſit fidelis & catholicus:de nullo errore ſuſpectus:matrimonio nō alligatus:corpore ſanus:animo promptus:legittime natus:đbitis expeditus conditione liber:etate quattuordecim annorum ad minus niſi fuerit a parētibus oblatus : nulla uulgari infamia maculatus:competenter litteratus:uel ad labores ordinis competentes & utiles aptus aut talis conditionis exiſtenſ ꝙ eius receptio clero & populo nō modicam edificationem afferat·hec conſtitutio. Hec que dicta ſunt in declaratione Innocentii & Nicolai habentur·Qui dicunt. Quod nō paſſim fratres uolentes ingredi recipiant: ſed ſolum ordini utiles & de quorum receptione non modica edificatio ſit in populo.De uxore beatus Franciſcus ſpecialem facit mentionem quia talia ſūt ad caſtitatis ruinam quam frater in ordine manens debet illibate ſeruare.

Ex predicta examinatione nunc in ſequenti ſcilicet in tertia parte beatus Franciſcus addit quod ſecundum ſanctum euangelium eſt talibus dicēdū· Inquit beatus Franciſcus ꝙ ipſi miniſtri dicant illis ſecundum uerbum ſancti euangelii ꝙ uadant & uendāt·&c. Vbi ſciendum ꝙ cum ſaluator noſter dicat.Mat.vi·Non poteſtis deo ſeruire & mamone oportet ergo ſe nudum offerre in brachiis crucifixi ſicut ſe ſeq̄ntes omnia dimittere chriſtus uoluit ut patet in apoſtolis.Et perfectionem uolenti adipiſci dixit.Vade & uende omnia & da pauperibus.&c.Fecit utiq; ipſe beatus Franciſcus frater Bernardus frater Petrus & alii ſocii eius oīa abicientes & cuncta dantes pauperibus. Vt nudi cum nudo luctarētur ſcilicet hoſte infernali & nudum crucifixum perfectiſſime ſequerentur·Repulit beatus Franciſcus in Marchia quendam uolentem ingredi ordinem ꝙ ſua non

pauperibus ſed parētibus dederat. Di
cit ergo beatus.F.ꝙ talibus dicatur v̄
bum ſancti euangelii:ꝙ uadāt & uen
dāt.&c.Et ſeqtur. Quod ſi facere ñ po
tuerint:utpote ꝑpter diſtantiā loci:uel
qa litigiis inuoluta:uel qa in ptāte al
terius:& ſic de ſimilibus. Et ille libēter
faceret ſi facultas adeſſet:dicit btūs.F.
ꝙ talibus ſufficit bona uoluntas.hic
multa eſſent dicenda de uoluntate bo
na:quō ipſa facit actum meritoriū:ubi
non adeſt facultas operis: prout uult
Vgo de ſacramentis lib.ii.parte.xiiii.c.
lxxvii.Sed breuitatis cauſa dimittātur.

Sed qd cauere debēt frēs:& recepto
res talium in recipiendo:ſubdit regu
la in quarta pte dicens.Et caueant fra
tres.&c.Iſtū paſſum declarat dñs papa
Clemēs in declaratione:ubi tribus du
biis rñdendo hūc locū ſerenat. Primū
dubiū eſt:ſi licet frībus quicq̄ recipere
de bonis īgredientiū ſi donētur.Ad hoc
rñdet:ꝙ cū ingrediētes ſint liberi:nō ui
detur aliqd obſiſtere: qn ſi uellent eis
dare p modū elemoſyne ſicut ceteris
paupibus frēs poſſint recipe. Cauere
tñ debēt ne ex notabili quātitate ꝑſu
mi poſſit ſiniſter oculus cōtra eos. Se
cūdū dubiū ſi ad dandū frībus uel cō
uētibus frēs poſſint inducere eos ſine
culpa?Rñdet & dicit.Ne aliqd ſiniſtrū
uideatur circa taliū receptiōes:frēs de
bent ſe abſtinere a talium inductione.

Tertiū dubiū circa illā partē.Si tñ cō
ſiliū reqratur.&c.An ſi ipſi frēs ſint ido
nei ad dandū cōſiliū ad alios extra no
ſtrum ordinē mittere teneatur. Rñdet
papa:ꝙ ad deū timētes alterius ſtatus
debēt dirigi:ut uideātur zelatores pa
terni ſtatuti. In qnta parte huius capi
tuli cū dicit.Poſtea cōcedāt eis pānos
ꝓbatiōis.&c.btūs.F.pōnit qualiter de
bent indui:& qbus:qa duas tunicas ſi
ne caputio:cingulū:& braccas: & capa
ronē.&c. Circa quā partē ſunt aliqua
notāda:qa btūs.F.hic ponit diſtinctio
nē habitus nouitioꝝ ab habitu ꝓfeſſo
rū.Et dicit qualis detur nouitiis: niſi
aliud ſcđm deū aliqñ uideatur:ad ha
bitum refertur:ut dicit papa Clemens
in declaratione ꝓfeſſoꝝ. Et quia iura
canonica faciūt difficultatem magnā
quo ad nouitios:inter portantes habi
tum & nouitioꝝ.Ideo ut hoc uideatur
uidendū eſt primo. Qui poſſit ordinē
intrare:ut ſit ibi nouitius. Et dicitur ꝙ
nō minor.xiiii.annis cōpletis. Si.n.mi
nor intrat & exire pōt:& extrahi a pa
tre uel tutore.Et ſi ante.xiiii. ānū offe
ratur a parentibus ipſo cōſentiēte poſ
ſet egredi ipſo ꝑueniente ad ꝑfatā eta
tem. ſcilicet.xiiii.ānū habetur hoc. 20.
.q.iii. Preſens. & de regulari.Cum ſi
mus.ꝙ etiā ſi talis intrat ꝓpria auctori
tate:ante cōpletū.xiiii. annū patet.20.
q.ii.Puella.&.xx.q.i. In ſūma qōni.
ꝙ ante cōpletum.xiiii.annū patet: qa
nō ſufficit ꝙ attingat ſed oportet ꝙ ꝑ
fecerit:patet extra de regularibus.Ad
noſtram intelligētiam in textu & glo.
&.c.Significatū.Pōt enim repeti. Nec
malitia pōt ſupplere in hoc caſu etatē.
xx.q.i.In ſumma qōnis.Et Io.an.ponit
de regularibus.Eos in cle. Debet ergo
ad uitādum predicta:ꝙ ſit etatis cōple
te.xiiii.annoꝝ. Scđo quo hitu debet
indui nouitius.Vbi ſciendū ꝙ ubi ha
bitus nouitioꝝ eſt determinatus & di
ſtinctus ab habitu ꝓfeſſoꝝ debet ſibi
dari hitus nouitioꝝ.Si uero ipſe uult
habere habitum ꝓfeſſoꝝ:& nō noui
tioꝝ:& ſciēter recipit:talis p talem ſu

ſceptionem que inducit tacitam pro-
feſſionem. extra de regula. eos in cle. etiam ſi non ſit in tali ordine profeſſus expreſſe ꝙ non aligetur tali ordini: ſed generaliter tm̄ alicui ordini. extra de regula. non ſolum lib. vi. Cauēdum ergo eſt: quomodo talis habitus non nouitiorum ſed profeſſorū detur talibus. Vnde ſi peterent debent informari: quid ꝑ ſtatio habitus profeſſorū facit in eis. Et hoc ſemper intellige ubi habitus nouitiorum eſt diſtinctus ab habitu profeſſorum in forma & colore. Vbi enim non eſſet diſtinctio talis: profeſſio tacita nō inducitur. Beatus ergo Franciſcus ad precauendum talia: qualis habitus detur nouitiis oſtendit: niſi ut dicit papa miſtris & induentibus aliud ſcdm deum aliquādo uideatur. Quia uidelicet ſi omnino habitū uult habere profeſſorum facta ſibi ꝑmo declaratione debet ei dari. Et hoc uel pro honeſtate ordinis: uel utilitate & conditione recepti. Et tunc dicit regula nō ſcdm propriam uoluntatem debet dari habitus profeſſorū ſed ſcdm deum.

Nota tres caſus in quibus nouitius non poteſt recedere ab ordine.

Et nota ꝙ infra annū ꝓbationis nouitius poteſt ab ordine exire: niſi in tribus caſibus. De primo dictū ē. Si ſciēter recipit habitum profeſſorū: qui eſt diſtinctus ab habitu nouitiorum: & ipſe eſt etatis. xiiii. annorum uel plus.

Scds caſus ſi infra annū probationis faceret profeſſionem: tunc & ſi nō obligatur tali ordini loquendo de ordinibus mendicantium generaliter alicui ordini obligatur. Tertius caſus ſi euidenter apparet ꝙ talis abſolute uoluerit uitam mutare. Quod tamē nō preſumitur niſi clara probatione: uel cōpetentibus inditiis approbetur. Et de iſtis duobus caſibus uidelicet de habitus profeſſorum portatione: & de uite mutatione loquitur priuilegium ordini conceſſum per dominum Clementem quartū. Et incipit. Ex parte dilectorum filiorū. Vbi mandat omnibus archiepīs & epiſcopis per italiam conſtitutis: ut tales ad ordinem redeant. Vel ad alium debeant ſe transferre: cōpellendo eos ad hoc per cenſuram eccleſiaſticā monitione premiſſa & appellatione poſtpoſita.

De auctoritate abſoluendi intrantes ordinem.

Et ē ſciēdū ꝙ uolētes noſtrū ordinē intrare ſiue priuſꝗ ordinē intrauerint: ſiue poſt: ac etiā poſt profeſſionē emiſſam per generalē & prouinciales miniſtros cuſtodes ac ipſorum uicarios poſſunt abſolui a ſententiis excōicationis ſuſpēſionis & interdicti a iure uel a iudice generaliter promulgatis: & cū eis ſuper cōtractis irregularitatibus diſpēſari. Ita tamen ꝙ abſoluti ſtatim ordinē intrent: aliter in priſtinas ſentētias relabantur ꝑpter inducias. Hoc cōcedunt quattuor maremagni. ſ. Bonifatii. Alexādri. Clemētis. & Honorii Idem cōceditur per Innocētium. Et incipit priuilegiū. Celeſtis amor patrie. & aliud eiuſdem. Et incipit. In iure canonico. &c.

In parte ſexta huius. ii. capi. Addit regula dicens. Finito uero anno probationis. &c. Vbi circa iſtā partem uidēdum eſt: quādo annus incipit probationis: & quis eſt. Et dicitur ꝙ tēpus probationis eſt ānus. xv. Nam cum nē

poſſint ingredi:niſi cōpleto ānō.xiiii. ſequitur ꝙ tunc incipiat annus probationis. Hoc tradit Io.an.extra de regula.c.Is qui.&c.Beneficium lib.vi.

Quod nullus recipiatur ad ꝓfeſſionem infra annum probationis. & de pena taliter recipientis.

Et aduertendū ꝙ papa Honorius btō Frācīſco & fratribus in priuilegio qđ incipit.Cum ſcđm cōſilium ſapientis.Mandat ꝙ infra annū probationis nullum audeant ad profeſſionem recipere.Et pena taliter recipiētiū eſt triplex. Prima qa peccāt mortaliter: qa facit cōtra preceptū dñi pape & efficitur inobediēs. Scđa quia a fratribus debet puniri pena que ꝓ grauioribus culpis ſolet infligi.extra de regula.Nō ſolum lib.vi.&.c.Cōſtitutionem.Et ille q receptus eſt:licet eſſe ſecularis nō poſſit:nō tñ obligatus eſt illi ordini ꝑ illam profeſſionem. Tertia pena: qa ſuſpenſi ſunt a receptiōe cuiuſcūꝙ ad profeſſionem. Sed pone caſum ꝙ no ultius infra annum probationis poſtq̄ ſteterit duobus uel tribus mēſibus exit ab ordine:& ſtat extra ordinē duobus mēſibus uel tribus:& demum reuertitur ad ordinem:nunquid duo uel tres menſes quibus ſteterat debent ſibi cōputari?Rñdetur ſcđm.d.Bonincontrū filium Io.an.ꝙ non.Debet enim ſtare per ānum integrum nō interruptum. Nam quādo iura loquūtur de āni ſpacio loquūtur de āno cōtinuo: ut dicit Io.an.de electione.c.i.lib.vi.

Quod uolētes religionem exire nō prohibentur.

Et ſicut mandatur fratribus ꝙ infra ānū probationis nullum ad obedientiam recipiāt.Sic etiā mādatur:ꝙ uolētes exire ſeu aliā religionē intrare nōn debeāt retineri ꝑ.d.Gregoriū.ix.& Innocētiū.iiii.Et incipiūt priuilegia eoꝝ eodē modo.⁋Nō ſolum in fauorē conuerſi.

Quod nō faciens profeſſionem eſt tacite profeſſus.

Dicit ergo regula. Completo anno probationis ēt eodem die & hora cōpletis poteſt ꝓfiteri.& ad aduerte hic: ſi poteſt facere profeſſionē & nō uult: & ſtat ulterius nullam proteſtationem faciendo ꝙ ex ſuo eſſe in ordine non uult ſibi preiudicari quin libere poſſit ad ſeculum redire:talis tacite eſt profeſſus & non poteſt ad ſecularem uitā redire ſed oportet eum aliquā religionem intrare.

Quis recipit ad profeſſionem.

Sed a quo debeat ad profeſſionem recipi.& ſi regula non ponit expreſſe: tamen a miniſtris intelligitur.Quia ſi ſolis miniſtris īgreſſus reſeruatur multofortius & ad profeſſionem taliū receptio.Sed per declarationes conceſſum eſt:ꝙ aliis a prefatis poteſt committi.

Forma ad profeſſionem faciēdā.

Sed quā formam debent ꝓfitentes in proferēdo tenere regula nō oſtēdit: niſi ꝙ promittant uitam iſtā & regulā obſeruare.Hoc implicite dicit regula ſiēdum.Sed cōſtitutiones oſtēdūt magis explicite:& ex cauſa ut dicetur Forma hec eſt.Ego frater.N. promitto & uoueo:deo omnipotenti:& beate Marie ſemper uirgi.beato Fran. & tibi patri toto tēpore uite mee ſeruare regulam fratrum minoꝝ:per dñm papam Honorium confirmatam.Viuendo in obediētia ſine proprio & in caſtitate.

Quare in profeſſione exprimũtur tria uota.

Et quare ſic exprimantur tria uota in ſpeciali: & ſi pateat ex dictis in primo capitulo in ſolutione dubiorum patere poteſt etiam ex ſolutione iſtius dubii uidelicet. An aliquis profitẽs ſic dicẽdo. Ego ꝓmitto toto tpe uite mee ſeruare regulam frũm minorum nihil explicãdo ſi tũc ad oia regule tenetur. ut ad precepta. Rñdet papa Nicolaus in declaratione dicens. Quod ſi aliqs diceret abſolute. Ego promitto ſanctũ euangelium obſeruare: niſi profeſſor intenderet ſe ad oium obſeruantiam conſiliorum obligare: ꝙ uix aut nunq̃ poſſet ad litteram obſeruare: talis promiſſio abſqꝫ intentione promittentis ad alium intellectum non deberet perſtringi: niſi ut obſeruantia euãgelii ſic ſicut tradita reperitur a chriſto uidelicet ꝙ precepta ut precepta & conſilia: ut conſilia a promittente deo ſeruentur. Et per hoc ad propoſitum ꝙ talis ſic promittens: niſi habuerit intentionem ſe obligandi ad omnia contenta in regula ut ad precepta intelligitur regulam promittere ut conſilia que preceptorie uel inhibitorie uel ſub uerbis obligatoriis uel prefatis equipolentibus ex profeſſione obſeruare tenetur. Alia uero non niſi ſicut poſita intelligũtur: ut ergo ſciat quid principaliter ſit ſeruandum de conſiliis ut precepta predicta forma ex declaratiõibus ſummorum pontificum eſt conflata & bene eandem rñſionem cum papa Nicolao ponit papa Clemens in declaratione ſua uide ibi. Sed quid debeat dicere recipiens profitenti certe regula non ponit: ſed cõſtitutiones. Debet.n. dicere. Et ego ſi hec obſeruaueris promitto tibi uitam eternam. Et nota ꝙ cum hec profeſſio ſit uotum ſolẽne publice debet fieri.ſ.corã fratribus tenendo manus infra manus recipientis genuflexus ſine capucio & mente & facie ad deum eleuata. Prius tamen debet inquiri ſi uult plus de tẽpore ad probãdum ordinis rigiditates. Et ſi ſic tempus conceſſum eidem non preiudicat quando completo anno ulterius ſtando ad ſeculum non ualeat redire. Et hoc intellige infra tempus ſibi prefixum. Sed ſi ulterius ſtaret nihil proteſtando dic ut ſupra. Sed ſi per illum q eum debet recipere ad profeſſionẽ tp̃s minime taxaretur: ꝙ certe malefaceret debet haberi recurſus ad iura. Sciẽdũ tamen ꝙ talis temporis taxatio de qua loquimur: debet fieri tam de uoluntate recipientis q̃ recipiendi. Dicit ergo regula ꝙ uouens promittat ſemper regulã obſeruare. Vbi uide indeficiẽtẽ regule obſeruãtiam quia ſemper. Hoc neqꝫ habet locum ĩ uotiuis in uotiuiſ conſiliis & affirmatiuis: ſed pro ſemp in negatiuis. Cui enim ſit hec promiſſio niſi deo: de quo dicitur in pſalmo. Vouete & reddite. & in ſcriptura. Reddes dõ uota tua. Quia ergo promiſſio ſit deo debet inuiolabiliter obſeruari. Vt ſaltem ſi non redditur quod decet: non fiat quod non decet per poſitionẽ actus contrarii: ad id quod eſt fieñ.

An quelibet tranſgreſſio regule ſit mortalis.

Sed quia dicitur ꝙ ſemper eſt regula obſeruanda poteſt eſſe dubium. An quelibet regule tranſgreſſio ſit mortalis. Reſpondetur ꝙ cum in regula multa ſint: que ex profeſſione equipollent

preceptis:horum tranſgreſſio ſi fiat ex
omiſſione:& ſcienter:& hoc in prece-
ptis negatiuis:ſine culpa mortali taliũ
non eſt trangreſſio. Si in ꝑceptis affir-
matiuis:quãdo talia debent fieri:& ſic
eodem modo. Vbi uero nõ debent fie
ri quia talia non obligant pro ſemper:
ſed ad ſemper & fiat ex inaduertentia
non eſt cum culpa mortali. Si uero ta-
lia omittantur ex contẽptu: ſemper eſt
cum culpa mortali:qa contẽptus ſpẽs
eſt ſuperbie. Tranſgreſſio uero illorũ:
que ponuntur alio modo a predictis q̃
preceptis non eq̄pollent:ſi fiat ex omiſ
ſione:& ex quadam negligentia: non
eſt ſine culpa ueniali. Si fiat ex contem
ptu:ſiue perſone.ſ.prelati:ſiue ſtatus:ſi
ue mandati:nõ uidetur ſine culpa gra
ui fieri. Si uero fiat tranſgreſſio ex cõ-
miſſione patet quod eſt peccatũ mor-
tale:quia ibi eſt cõtẽptus ĩterpretatus.
Inſup quia ſi non tenetur ad poſitio-
nem actus tñ ad uitãdum oppoſitum
tenetur. Quedã uero cum ponãtur in
regula conceſſiue & exhortatiue taliũ
trãſgreſſio põt eſſe ſine culpa patet de
q̃drageſima epiphanie. patet de cibis
qui apponũtur liceat manducare & de
ſimilibus que pñt omitti ſine oĩ culpa.
Debet ergo ſemp frater minor eſſe in
ſollicitudine ad obſeruandũ q̃ ꝓmiſit:
cũ taliũ obſeruãtia ſibi uita ꝓmittatur
eterna. Et in timore ſtare:ne aliq̄d cõ-
mittat cõtra regulã. Tali.n.timore hõ
multa uitat que alias non uitaret.

Quod nulli liceat ab ordine ꝓpa
auctoritate recedere.

Et quia ut dictum eſt regulã ꝓmit-
tens ꝓmittit eam ſemp obſeruare:quo
ſequitur:ꝙ tali nullo modo eſt licitum
ſua auctoritate ab ordine recedere:qa
eſt cõtra ꝓmiſſũ: & cõtra mãdatũ dñi
Honorii in ꝓuilegio qđ incipit. Cũ ſe
cundũ cõſiliũ ſapiẽtis.&c.factũ.b.F.&
fratribus.&c. Quo paſſu ſeq̄tur ꝙ nul
la alia regula eſt artior iſta qa talẽ lice
ret adire retro nullatenus aſpiciendo.
qa ex ꝓfeſſione ſic frẽs ligãtur ordini
hic eſt:ꝙ nullus cardinalis niſi de late
re:nullus archiepꝰs:uel q̄cũq; alius pre
latus poteſt aliquem frẽm aſſumere te
nere & dirrigere: ẽt ꝓ eccleſie negotiis
q̃uis hẽat a ſede apoſtolica niſi fecerit
exꝓſſam mentionẽ:de hmõi indulto:
& ordine ipſo: ſine lnia Gñalis miſtri:
uel ꝓuintialiũ miſtroꝝ ſeu uicarioꝝ
eorũdẽ. Et dicti ꝓlati pñt tales remoue
re & corrigere ſicut alios frẽs. Et ꝑ ꝓui
legiũ qđ dicitur Maremagnũ. Bonifa-
tii. Et incipit. Virtute conſpicuos.

De apoſtatis.

Taliq; ac tanto ſtrictionis uinculo
ꝙ frẽs alligantur regule & ordini hac
de cã apoſtatãtes:ĩcarcerare:ligare: ca
pere:excõĩcare pñt miſtri:ex priuilegio
dñi Innocentii.iiii.qđ incipit. Prouiſio
nis ueſtre. Et in alio eiuſdẽ. Deuotiõis
ueſtre. Prelatiq; debẽt uitare apoſtatas
noſtros:& eos denuntiare excõĩcatos:
qñ a fratribus req̄rũtur priuilegio Ale-
xandri.iiii. qđ incipit. Fratrũ minoꝝ.
Et priuilegio Gregorii.ix. qđ incipit.
Fratrũ minoꝝ. & ꝓuilegio Inno.ꝙ ĩci
pit. Frũm minoꝝ. Nec apoſtatas nrõs
aliq̄s põt retinere:& retinentes debent
excõĩcari per ꝓlatos:ſi fuerint a fratri-
bus req̄ſiti:priuilegio Alexandri.iiii.ꝙ
incipit. Cũ ſicut ex pte. & Clemẽtis.iiii.
eodẽ modo ĩcipientis. Nec fratres ꝓdi
catores poſſunt recipere noſtro ordini
obligatos: ex priuilegio Innocẽtii.iiii.
incipientis. Quod uos in chriſto. Nec

ciſtercien. ꝑuilegio Inno. iiii. incipiētis. Cum olim. Nec alii religioſi: nec heremite: nec Gulielmite poſſūt apoſtatas noſtros retinere ſine licentia. Et oppoſitū facientes: ipſo facto ſūt excōicati. Nec poſſunt abſolui niſi per ſedē apoſtolicam. Et hoc ex priuilegio Alex. iiii. incipiētis. Veſtram & ueſtrorum ordinum. Capi etiam poſſunt apoſtate noſtri ordinis: etiam licentiam hn̄tes a papa ſi infra duos uel tres menſes aliam religionem non intrauerint: uel habitum non ſuſceperint regularem: priuilegio Alex. iiii. ꝙ incipit. In grauem ordini ueſtro. Apoſtate etiā noſtri ordīs nullam adminiſtrationem: nullam curam aīarum: nullum offm̄ debent habere: priuilegio Nicolai. iiii. qđ incipit. In ueſtri ordinis. Egreſſus ab ordīe nō ſtro prohibetur predicare: & docere: & confeſſiones audire: priuilegio. Inno. iiii. qđ incipit. Iuſtis petentium. &c.

Erat antiquitus licitum membra putrida ab ordine ſepare. i. malos eice re: licet exitus ſpontaneus eis interdiceretur: non tn̄ emiſſio. modo uero eſt interdictum per papā Benedictum. iz. & per Clementem. In ſeptima parte iſtius capituli. Que dicit. Et illi q iam promiſerunt. &c. Dicit papa Clemens ꝙ hoc equipollet preceptis. Et dicit ꝙ pluribus tunicis uti nō licet niſi in neceſſitatibus que poſſunt haberi ex regula. Et dicit papa Nicolaus in declaratione. Quod fratres de licentia miniſtroꝝ & cuſtodum coniunctim & diuiſim in adminiſtrationibus eis cōmiſſis: cum eis uidebitur penſatis neceſſitatibus: & aliis circūſtantiis: que ſcđm deum & regulam attendende uidētur uti pluribus poſſunt. Hoc inquit patet ex regula: que dicit. Miniſtri & cuſtodes de īfirmorum neceſſitatibus & fratribus induendis ſollicitam curam gerant: ſcđm loca & tempora & frigidas regiones. Habere ergo duas tūicas: ut dicunt quattuor magiſtri & nō plures regularis ē forme. Habere plures duabus diſpenſationis eſt regule: auctoritate illoꝝ: qbus fratꝝ cura cōiſſa eſt.

De calciamentis.

Addit etiam de calciamentis dicēs. Qui neceſſitate coguntur. &c. Quid intelligitur: cum dicitur poſſint? Rn̄dēt quattuor magiſtri per poſſe intelligitur licere. Sed quid neceſſitatis nomine hic intelligitur? Rn̄dent ꝙ neceſſitas cum dicatur multiplex: poteſt neceſſitas in propoſito multis de cauſis intelligi. Neceſſitas enim eſt aliquādo rōne perſone: quia debilis & infirma. aliquādo ſcđm tempus: qa uehemens frigus. aliqn̄ ſcđm locum: quia ſine impedimento non pōt nudis pedibus ꝑtranſiri. aliquando ſcđm iter: uel offm̄ iniunctum: qđ non poteſt ſine detrimento perſone: uel cauſe propter quā iniunctum eſt perficere. Sic ergo prefatis patet quando eſt neceſſitas. Sed attende in prefatis ꝙ non quelibet predictarum neceſſitatum debet ſtatim iudicari pro cauſa neceſſitatis: ſed frater debet experiri pluries anteq̄ calciamenta ſic ſūmat. Ratio quia ut dicit papa Clemens in declaratione: de nō portandis calciamentis equipollet precepto. Per calciamenta intelligitur cooperimentum de corio: quo operi-

tur pes. Vnde nec caligę ſane nec trun cate: nec ſolee proprie inter calciamenta deputari uidentur. Ita dicit Frater Vgo: cum prefatis quattuor magiſtris Sandalia enim que ſolee dicuntur fratrum minorum: non intelliguntur nomine calciamenti: quia chriſtus apoſtolis calciamenta interdixit & ſandalia conceſſit. Mat. vi.

De uilitate ueſtium.

nem eſt inhoneſtū & turpe. De contra
ctu mutuationis dictū eſt ſupra. c. iiii.

Tertio de cōtractu comodatiōis an
liceat fratribus: q contractus differt a
contractu mutui: qa in mutuo domi-
niū tranſfertur non in comodato. Rn̄-
dent quattuor magiſtri: ꝙ comodatio
importat uno modo rei reſtitutionem
& hoc modo fratres qui nihil poſſunt
habere non poſſunt aliquid in acco-
modatum habere. Alio modo pōt di-
cere ꝓcurationem uel ſollicitudinem
rei conſtituende bona fide & hoc mō
nō īportat obligationem realem & ſic
poſſunt. Quarto ſi queritur an fra-
tres poſſint locare operas ſuas. Reſpō
dent quattuor magiſtri: ꝙ ſi locare im
portet cum pacto de mercede conue-
nire non poſſunt. Si uero locare di-
cat ſine pacto mercedem ſuam expe-
ctare poſſunt. Quinto ſi q̄ratur an
fratres poſſint commutare res quas ha
bent in uſu. Rn̄dent quattuor magiſtri
ꝙ rem aliquam in aliā ſua auctoritate
cōmutare nō pn̄t ſed anctoritate eccle
ſie quia. d. papa. Nico. Iniam concedit
generali & prouintialibus Miniſtris

uel auctoritate dñi:ꝙ rem dedit: uel ꝑ ſũpta uel accepta pñt res cōceſſas ſibi ad uſum in alias magis neceſſarias cō mutare. Sexto.Si queratur an poſſint ĩpignorare? Rñ. quattuor magiſtri:ꝙ alicui rem ut ſuam nō poſſunt obliga re.Sed auctoritate dñi rem ſibi conceſ ſam pro neceſſariis poſſunt obligare.

Septimo.Si queratur an poſſint do-nare.Rñ.quattuor magiſtri: ꝙ cũ nul-lam rem habeant ꝓpriam: ſua auctori tate nō poſſunt tribuere.D. papa Ni-co.in ſua declaratione apoſtolica au-ctoritate cōcedit: ꝙ uilia intra & extra fratribus liceat elargiri habita prius ſup hoc licẽtia ſuoꝝ ſuperiorum: poſ-ſunt etiam donare de licẽtia dñi dãtis & cōcedẽtis rem fratribus. Quo appa-ret:ꝙ licet frẽs poſſint ad inuicem res & libros acomodare:nō tñ ſine licen-tia dare uel recipe datas pñt. Sed nũ-quid pro pẽna filo & hmōi minutis: oportet ſemp ire ad prelatum?Rñ.Fra ter Vgo:ꝙ credit ꝙ ſufficiat a prelato habere licẽtiam generalẽ.Sed ꝑſumen do de uoluntate ꝑlati:nunquid poteſt a frẽ aliquid recipi?Rñdet idem frater Vgo.Ita ſi ſtatim ſi fieri pōt ꝑlato de-nũtietur uel ꝑſentetur:aliter de appro priatione arguitur:& de furto: qa fur-tim habet:qui ſine licẽtia retinet aliqd uel de uolũtate ꝑlati nō preſumitur.ꝙ uero religioſi ꝓprium abdicantes non pñt dare aliqd uel recipe ſine licẽtia ꝑ-lati ſui hoc aſſerit btũs Aug. q̃tomagis frẽs minores nihil habentes nec in pro prio nec in cōi?Patet ergo quō intelli-gitur.Frẽs nihil ſibi approprient.&c.

Atamẽ ſi ꝓprietas a fratribus reſecatur nō tñ oĩum uſus:quia ſic homo ageret cōtra legem nature:cum ſine uſu mul toꝝ eſſe nature nō cōſeruatur. Sed an aliqs uſus uel oĩs ſepatur: uel ſeparari poſſit a dñio:ꝙ.d.papa Io.determinat in decretali.Ad cōditorem canonũ:ſuf ficit eius determinatio.Sed aduertẽdũ eſt:ꝙ ut dictum eſt p.d.papã Cle.Frẽs ad arctum uſum rerum tenẽtur. Quo ſeqtur ꝙ illa que ſunt neceſſitatis cōce duntur:& frẽs pñt habere & nō ſuper-flua:ut dñt papa Nico.& Cle.Supflui-tas reſecatur a fratribus & interdicitur. Que attẽditur.In nũero:duo ſupfluũt: ſi unum ſufficit.In q̃titate multũ ſuper fluit:ſi paꝝ ſufficit.In ſumptu ſũptuo-ſum ſi uile. In decore decoꝝ ſi deſpi-cabile.Seqtur etiam ex ꝑfatis:ꝙ ex quo dicitur ꝙ frẽs nihil ſibi approprient.&c. ꝙ nec uſum talium pñt ſibi appropria re. Quare patet ꝙ grauiter peccãt frẽs approprĩantes ſibi loca ad uſum ſiue cuſtodias ſiue ꝓuintias.Sed debẽt per oĩa uolũtati ſupioris in oĩbus talibus eſſe ſubiecti.Talium enim locoꝝ ap-propriatio ſiue p natiuos ſiue p alios. eſt noſtri ordĩs deſtructio: principium ſectaꝝ & oĩs diuiſiōis. Ratio ſubditur quare p frẽs nō debent talia appropria ri.Vñ dicitur.Sed ſint tanq̃ pegrini & aduene in hoc ſeculo ſic intelligendo: ꝙ domus & loca & patriã in qbus ha-bitamus:nec ꝓpria reputemus: nec ut propria dilligamus.Nō mãdat.b. F.lo ci inſtabilitatem.Sed ꝓhibet oĩs ꝓprie tatis puerſitatem.Ad inſtar aduenarũ & peregrinoꝝ utẽdum eſt neceſſariis: nō ut ꝓpriis:ſed ut alienis. Ex hac re-gule ſnĩa dicente:ꝙ frẽs ſint tanq̃ ad-uene & peregrini.ſcđm quattuor ma-giſtros ſequitur ſolutio duoꝝ dubioꝝ.

Primũ eſt an paupertas quã ſeruare tenemur prohibeat ne poſſint frẽs ali-

quid fixum ad ſuſtentationem recipe-re:ſicut aliqui uoluerunt:& de facto fecerunt redditum perpetuum ordinare quo fratres poſſent in loco aliquo ſuſtentari:ita tamen ꝙ apud fratres nulla proprieta s reſideret. Scd'm dubium eſt:an prohibeat fratres ne poſſint habere territoria:de quibus per culturam & induſtriam omnia ſuſtētationis ſue neceſſaria procurarent. Ita tamen ꝙ ꝓprietas apud alium reſideret. Vt ſicut habēt hortos & olera & fructus:ita haberent uineas & agros. Ad hec dubia patet reſponſio ex hac regule ſentētia. Ad primum ꝙ non patet quia debent eſſe ut aduene & peregrini:& per conſequens nullum fixum redditum habere: ſed in paupertate dn̄o famulari Ad ſcd'm ꝙ non:quia debent in paupertate dn̄o famulari. Nam debēt paupertatem quo ad uſum. Vt tales ſint pauperes:ꝙ etiā mendici:quia dicitur uadant pro elemoſyna confidēter:patet ergo reſponſio ad predicta. Dicit ergo regula ꝙ uadant ꝓ elemoſyna confidenter. Ratio quia dn̄s ſe fecit pauperem. &c. Nam ut dicit prima regula: Chriſtus & diſcipuli &. b. Maria de elemoſynis uixerunt. Et iuit mendicando in triduo: quo remanſit in ieruſalem ſtipem querēdo ut dicit Ber. Hoc regule dicto reprehendūtur multi qui non ſolum:non uadūt mendicare:ſed etiam ire uerecundantur cuius oppoſitum mandat regula &. be. Frā. ſuaſit uerbo & exemplo. Atn̄ ſciendum eſt ꝙ non eſt mendicandum niſi ad neceſſitatem non ad ſuperfluitatem: qa. ſ. ſic eſſet alienū accipere:& pretēdere paupertatem ubi nō eſt:hypocriſis eſt. Ad imitandū. d. le. chri. qñ indigent: mēdicent confidēter frēs. Et nōn ſolū inducātur ad hoc exequeñ xp̄i exēplo ſed ēt ꝑmio:qd' ꝑ̄euria hac & pauptate obtinetur. Sed qd' ꝑmiū? oſtēdit dicēs. Hec eſt illa celſitudo altiſſime pau. &c. Vbi b. F. ſtatum comēdādo pauptatiſ ab effectibus: qd ꝑmii det in futuro & qd ī pn̄ti:oſtēdit in futuro. Heredes & reges. &c. in pn̄ti uirtutibus ſublimātur. Et quia ſic eſt. b. F. hortatur fratres dicens. Cui. ſ. pauptati totaliter inherentes. &c. Fideliter inheret pauptati: q eā corde diligit & uſu ſeruat. Et qa parū eſt incipe:niſi qs pſeueret:ideo. b. F. dicit. Nihil aliud in ppetuū. &c. Vbi hortatur in ppetuū hanc amplectendā uoluntatie:nihil ſub certo habere uolendo. Sed ex dictis iam oritur dubiū: qa b. F. uult fratres mendicare. An frēs in terris excōicatoꝶ cōmorātes poſſint a talibus elemoſynas accipere & petere? Rn̄dit papa Inno. iiii. In priuilegio qd' incipit. Vobis extremā patientibus ꝓ chriſti nomine paupertatem. Et papa Greg. ix. in priuilegio prefato modo īſ cipiente. Et Alexander. iiii. in priuilegio eodem modo incipiente. Et dicūt ꝙ ſic:uidelicet ꝙ in terris talium excōmunicatorum fratres poſſunt commorari & petere ab eis uite neceſſaria & recipere. Idem habetur in omnibus Maremagnis. Alexan. Boni. & Cle. Sic ergo patet ſcd'a pars huius ſexti capituli:ubi bea. Franc. inducebat fratres ad paupertatis amplexum & mendicationem. Circa tertiam partem bea. Franc. inducit fratres ad humilitatis & charitatis acceptionem. Et primo loquendo de charitate: ꝗ eſſe charitatiui debeant inquit ubicunqꝫ ſunt & ſe inuenerint fratres. &c. ubi beatus Franci.

charitatem uult fratres primo exprime
re ſigno:quia ubicūꝗ ſunt oſtendāt ſe
domeſticos.&c. Et ſecure manifeſtet
unus alteri neceſſitatem ſuam.&c. Et
quātus debeat eſſe dilectiōis affectus
oſtendit proponens ſimilitudinē ma-
triſad filium.d.Quia ſi mater nutrit &
diligit.&c.Scd'o.b.F.uult fratres chari
tatem ipſam effectu oſtendere.d.Si qs
eorum in infirmitatē ceciderit.&c. ubi
primo innuit charitatis & dilectionis
affectum in effectum.Deinde humili-
tatis in ſeruiendo infirmis:pandit bo-
num.Antiqui fratres prefata ſeruaue-
re:& ſuſcipiēdo omnes ut fratres & ſer
uiendo ſibi mutuo:ſicut frater fratri &
mater filio:ſe non ſolum impendentes
ſed ſuperimpendentes fratribus & ꝑ
fratribus:he ſunt due radices omnis re
gularis profeſſionis.ſ.charitas fraterni
tatis & humilitas ſubiectiue obediētie
& ſeruitutis.Quibus omnibus edifica
tio conſtructa creſcit in templum ſan-
ctum in dn̄o:& ſine eis ruinam religio
minatur.Et hec eſt ſuccincta ſententia
capi. ſexti & expoſitio ſeu declaratio.

Expoſitio ſeptimi capi.Regule.

SI qui fratrum inſtigāte ini
mico.&c. Hoc eſt ſeptimū
regule capitulū. Vbi mor-
bus.ſ.peccatum corripitur
pater oſtēditur & deſcribitur grate cō-
ſolatiōis:in quo.c.b.F. Vnum precipit.
uidelicet peccātiū recurſum:quū dicit.
Si qui fratrum.&c.adiungit pium oc-
curſum:quū dicit.Ipſi uero miſtri.&c.
Citca primum eſt ſciendum & uiden-
dum.An generalis miniſter & prouin
tiales miſtri:poſſint ſibi aliquos caſus
reſeruare.Rn̄ſio patet ex regula:que ꝑ
ſupponendo ꝙ ſic:indicit fratribus qd
agendum.Vnde generalis miniſter in
generali capi. & prouintiales miniſtri
in prouintialibus capitulis poſſunt or
dinare de q̄buſdā caſibus: ut ad ſolos
ipſos recurratur pro abſolutiōe. Et ad
uerte ꝙ regula:quia nullum ponit ex-
preſſe reſeruatum: concedit cōſeq̄nter
libere ipſis de qualitate & q̄titate arbi-
trari.Poſſunt ergo determinare q̄ pec-
cata dum fiunt publice: ut recurratur
ad miniſtros pro ipſis:& de q̄bus non
& ſic de occultis. Scd'm uidēdum eſt:
de q̄bus peccatis ītelligat regula: quū
dicit.Si qui frm̄ īſtigāte inimico.&c.
An de publicis intelligatur uel occul-
tis.Rn̄dit papa Greg.ix.& papa Inno.
in declarationibus regule:ꝙ ad pecca
ta publica refertur & non ad occulta.
Sed nūquid quando ſic recurritur ad
eos:poſſunt talia abſoluenda cōmitte
re aliis:ac etiam pro uitandis diſcurſi-
bus fratrum?Reſpon.papa Inno.in de
claratiōe ꝙ ſic:uidelicet cuſtodibus &
aliis fratribus.Et uult papa : ꝙ per ge-
neralem & prouintiales miniſtros de-
putentur:qui confeſſiones talium au-
diant:quū fuerint occulta prefata:niſi
fratres ipſi miniſtris aut cuſtodibus ad
eorum loca declinantibus maluerint
confiteri:hoc etiam loco apparet ꝙ mi
niſtris cura cōmiſſa eſt animarum:qa
caſus poſſunt artare & cōcedere:ut pa
tet ex hoc regule loco.Quid ergo bea.
Franc.inquit.Teneantur:uerbum ob-
ligatoriū : & uim habens precepti:ſine
mora ad ſuos miniſtros recurrere:quū
enim homo infirmus utroꝗ homine:
ſuam debeat requirere ſalutem: quare
& frater infirmus anima:& diabolo ex
peccato ſubiectus.Et ſic patet qualiter
fieri debeat acceſſus. Sed quia iniquū

eſt & impium afflicto ingerere afflictionem & infirmis nullo modo compati: utpote quia facile: quis talibus laberetur in deſperationem: beatus Fráciſcus in ſecunda parte: ſuadet benignum talibus accedentibus per prelatos occurſum. d. Ipſi uero miniſtri: ſi preſbiteri ſunt: cum miſericordia. &c. Ecce affectus & occurſus benignus. Et aduerte ꝙ beatus Franciſcus fratres peccantes: non mittit ad alios: ſed ad miniſtros: ut detur intelligi: ꝙ nullus existentibus extra noſtrum ordinem: niſi in neceſſitatis articulo: & deficientibus confeſſoribus ordinis: fratres debent confiteri. Dominus papa Boni. viii. fratribus inhibet in ſuo Marimagno. Ne fratres niſi in neceſſitatis articulo: aliis ꝗ prelatis ſuis confiteantur: uel aliis eiuſdem ordinis ſacerdotibus ut uolunt ſui ordinis inſtituta. Tales enim ſic confitentes aliis extra ordinem ſacerdotibus: non diluūt peccatum ſed augent: quia inobedientes ſunt & ſue regule tranſgreſſores. Dicit ergo beatus Franciſcus: ꝙ penitentia non eſt dimittenda: ſed cum miſericordia eſt iniungenda. Ideo dicit: Sed cum miſericordia iniungant illis penitentiam. Non dicit ꝙ remittant. Melius eſt enim: ut dicit ipſe btūs Fráciſcus uelle reddere rationem deo propter miſericordiam ꝗ propter crudelitatem. beatus Fráciſcus uult ꝙ fiat miſericordia non dimittendo iuſtitiam. Non dicit: fiat illis ſolum miſericordia dimittendo iuſtitiam: ſed cum miſericordia fiat iuſtitia: quia una ſine altera nihil eſt. Et ſolum faciendo miſericordiam & iuſtitiam totaliter dimittēdo eſt ordinum deſtructio & ciuiſlibet ciuitatis. Verum beatus Franciſcus diſtinctionem facit de preſidentibus: & miniſtris. d. Si preſbiteri ſunt cū miſericordia. &c. Si uero preſbiteri non ſunt. &c. Vbi primo notandum eſt ꝙ abſolutionem talium: etſi miniſtri poſſint committere fratribus: non tamen extra ordinem exiſtentibus ut dictum eſt. Secundo notandum eſt: ꝙ beatus Franciſcus non uult: ꝙ miniſtri nō ſacerdotes peccantibus penitentiam imponant. Et licet in regula nihil tangatur de cauſa: nec aliquis tangat: tamen puto ꝙ cauſa ſit multiplex. Prima quia ad ſacerdotem ui clauium uidetur auctoritas abſoluendi principaliter pertinere. Secunda quia aliquando cōtingit: ꝙ ſacerdos erit qui peccat: propter reuerentiam officii quod habet: ab indigniori non uult eum puniri. Tertia quia in talibus ſic peccantibus occurrunt aliqua: que ipſi peccantes: nullli panderent extra confeſſionem: etſi punitur ſic peccatū patratum: quare ut tam in foro confeſſionis: ꝗ exteriori poſſint abſolui. Non uult beatus Franciſcus per miniſtros non ſacerdotes eis penitentiam iniungi. Tertio notādum ex hoc paſſu: ꝙ miniſtri ut ordinarii habent poteſtatem & auctoritatem delegandi: quia dicitur: ꝙ iniungi faciant per alios ſacerdotes non ſeculares uel aliorū ordinum: ſed ordinis. ſ. proprii minorū. Quarto notādū eſt ꝙ miniſtri non ſolum hn̄t auctoritatē abſoluēdi in caſibus reſeruatis fratres: ut dictum eſt: ſed etiam in caſibus pluribus reſeruatis a iure uidelicet in caſibus pro quibus excōis & interdicti aut ſuſpenſionis incurrerent ſententias: prout dicit papa Boniſfacius in ſuo

Marimagnō: & dñi Innō. & Alexā. iiii.
In ꝑuilegiis quoq; primū incipit. In iu
re canōico. & ſcdm īcipit. Licet ad hoc
fratrū. Et nō ſolū frēs ꝓfeſſos: ſed & uo
lentes ordinem intrare a ꝑfatis pnt ab
ſoluere: niſi talis eſſet caſus: p quem ſe
des apoſtolica merito eſſet cōſulenda.
A ꝑticipatione cum excōicatis maiori
excōicatiōe cuſtodes & guardiani poſ-
ſunt abſoluere ex ꝑuilegio Alex. iiii. Et
incipit. Cōtingit interdū. Gñalis & pro
uincialis miſtri abſolui poſſunt a con
feſſore ſuo ab excōicatione & diſpēſari
cū eis in irregularitatibus: p ꝑuil. Alex.
qđ incipit. Ordīs ueſtri generoſa plan
tatio. Et p Maremagnum Bo. Sic ergo
patet de auctoritate miſtroꝝ. Verū qa
nōnulli aſpicientes feſtucam ꝓximi &
ſuā trabē nō aduertētes contra delin-
quētes excādeſcūt. b. F. ſubdit ī regula.
Et cauere debēt ne iraſcātur. &c. Non
debēt iraſci peccātibus. i. corde cōcita
ri: nec turbari. i. uerbis turbationis irri-
tari. Rō: qa debent dulciter benigne &
miſericorditer peccantes recipe & tra-
ctare. Rō ē: qa talia non oſtēdunt dile
ctionē ſed potius: ut dicit. b. F. īpediunt
charitatē. ſ. fraternā Sic ergo patet ſuc-
cincte huius. vii. c. ſententia.

Expoſitio. viii. cap̄. regule.

VNiuerſi frēs. &c. Hoc eſt oc
tauū regule capitu. In quo
ordo dirrigitur: pater eligi
tur ꝑ loco regulationis. Et
in hoc cap̄. b. F. duo facit. Nā tangit ge
neralis miſtri inſtitutionē & deſtitutio
nē: & hoc in ꝑma pte. In ſcda tangit ca
pituloꝝ ꝓuincialiū celebrationem. Ibi
poſt capitulū uerō pent. Circā primā
ptē aduertendū eſt: ꝙ cum in quolibet
corpore duo eſſe capita ſit deforme in
natura: ſic & in corpore ſacre exiſtit re-
ligiōis: ut uidelicet ibi nō duo ſint: ſed
unū caput. Et ſic. b. F. in ſua uult eſſe
religione: & hoc oſtēdit. d. Mādo ꝙ fra
tres uniuerſi iſtius religionis teneātur
ſemp habere generalē miniſtrū nō di-
cit generales miſtros: ut unitatem inſi
nuet capitis: cui ut membra capiti ſint
ſubiecti: & eidē teneātur firmiter obe-
dire. Sed qualiter hoc caput ē ꝑficiēdū
ī corpore? nō certe caſu & fortuitu aut
ꝓuiſione ſed electione. Et hoc ut dicit
in cap̄. pētheco. Quo apparet ꝙ ī cap̄.
pent. electio gñalis miſtri debet cele-
brari. Ad qđ capitulū tenentur ꝓuinci
ales miſtri accedere. &c. Et quia regula
dicit ꝙ electio generalis fiat a miſtris
ꝓuincialibus & cuſtodibus: & in quali
bet ꝓuincia: & ſi nō ſit niſi unus mini
ſter: ſunt tñ plures cuſtodes. hinc eſt ne
oēs cuſtodes ꝓuinciaꝝ ordīs contin-
geret pro electione gñalis ad capitulū
generale accedere ordinauerunt ſum-
mi Pont. ſ. Greg. ix. Inno. iiii. & Nic. iii.
& Clemēs. v. ꝙ de qualibet ꝓuīcia or.
ſolus unus cuſtos accedat: qui ab aliis
cuſtodibus ꝓuincie eligatur: & cui per
cuſtodes uices eoꝝ cōmittantur: q̄tū
ad electionē generalis miſtri. Circa ele
ctionē gñalis miniſtri: duo ſunt notan
da. Primū eſt ſcdm papā Boni. in ſuo
Marimagno: qa quū frēs de remotis ꝑ
tibus oporteat cōuenire ad hmōi ele-
ctionē tēpus a iure ſtatutum ſuper hoc
ñ currat: nec ipſi in hac pte iuris huius
regule coartātur. Scdm ꝙ ſtatim ꝙ ſūt
electi. i. electionis decretū ꝓnuntiatū.

Verus generalis abſq; alia confirma-tione habeatur: ut dicit idē papa Bo. in dicto ſuo Marimagno.c. primo. Et quia in generali.c. non ſolum fit electio generalis miniſtri:ſed & ordis ſtatuta: q̄rit āt. An capitulum generale arctare poſſit poteſtatē generalis miniſtri. Rn̄. quattuor Magiſtri q; ſic: q; arctare pōt capitulū generale: poteſtatē generalis miniſtri & ꝓuincialiū miſtrorū. Rō ut dictū eſt: quia intētio regule eſt: q; celebretur capitulū generale: & capitulū gn̄ale ordinatū ē: ut ea p que poteſt pfectionis puritas cuſtodiri ordinētur: nec a ſupiori uel inferiori poſſint aliquatenus uiolari. Qua rōne cōcludūt: q; ſi capitulū generale ꝓpter uitādum periculū religionis coarctat generalē poteſtatē & ꝓuīcialiū: & aliqua alia ſalubria ordinat inter frēs gn̄aliter obſeruāda auctoritate regule: que preſtat auctoritatē cap̄.generali: p gn̄alē nō poterit infirmari. & cōcludūt q; pari rōne: illud q̄d de cōi cōſenſu ſuperiorum & inferioꝝ ordi. fuerit gn̄alit̄ ordinatū in capitulo gn̄ali ſummo Ponti. approbāte nō poterit p ſolos ſuperiores uel p ſolos inferiores aliquatenus irritari: & maxime in illis in quibus eſt ordinatio & limitatio poteſtatū. Dicto a.b.F. de inſtitutione gn̄alis miſtri: cōſequēter agit de ipſius deſtitutione & depoſitione. Et pro huius euidētia. Primo querēdū eſt: quid intelligitur noīe uniuerſitatis. Rn̄. quattuor Magiſtri ſecūdū iura q; maior pars. & p maiorem partē. ſcd̄m Cle. pa. in declaratione loquētem de electione miſtroꝝ: nō intelligitur pars ſanior: ſed maior pars: quo ad numerū uocū. Ita credo q; ſit intelligēda maior pars in electione generalis: ut ad numerū uocū referatur: nulla zeli uel meriti collatione aut cōſideratione habita. Scd̄o ꝓpter q̄d generalis erit abſoluēdus? Rn̄. regula q; propter inſufficiētiam quo ad duo: uidelicet ad ſeruitium: & ſic tangit inſufficiētiam pſone: uel ratione īfirmitatis: uel alterius īpotentie q̄bus nō poſſet: que ſint uiſitāda uiſitare. Scd̄o quo ad cōmunē utilitatem fratrū cōis utilitas fratrum eſt: ut non ſit fratribus oneroſus in expēſis: & alias habeat conditiones quas deſcripſi generalē miniſtrū debere habere. De quibus dicetur fructu & cōformitate.xii.c.xxxii. Vbi ergo dicta nō ſunt: quia eſt deſtructio cōis utilitatis fratrum: Miniſtri poſſunt eum abſoluere: & hoc in.c. generali pēt. Extra uero ut patet non poſſunt: quia miniſtri ex regula nō habēt congregari: niſi in cap̄. generali quare ad propoſitum. ē notandū q;.b. Frā. nō ſolum concedit ob inſufficiētiam generalē debere abſolui a miniſtris: imo mandat eis.d. q; miniſtri teneantur in noīe domini alium ſibi eligere in cuſtodē. Tertio quid intelligitur in hoc cap̄. & ſpecialiter in hac parte teneantur eligere in cuſtodem: nomine cuſtodis? Rn̄. q; hic intelligitur noīe cuſtodis miniſter generalis: ac etiā nomine cuſtodie: ꝓuincie intelliguntur: cum ſubditur de miniſtris ꝓuincialibus: q; poſſint in ſuis cuſtodiis. &c. i. prouintiis eis ad cuſtodiam deputatis. Sicut enim antiq̄tus nomen miniſtri ad generalem & prouinciales: ſic & ad locales prelatos. i. ad guardianos extēdebatur. Nā guardiani miniſtri dicebantur: ut dicunt

quattuor Magiſtri. Sic nomē cuſtodis eſt ut patet in hoc.c.ad generalem & prouinciales miniſtros ſe extendit. Sic ergo prefatis patet huius capituli prime partis aliqualis declaratio. Secūde enim ptis declaratio patet ex ſe: quare non indiget expoſitione ulteriori: niſi in hoc qđ dicit. Miſtri & cuſtodes.&c. Credo ꝙ quando regula facta eſt prouincie erant latiores q̄ ſint modo:& ꝑ conſequens cuſtodie diffuſiores. Quia ergo facilius erat cuſtodiam congregare:& ad capitulū cōuocare: q̄ ꝓuinciam. Ideo cuſtodibus cōcedit capitulum tale poſſe celebrare: aliter poſſet dici iuxta dicta. ꝙ per cuſtodias intelligūtur prouincie. Modo capitula ꝓuincialia ſine cuſtodibus celebrari nō poſſunt. Sic ergo dicit regula ꝙ miniſtri & cuſtodes.i. una cum cuſtodibus in ſuis cuſtodiis.i. ꝓuinciis poſſint fratres ad capitula conuocare. Et ſic patet clare totum.

Expoſitio.ix.cap̄.regule.

FRatres nō predicent in epiſcopatu.&c. Hoc eſt.ix.cap̄. regule. In quo capit. Cetus ſuſpenditur uerbum proponitur ſanctę eruditionis. In quo capit. bea. Franciſ. duplicem facit prohibitionem:& hoc in principio. Secundo facit ad fratres quandam exhortationem: ibi. Moneo.&c. Circa primā partem duplicem premittit prohibitionem. Et prima eſt ne fratres contra uoluntatem epiſcoporum predicent in epiſcopatu alicuius epiſcopi. Et hoc egit bea. Franciſ. ad uitanda ſcandala aliorum. Mandat tamen Grego.ix. in priuilegioo quod incipit. Quū qui recipit prophetam.&c. Et in alio quod incipit. Quoniam habundauit iniquitas. omnibus eccleſiarum prelatis: ꝙ predicare fratres libere permittant populo: eis prouideant de neceſſariis & iuuent conſiliis & fauoribus oportunis. Bea. Franciſ. nunq̄ uoluit impetrare priuilegium ut fratres poſſent predicare in epiſcopatu contra uoluntatem epiſcoporum. Sed oppoſitū ſemper uoluit dicens. ꝙ talia facilius fierēt cum pace epiſcoporum & clericorum: q̄ alio modo. Eſt tamen ſciendum ꝙ hec prohibitio poteſt intelligi ſic. Videlicet intelligendo epiſcopatum pro eccleſia cathedrali & eccleſiis parochialibus:& ſic ad litteram eſt uerum: ꝙ fratres non debent etiam ſi poſſint. Sed intelligēdo per epiſcopatum dioceſim totam. hoc non eſt uerum: quia fratres in locis propriis & in monaſteriis ſororum in dioceſi aliqua conſtitutis contra uoluntatem epiſcoporum. & clericorum poſſunt predicare uerbum dei: niſi actualiter ipſe epiſcopus predicaret. Ratio eſt quia loca noſtra & monaſteria ſororum exempta ſunt a cuiuſcunq; inferioris: domini pape iuriſdictione. Scđa prohibitio. b. Fran. eſt cum dicit. ꝙ nullus populo audeat predicare.&c. Quia multiplicatis fratribus ualde difficile erat hoc impleri. Summi pont. Videlicet. d. Inno. Nico. & papa Alex. in priuilegio qđ incipit. Prohibente regula. cōmiſerunt mini-

ſtris & eorum uicariis & hoc in capitulis prouincialibus: dũtaxat & non extra. Ita ꝙ cũ diffinitoribus capituli examinatis & approbatis offitium predicationis poſſunt cõmittere. Atamen ſi eſſet aliquis in ſacra pagina multum eruditis: & examinatione non indigeret & ad capitulum conueniret. Miniſtri prouinciales cũ diffinitoribus auctoritatem predicandi poſſunt concedere: ut dicit Innocẽ. in declaratione. Generalis tamen miniſter poteſt extra capitula offitium predicationis concedere: prout dicit regula & declarationes. Ita tamen ꝙ ſint examinati & approbat. Poſtmodum bea. Franciſcus. in ſcda parte: quia ipſe in prima regula dixerat: ꝙ omnes fratres operibus ꝑ ꝑus ꝑdicent. Ideo ſubdit monitõnẽ. d. Moneo quoq & exhortor. &c. Vbi ponit predicatoris uerbum qualiter debet eſſe conditionatum. Nam ponit primo ꝙ debet eſſe catholicus: quia ſint examinata ne uidelicet ſint erronea uel incauta. Scdo debet eſſe mundum & honeſtum non fabulis poetarum admixtum quia caſta nc ſapiant immunditiam & uanitatem. Tertio ſalubre: quia ad utilitatẽ populi. Quarto debet eſſe exemplar. i. ab habente uite exemplaritatem: quia plus mouẽt facta q̃ uerba. Ideo dicit ad edificationem populi. Quinto diſtinctum & non confuſum: quia annuntiando uitia & uirtutes penã & gloriam. In his quattuor ſtat diſtinctio predicationis. Sexto non debet eſſe prolixum: quia cum breuitate ſermonis. &c. Que omnia modicum per fratres: qui preſentibus predicant temporibus ſeruantur. Sic ergo patet huius capituli noni declaratio.

xpoſitio. io. cap. regule.

FRatres q ſunt Miniſtri. &c. Hoc eſt decimum regule capitulum. In quo culpa corrigitur. Virtus edicitur: & odor ſiue tenor omnis bone conuerſationis. In quo. b. Franci. duo facit ꝗa.

Primo ponit prelatorum ordinis informationem. Secundo ſubditorum ſubdit obedientie exhibitionem. Ibi fratres uero qui ſunt ſubditi. &c. Circa primã partem oſtendit qualiter prelati ordinis ſe debent habere ad ſubditos. Et hoc oſtendit quedam premittendo: quedam ſubiungendo: quedã precauenda ſuadẽdo. Premittit quomodo prelati ordinis ſint cenſendi: quia miniſtri & ſerui. In primo. ſ. miniſtri humilitas. In ſecundo. ſ. ſerui utilitas oſtenditur. Nomine miniſtri intelligit hic omnes ordinis prelatos: quia de ſolis miniſtris prouincialibus intelligeretur. ergo fratres cuſtodibus & guardianis minime obedire tenerentur. Miniſtros uoluit uocare prelatos ordinis. b. Franci. ut oſtenderet ſe iuxta euangelium. talibus nomen impoſuiſſe. Luce. xxii. Qui maior eſt ueſtrum erit miniſter ueſter. Et ꝙ prelati ordinis tam humilitatis q̃ uite imitatione chriſto eſſent conformes: quia dicit Matthe. xx. Filius homi-

nis non uenit miniſtrari ſed miniſtrare & animam ſuam.&c.Nomine ſerui bea. Fran. exprimit: ꝙ ſuper ſubditos non habent dominium: nec domini ſunt cenſendi: ſed dicuntur eſſe ſerui fratrum utilitati & miniſterio ſeruientes. Hec duo ubi menti preſidentium in hoc ordine iugiter per meditationē adeſſent non ſuperbirent: nec prelationes ambirent uti fit. Et quare debēt talium recordari dixit bea. F. in prima regula: quia uidelicet eis eſt cōmiſſa aīarum cura. Et ſi aliquis perderetur propter eorum culpam & malum exemplum oportebit eos reddere rationem coram deo & dño Ieſu chriſto. Scđo quedam ſubiungit uidelicet modum quem tenere debent erga ſubditos. Et hoc quū dicit. Viſitent.&c. Ex quo preſuppoſitum eſt ꝙ prelati ſunt miniſtri aliorum fratrum: quid pagere debēt? Certe uiſitent ubi ponit tres actus: uidelicet. Primum uiſitationis uidelicet ſi aliquid deficit eis: & ſic ſubueniēdo eiſdem. Item ſi aliquid cōtra regulam & ordinationes eſt cōmiſſū: & hoc tam publice ꝙ̄ priuate ſcire conētur & hoc ut ſciāt quid agēdum erga ſubditum. Et ſi cognoſcerent ſubditum non agere decenter & debite bea. F. ponit. Secundum actum. ſ. monitionis: qa ꝑlati non debent ſubditos ſtatim ut cognoſcunt defectuoſos pnia detegere uel ꝑcutere: ſed iuxta euāgeliū inter ſe & ipſos hūiliter & bēigne monere: ut ōmittant que egerunt & ad uirtuoſa exercēda aſſurgāt. Et ubi monitio non ualeret: ponit. b. F. Tertiū actū. ſ. correctionis: que fiat nō uerbis exaſpatoriis: ſed humilibus & charitatiuis: qa ut frēm lucrētur debent eum corrigere: dimittant in arguendo cōtumeliā: & ſibi cōpaſſionem oſtendant & clementiā nō ōmittendo tñ iuſtitiā & ſi cū miſericordia. Septimo. b. F. q̄dā ꝑcauēda ſubnectit dicēs: nō ꝑcipiētes eis aliq̄d qđ ſit cōtra aīam ſuam & regulam noſtrā. Vbi eſt uidendum quid ſit contra animam. Reſpondetur ꝙ peccatum mortale & incentiuum & inductiuum ad mortale. Quid dicitur contra regulam eſſe? Reſpōdēt quattuor magiſtri. Cōtra regulam uidetur eſſe: non ſolum quod contra regule precepta imo contra ſtatuta ordinis: ad ſeruandam regule puritatem. Dicit ergo bea. Franc. ꝙ prelati debent cauere ne precipiant ſubditis aliquid quod ſit contra animam ſuam id eſt inducens ad peccatum: uel quod ſit peccatum. Vnde audire cōfeſſiones mulierum peccatum non eſt: & tamen in patiente fragilitatem carnis: poſſet eſſe incentiuum ad malum. Si aliquis fratrum ſic inclinaretur & dubitaret: ne in peccatum caderet: & ob hoc nollet confeſſiones audire. Dicunt quattuor Magiſtri ꝙ prelatus ut audiret confeſſiones talium ſcilicet mulierum non poſſet ſibi precipere. Sic & de aliis agendis: que ſunt contra ſtatuta ordinis ad ſeruandam regule puritatem: utpote ꝙ uadant ad querendum pecuniam contra modos ordinis: declarationum: & ſtatutorum & ſic de ſimilibus. Prima parte premiſſa ſe ad partem flectit ſecundam. Secūda pars eſt quū dicit. Fratres uero qui ſunt ſubditi.&c. Vbi bea. Fran. duo facit. Primo tangit quedam particularia. Secundo ponit quedam generalia. Ibi cū dicit. Moneo & exhortor & cetera. In prima parte bea. Franci. duo ponit

quia primò mandat ad prelatòs obedientiam. Scdo remouet indecẽtiam. Ibi.cum dicit.Et ubicũq; ſunt frẽs.&c. B.Fran.igitur.poſtq̃ ordinauit ꝑlatos ad ſubditos:nũc ecõtrario regulat ſub ditos ad ꝑlatos.d.Fratres uero q̃ ſunt ſubditi.&c.Vbi ponit omnis obedientie & humilitatis fundamẽtum: uideli cet abnegationem ꝓprie uoluntatis; Hoc enim poſito:ꝙ homo abneget ſe metipſum:cõſequenter ſuam uolunta tem:ſeqtur ĩmediate ꝙ homo ſit obediens. Sed hoc.b.F.ponit.d.ꝙ fratres ſubditi recordentur ꝙ ꝓpter deum ab negauerunt ꝓprias uoluntates. Quo poſito infertur ꝓceptũ.d.Vnde ꝓcipio eis firmiter.i.nõ modo ſed ſemper.Vt obediant ſuis miniſtris.i. omnibus ordinis ꝑlatis.In omnibus que.ſ.ſe uotis aſtrinxerunt uel ad ipſorum obſeruantiam ſpectat uel tranſgreſſionis eorum uitationem.Nec uidetur.b.F. ponere ſeu arctare fratres ad illam perfectam obedientiam:que legem neſcit:nec ter minis coartatur neq; cõtẽta ẽ pfectionis anguſtiis:ſed fertur in latitudinem charitatis:que poteſt dici obediẽtia ſu pererogationis. Sed arctat fratres ad obediẽtiam perfectionis: uidelicet ut obediant omnibus prelatis: in omnibus que promiſerunt domino obſerua re:& nõ ſunt contraria anime ſue & re gule noſtre:quia in talibus ſicut prelati nõ poſſunt precipere ut dictum eſt: ſic nec ſubditi tenẽtur obedire. Sed at tende ꝙ in regula ponitur triplex obediẽtia.ſ.neceſſitatis ut in ꝑſenti cap.& ſupra in capitu.de ꝓfeſſiõe.Alia ẽ cha ritatis:ut in.c.vi.ibi.Vbicũq; ſunt & ſe inuenerint fratres:oſtendant ſe domeſticos.&c. Tertia eſt humilitatis:& eſt prelatõrũ ad ſubditòs:quia hic in iſtò cap.docet ꝙ ſubditi dicere poſſint eis & facere ſicut domini ſeruis ſuis.Poſita ſubditorum obedientia beatus Frã. remouet quandam indecentiam.d.Et ubicũq; ſunt fratres q nõ poſſent. &c. Circa quam partem uidẽdũ eſt. Quid eſt regulam ſpiritualiter obſeruare?Reſpondetur per aliquos ꝙ eſt obſeruatio ſecundum rigorem ſiue ſecundum puritatem:ſiue ſine occaſione ad malum proxima & peccatum. Et per oppoſitum regulam non ſpiritualiter ob ſeruare uel non poſſe:eſt nõ poſſe obſeruare regulam ſecundum ſuum rigo rem:ſiue ſecundum puritatem:ſiue ſine occaſione proxima ad peccatum. Sed aliter uidetur dicendũ: tam ex uer bis regule:q̃ ex uerbis ꝑme regule.Vbi habetur:ꝙ fratres in quibuſdam locis ſunt:qui non poſſent ſpiritualiter uitam noſtram ſeruare:idipſum ſuo miniſtro ſignificent. Et regula dicit. Vbi cũq; ſunt fratres.Videtur ergo ex uerbis prefatis:ꝙ ad locum ſit talis inobſeruantia regule reflectenda: ſed quomodo?Certe cum tali loco annexa eſt ꝓprietas:uel cura animarum: pueros baptizandi:& alia parochialia faciendi.Aut quia ibi uero domino reclamãte:fratres morantur. Aut quia propter neceſſariorum penuriam oportet eos in congregationibus uel queſtibus inhoneſtis contra regule puritatem & uſum ordinẽ generalem excedere.Aut propter ſocietatem inhoneſtam uel im portabilem fratribus preſertim rudibus & infirmis:& ſic de ſimilibus propter huiuſmodi cauſas:fratres debent & poſſunt ad ſuos miniſtros recurrere p cos remouendi ab inde.Subdit bea.

Frã.qualiter circa taliũ recurſum ſe debent habere miniſtri.d.ꝙ miniſtri charitatiue & benigne. Charitas ſit in facto & benignitas in actu & uerbo eos recipiant. Ac familiariter ſic ſe habeãt circa tales:ut fratres recurrẽtes de ipſis poſſint exercere:ut dñi agũt de ſeruis. Et cauſa eſt:quia exẽplo chriſti:qui formam ſerui accepit:miniſtri dñr eſſe ſerui omnium fratrũ:nec ex tali ſeruili cõdeſcenſione:prelati auctoritas minuitur ſed augetur cũ dicat ſaluator. Qui ſe humiliat exaltabitur.Condeſcendat talibus benigne & charitatiue ṽbo.ſ.& facto. Moneo uero.&c. In iſta pte.b. Fran.ponit quedam generalia tam ad ꝓlatos q̃ ad ſubditos.Et ſunt quedam monitiones & exhortationes ad predicta pertinentes.Prima eſt ut ſint humiles nõ elati:qa caueant fratres ab omni ſuperbia.i.ab omni ſpecie ſupbie: que multe ſunt ſcđm Grego. uidelicet hypocriſis:iactãtia:elatio: ambitio:cõuitium:contẽptus:arrogantia:irreuerẽcia:inſolẽtia:ingratitudo:& ſic de aliis. Secũda ut bonum intentione peragãt recta:& conſequenter obediant: quia uanamgloriã uitent. Tertia bonũ diligant mutuũ quia ab inuidia. Quarta ut linguam coherceant a detractione & murmuratione.Quinta nõ ĩhiẽt habẽdis:quia cura & ſollicitudine huius ſeculi.Sexta non preſumant ultra eoꝝ uocationem:quia neſcientes litteras:nõ curent litteras diſcere. Septima hortatur uirtutes arripere. Prima gratie & bone actiõis:qa ſpiritũ dñi & ſanctam eius operationem. Scđa mẽtalis eleuationis:quia orare ad deum puro corde. Tertia ſue abiectionis: quia habere humilitatem. Quarta ſupportationis:quia habere patientiam:& quõ? Subdit in perſecutione. &c. Quinta perſeuerantie & conſumationis: quia qui perſeuerauerit uſq; in finem, hic ſaluus erit.

Declaratio.xi.caꝑ. regule.

PRecipio fratribus uniuerſis.&c. In iſto.c.xi. Motus reſtringitur:luxus repellitur freno prohibitionis.b. Frã.ĩ partibus ſupioribus & capitulis de pertinentibus ad uotum paupertatis & obediẽtie plura determinauit & poſuit.hic ad ſeruãdam caſtitatem mẽtis & corporis fratres inducit eis tria ꝓcipiendo.Primum eſt uitationis mulie bris conſortii.d. Precipio non uni ſed generaliter omnibus fratribus: qa uniuerſis fratribus ne habeãt ſuſpecta cõſortia uel conſilia mulierũ. Sed queritur quid ſit hic ſuſpectum cõſortium. Rñdent quattuor magiſtri: ꝙ ſuſpectũ conſortiũ nõ dicitur ex una ſola cauſa ſed pluribus ut uidelicet ex genere actus:ex circũſtantiis loci:temporis:frequentie pſone & huiuſmodi:etſi interdicitur ſibi a prelato & reuertat̃ de facto ſe reddit ſuſpectum.De colloquiis mulierũ:q̃ eſſet diſplicibile.b.F. taceo pro pſenti:quare habetur fructu & cõformitate.xii.& q̃ ſit piculoſa habetur ibidem.c.xiii.Scđm eſt retractionis fratrũ ab acceſſu cuiuſlibet monaſterii.d. Non ingrediantur monaſteria monacharũ.Et ſi queratur an intelligatur generaliter de omnibus.Rñ.papa Nico. in declaratione ꝙ ſic & dicit ꝙ nomine monaſterii intelligitnr clauſtrũ:domos:& officine interiores pro eo ꝙ ad

alia loca ubi cōueniunt ſeculares poſſunt fratres habita licētia a ſuis ſuperioribus accedere cauſa predicationis uel elemoſyne petēde exceptis monaſteriis ſancte Clare ad que nulli datur licētia accedēdi ſine apoſtolice ſedis licentia ſpeciali. Tertium eſt declinationis compaternitatis & ſcandali.d. Nec fiant cōpatres.&c. Iura interdicūt monacis & b. Frā. fratribus. Et cōtrahitur compaternitas in ſacramēto baptiſmi & confirmationis. Secūda compaternitas: uidelicet que cōtrahitur in ſacramento cōfirmationis poteſt ſemp euitari: & prima etiā que uidelicet cōtrahitur in ſacramēto baptiſmi: niſi adſit neceſſitas: ut ſi puer eſſet in mortis articulo & nullus eſſet qui poſſet eū baptizare. Et b. Franci. non intendit ubi ſubeſt neceſſitas: ſed ſolum ubi nulla habetur neceſſitas. Et quia b. Frā. precipit uitari a fratribus predicta ſubdit. Ne hac occaſione inter frēs.&c. Quia quilibet uellet eſſe. Vel de fratribus ſcandalum oriatur ex talium mulierum familiaritatibus & conuerſationibus: quia talia ut plurium ſunt caſtitatis diſpendium & ruina.

Declaratio.xii. cap̄. regule.

QVicūq; fratrum diuina inſpiratione.&c. In hoc duodecimo & ultimo capitulo regule chriſtus īprimitur. mundo tranſmittitur frater ſancte profeſſionis: in quo. b. Franci. duo facit. Primo oſtendit q̄s eſt idoneus ad chriſtum infidelibus predicandū dicens. Preſupponendo fratres uelle ire inter ſaracenos & alios infideles petant licētiam.&c. Et ſequitur q̄ miniſtri licētiā non tribuant: niſi uiderint idoneos ad mittendum. Que idoneitas eſt attendenda in litteratura & perſona ſanctitate religioſitate & uita ac fidei zelo & feruore mundi abdicatione & ſui perfecta abnegatione: & ſic de aliis. Secūdo mandat a domino papa per miniſtros Cardinalem petendum ad ordinem noſtrū protegēdū cum dicit. Ad hec per obediētiā iniungo miniſtris.&c. Qui protector determinatione domini Gre.x.xi. de ordine nō debet ſe impedire niſi in tribus caſibus in regula expreſſis: uidelicet primo. Si cōitas ordidinis pedibus ſancte romane eccleſie uera obedientia nō eſſet ſubiecta. Secūdo ſi non eſſet ſtabilis in fide catholica. Tertio ſi regulam fundatā in euāgelio chriſti a fratribus promiſſam nō ſeruarent: tunc poteſt ſe de ordine intromittere: aliter non. Imo quicunq; uteretur gratia aliqua a protectore ei conceſſa. Dominus papa priuat eum gratia predicta & actibus legitimis: ut patet in eius bulla ordini data & conceſſa. Ex dictis patet quomodo regula fratrum minorum per ſummos pontifi. eſt declarata.

Explicit Declaratio regule fratrum minorum.

BIBLIOTECA NAZ ROMA VITTORIO EMANUELE

Incipit Tabula queſtiónum ſequentium & titulórum libelli ſequentis.

An religioſus teneatur eſſe perfectus & ubi conſiſtit homi
nis pfectio. Et de excōicatione cōtra aſſerentes Predicato-
res & Minores nō eſſe in ſtatu pfectionis. qō prima

An tranſgreſſio eorum que ponuntur in regula ſub modo
precepti uel alio modo ſit peccatum mortale & quomo-
do intelligatur contemptus: Particulariter autem an fra
tres minores obligentur ex profeſſione ſub precepto ad
contenta in regula ſua. qō ii.

An ignorantia regule uel ſtatutorū excuſet tranſgreſſiōem
precepti uel inhibitionis a mortali peccato. qō iii.

De obedientia primo capitulo regule.

An religioſus & preſertim frater minor teneatur obedire in
omnibus prelato precipienti. qō iiii.

Ad quā obiam religioſi ex uoto pfeſſiōis ſue obligentur. qō v.

An religioſi teneantur obedire ſuis conſtitutionibus. qō vi.

An omnis inobedientia religioſorum ſit mortalis culpa. qō vii.

De paupertate.

Ad quam paupertatem teneantur fratres minores. qō viii.

Qui uſus rerum fratribus a regula concedatur. qō ix.

Que edificia liceant fratribus ex profeſſione regule. qō io.

Que paramenta calices & palia liceat fratribus habere. qō xi.

Que expenſe circa res emendas liceāt fratribus. qō iz.

An ſit contra uotum paupertatis pro libito elemoſynas pe-
cuniarias deponi uel expendi facere dare fratribus licen-
tiam ꝙ faciant pro ſe pecunias deponere. qō xiii.

An impetrata priuilegia derogent paupertati. qō xiiii.

An prelatis fratrum minorum indiſtincte liceat. qō xv.

An frēs ſubditi poſſint ſiñ lnīa ꝑlatoꝝ pecuniā ḋpōi facere. qō yvi.

An frēs minores inſtituti heredes ſint capaces hereditatis. qō xvii.

An ſi relinquatur fratribus pecunia ſint capaces. qō xviii.

An frībus minoribus liceat recipe ānuū legatū eis relictū. qō xix.

Ad quantum tempus annuum legatum quando non eſt p
petuum intelligatur fratribus eſſe prohibitum. qō zo.

An liceat fratribus recipere quod relinqtur eis edificādi cā. qō zi.

Quid ſi relinquatur fratribus ager ad colendum uel do-
mus ad habitandum. qō zz.

De caſtitate.

Ad quam continentiam fratres minores obligentur. qō xxiii.

Capitulo ſecundo regule.

BIBLIOTECA NAZ ROMA VITTORIO EMANUELE

An ſoli miſtri poſſint ad ordinem recipe fugiẽtes a ſeculo. qõ xxiiii.

Miniſtri uero examinent eos de fide catholica. Vtrum hoc ſit preceptum. qõ xxv.

An fratres poſſint aliquid recipere per modum elemoſyne de bonis uolentium ingredi religionem. qõ xxvi.

Quis ingredi ualeat religionem ut ſit nouitius. qõ xxvii.

An ſi perſona ualde utilis ueniẽs poſſit illi dare habitum profeſſorum ſine miniſtri licentia. qõ xxviii.

Qualiter ingrediens religionem fratrum minorum ĩfra annum efficiatur tacite profeſſus uel non. qõ xxix.

An ſi uolens ingredi religionem petat a fratribus ſibi dari habitus profeſſorum dandus ſit ei. qõ xxx.

An uolẽtes ingredi religionem fratrum minorum poſſint abſolui a ſententiis excommuuicationis ſuſpenſionis.&c. qõ xxxi.

Quis poſſit ad profeſſionem recipere. qõ xxxii.

An poſſit ſubtrahi frater minor de obedientia ſuorum prelatorum per aliquem eccleſie prelatum. qõ xxxiii.

Qui iam promiſſerunt obedientiam: habeant unam tunicam.&c. An hoc ſit preceptum. qõ xxxiiii.

Ob quã neceſſitatem: ſcd'm regulã liceat calciamẽta portare. qõ xxxv.

Qua licentia fratres propter neceſſitatem uti poſſint calciamentis. qõ xxxvi.

An ſit preceptum regule portare uilia ueſtimenta. qõ xxxvii.

Capitulo tertio Regule.

An hoc ſit preceptum ꝙ fratres diuinum offitium faciant ſecundũ Romanam eccleſiam. qõ xxxviii.

An fratres debeant uel teneantur dicere diuinum offitium in eccleſia ſeu in choro. qõ xxxix.

An fratres propter infirmitatem diuinum offitium non perſoluentes teneantur reſtituti ſanitati reficere illud? qõ xl.

An clerici teneantur dicere proprium offitium ſi ipſi interſint offitio aliorum. qõ xli.

An fratres poſſint ex profeſſione habere uſum rerꝫ & librorum. qõ xlii.

Quare beatus Franciſcus tam breue offitium dedit laicis in ordine noſtro. qõ xliii.

Et ieiunent a feſto omnium ſanctorum. An hoc ſit preceptum regule. qõ xliiii.

Qualiter ad hoc preceptum non equitandi intelligantur fratres obligati. qõ xlv.

Capitulo quarto Regule.

Que differentia ſit inter denarios & pecuniam. qõ xlvi.

Quid ſit recipere pecuniam. qõ xlvii.

Per ſe uel per interpoſitam perſonam quomodo hoc intelligatur. qō xlviii.
Quid agere debent fratres quādo in loco ubi ſunt uelit aliqd emere de elemoſyna pecuniaria. qō xlix.
Quid ſi res emenda a fratribus non habetur in terra illa ubi fratres morantur. qō l.
Quid ſi dominus pecunie moriatur anteq̄ pecunia pro fratrum neceſſitatibus depoſita ſit expenſa. qō li.
Quid agendum quando elemoſyna pecuniaria ſuperfluit.&c.& ꝙ fratres nullo modo petant.&c. qō lii.
An fratres poſſint acceptare elemoſynam pecuniariam cuius ꝓpꝛietatem dans nullo modo uult apud ſe pertinere. qō liii.
An fratres poſſint rogare offerentem elemoſynam pecuniariam. qō liiii.
An fratres pro ſuis neceſſitatibus poſſint recurrere ad eum.&c. qō lv.
An liceat fratribus ire per uiam cum burſariis. qō lvi.
Quid de pecuniariis elemoſynis ſuper altaria poſitis. qō lvii.
Nunquid indifferenter liceat fratribus recurrere ad depoſitarium elemoſynarum pecuniariarum. qō lviii.
Nunquid fratres poſſunt eſſe cuſtodes pecunie uel diſpenſatores. qō lix.
Quomodo fratres poſſint mutuo pecuniam accipere. qō lx.
Quo caſu licet pecunia uti & de pena fratrum recipientium. qō lxi.
De procuratore fratꝝ quē qlibet locus ſiue conuentus debet hēre. qō lxii.
An miſtri & cuſtodes ꝓuidere fratribus ex ꝑcepto regule teneātur. qō lxiii.
De cura & diligentia habenda circa infirmos. qō lxiiii.
An liceat fratribus facere congregationē reꝝ ad uictū neceſſariaꝝ. qō lxv.
An fratres poſſint uti de licentia prelatoꝝ pluribus tunicis. qō lxvi.

Capitulo quinto Regule.

An fratres hn̄tes gratiā laborandi teneātur ꝓ hn̄do uictu laborare. qō lxvii.
Quō intelligatur gratia laborandi & quottuplex eſt labor. qō lxviii.
Quō ītelligatur ꝙ frēs non extiguāt ſpūm orationis & deuotionis. qō lxix.
An frat̄ p obiam occupatus teneatur orare ꝓ receptis elemoſynis. qō lxx.
Quam mercedem pro labore ſuo fratres poſſint recipere. qō lxxi.

Capitulo ſexto Regule.

Quid ſit appropriare ſibi rē alienā & ad quē ſpectat dominium. qō lxxii.
An fratres poſſint emere uel ſolutionem facere pro re iam empta. qō lxxiii.
An liceat fratribus uendere. qō lxxiiii.
An liceat fratribus mutuare. qō lxxv.
Quid de contracto commodati an liceat fratribus. qō lxxvi.
An fratres poſſint locare operas ſuas. qō lxxvii.
An fratres poſſint commutare res ſuas quas habent in uſum. qō lxxviii.
An fratres poſſint res impignorare. qō lxxix.
An fratres poſſint donare. qō lxxx.

Nunquid oporteat fratres pro pennis filo acubus & huiuſmodi mi
nutis ire ſemper ad prelatum. qõ lxxxi.
An p̃latus poſſit aliqd diſpõere đ eleoſyna pecũiaria ꝑ frẽ đputata. qõ lxxxii.
Quã pauptatẽ frẽs tanq̃ pegrini in hoc mũdo ſeruare tenentur. qõ lxxxiii.
An frẽs teneantur habere diligẽtẽ curã frũm infirmantium. qõ lxxxiiii.
Capitulo ſeptimo regule.
Quomodo gñalis & ꝓuintiales miniſtri pñt ſibi caſus reſeruare. qõ lxxxv.
Qui ſunt caſus miniſtris reſeruati. qõ lxxxvi.
A quibus cenſuris poſſint abſolui frẽs p p̃uilegia impetrata. qõ lxxxvii.
An fratres ſub precepto teneantur recurrere: q̃ primum ad mini-
ſtros pro illis peccatis.&c. qõ lxxxviii.
Capitulo octauo Regule.
Qualiter ellectio generalis miniſtri ſit celebranda. qõ lxxxix.
An gñalis miſter poſſit immutare ordinata in gñali capitulo. qõ xc.
Qualiter uicarii generalis fiat ellectio & confirmatio. qõ xci.
Qualiter cuſtodũ ſeu uicarioꝝ prouintialium ellectio ſit facienda. qõ xcz.
Quibus cauſis poſſit alter generalis miniſter elligi. qõ xciii.
Capitulo nono.Regule.
Quomodo fratres ſecundum regulam intelligantur prohiberi ne
predicent in epiſcopatu alicuius epiſcopi. qõ xciiii.
Quis ualeat inſtituere & deſtituere predicatores in ordine. qõ xcv.
An priuilegia impetrata circa predicatores inſtituẽdos ſit cõtra pu
ritatem regule. qõ xcvi.
Quomodo intelligendum ſit aliquẽ incurrere penas excõmunica-
tionis priuationis offitiorum & ſuſpenſionis. qõ xcvii.
De modo recipiendi conuentuales ad familiam & ꝙ inferior prela
tus non poſſit.&c. qõ xcviii.
Capitulum decimum Regule.
De uiſitatione & correctione miniſtrorum. qõ xcix.
An fratˀ q ſolus ſit defectũ cõſocii frĩs teneatur illũ p̃lato reuelare. qõ ioo.
Quod accuſans frẽm & non ꝓbans eidem pene ſubiaceat. qõ ioi.
Quid de falſo accuſante aut dicta ſue accuſationis reuocante. qõ cii.
Quis poteſt abſoluere reuelantes ſcienter nomina accuſantium. qõ ciii.
Quem ordinẽ uiſitandi ꝓuintias gñalis miniſter debet obſeruare. qõ ciiii.
Quomodo intelligatur quis non poſſe regulã ſpũaliter obſeruare. qõ cv.
Capitulo undecimo Regule.
Quomodo fratres non poſſint ingredi monaſteria monacharum. qõ cvi.
Capitulo duodecimo Regule.
Quomodo idonei eſſe debent q ſunt ad partes infideliũ mittendi. Et in qbus.d.
Cardinalis protector ordinis noſtri hẽat ſe de nobis impedire. qõ cvii.

FINIS.

Incipit prologus in titulos ſequentes ſiue queſtiones.

PLorãs plorauit ĩ nocte: & lachryme eiuſ ĩ maxillis eiuſ qm̃ ñ eſt q conſoletur eã ex omnibꝫ charis eius. Oẽs amici eius ſpreuerunt eã facti ſũt ei inimici. Vide dñe qm̃ tribulor: uẽter meus conturbatus eſt ſubuerſũ eſt cor meum in memetipſa qm̃ amici mei cognoſcentes malũ meum letati ſunt & a me abierunt longe. Ideo amaritudine plena ſum: & multi gemitus mei. Quis dabit capiti meo aquã: & oculis meis fontẽ lachrymaꝝ & plorabo die ac nocte ĩterfectos populi mei Hieremie dolentis: ingemiſcentis: & uehemẽtiſſime lamẽtãtis uerba ſunt iſta. Orat multa patiens & de malo liberari deſiderans. Sup eſt ut audiamus in quo malo poſitus ſit: ut cũ noſce ceperimus cõicata tribulatione orationẽ iungamus piter & lachrymas: ne ſi forte ꝑ nobis dolentẽ neglexerimus contingat & ſup nos: ut ſuper interfectos populi ſui filios lachrymis irremediabilibus illachrymari. Iãq; fortaſſis tanti doloꝛis cauſas diſcere incipiamus.

In noĩe dñi. Incipit libellus ſup Regulã fratrũ minoꝝ: q Serena Conſcĩa nuncupãtur: in quo & ſũmoꝝ pontificum & ordinis noſtri doctoꝝ declarationes. Itẽq; & ſtatuta põnũtur: ac nõn nulla ſparſim ordinis priuilegia & aliqua doctoꝝ aliorum non inutilia ad laudem dei ſcripta.

Queſtio prima.

q Veritur primo. Si religioſus tenetur eſſe pfectus. Rñdet bea. Tho. 2.2. q. clxxxvi. ar. i. in rñſione tertii ar. Non oportet ꝙ quicũq; eſt in religione ſit pfectus: ſed ꝙ ad perfectionem tendat. Et in eodẽ ar. dicit Perfectio hois conſiſtit in hoc ꝙ totaliter hõ adhereat deo. Et ſcd̃m hoc religio noĩat pfectionis ſtatũ. Subditq; in ſequẽti ar. Qui ſtatũ religionis aſſumit: non tenetur ſtatim habere pfectã charitatem: ſed tenetur ad hoc tendere & opam dare: ut habeat pfectã charitatẽ & eadem rõne non tenetur ad hoc: ꝙ illa impleat que pfectionẽ charitatis conſequũtur. Tenetur tñ ut ad ea iplẽda tendat ꝙ non facit contẽnens. Vnde non peccat ſi ea pretermittat: ſed ſi ea contẽnat. Similiter non tenetur ad oĩa exercitia qbus ad pfectionẽ pueniũtur ſed ad illa determinate que ſunt ei taxata ſecundum regulam quã profeſſus eſt: hec Tho.

Ceterum queritur. An fratres minores ex ſue regule profeſſione teneantur ad omnem euãgelii perfectionem Reſpõdet ſanctus Bonauentura: in expoſitione ſua ſuper regulam: ꝙ non quũ in ipſa regula quam uouent quedam monitorie & exhortatorie ſubiungantur. Quũ igitur non omnem regule partem uoueãt obſeruare multomagis non uouent quod non exprimitur in eadem: unde tota perfectio euangelica nõ uouetur ab huiuſmodi regule profeſſoribus: ſed tantum illa eius ps

que ex regule intẽtione illis imponitur obligatorie obſeruãda. Vouent enim totam regulam ſcd'm intentionẽ mandatoris ptim ad obſeruãtiã ut p̄ceptorie ipoſitã: ptim ad reuerẽtiã & approbationem illoꝝ que nõ tam preceptorie imponũtur: q̄ monitorie tali ſtatui ſpãliter emulanda: ſicut eſt illud. Orare ſemper ad deum puro corde: & habere humilitatem: hec ſanctus Bonauentura. cui d. Clemens papa. v. in ſua declaratione cõcordans ait. Quũ uotũ determinatum cuiuſlibet habeat cadere ſub certo uouens regulã non põt dici teneri ex ui uoti hmõi ad ea conſilia euangelica que in regula non ponuntur. Et quidem beati Franciſci conditoris regule: hec probatur fuiſſe intẽtio: ex hoc ꝙ q̄dam conſilia euãgelica in regula poſuit aliis pretermiſſis. Si. n. per hec uerba. Regula & uita minorũ frũm hec eſt. ſ. dñi noſtri Ieſu chriſti: ſãctum euangelium obſeruare: intendiſſet eos ligare ad oĩa conſilia euangelica ſupflue & nugatorie quedam eorũ aliis ſupreſſis in regula expreſiſſet: hec Clemens q̄q̄ Vbertinus contrarium aſſerere uideatur.

queſtio ſecunda.

q Veritur ſcđo. Si religioſus trãſgrediendo ea que ponũtur in regula ſua mortaliter peccet. Rñdet Tho. z. z. q. eadem ar. z. Votum ꝓfeſſionis principaliter reſpicit tria. ſ. pauptatem: continentiã: & obiam: alia uero oĩa ad hec ordinãtur & ideo trãſgreſſio nõ obligat ad mortale: niſi uel propter contemptum regule quia hoc directe contrariatur profeſſioni p quã quis uouit regularem uitã uel propter preceptum ſiue oretenus prelato factum ſiue in regula expreſſum: q̄a hoc eſſet facere contra obedientie uotum. Ex contemptu autem tunc quis tranſgreditur quando eius uoluntas renuit ſubici ordinationi legis uel regule & ex hoc procedit ad faciendum contra legem uel regulam. Quando uero e conuerſo propter aliquam particularẽ cauſam puta concupiſcentiã uel iram inducitur ad aliquid faciendum contra ſtatuta legis uel regule non peccat ex contemptu ſed aliqua aliã cauſa ẽt ſi frequenter: ex eadem cauſa uel alia ſimili iteret peccatum frequentia tamẽ peccati diſpoſitiue inducit ad contemptum: hec Tho. Particulariter uero de fratribus minoribus di. Aſten. in ſu. li. vi. ti. xlvii. Secũdum Gulielmum de marra. in regula beati Franciſci. Aliqua continentur per modum precepti aliqua per modum ſtatuti rationabilis: aliqua per modum monitionis & exhortationis. Fratres ergo minores trãgrediendo: ea que per modum precepti uel inhibitionis tantum que ponũtur in illa peccant mortaliter: non autem per alios modos quantum eſt ex uirtute regule: niſi forte ratione exceſſus libidinis uel contemptus: & ſic per ſummos Pontifices declaratum eſt uidelicet Gregorium nonum. Innocentium quartum. Nicolaum quartum. & Alexandrum quartum. Nec predictis contrariat ꝙ religioſi ex uoto ſue profeſſionis aſtringuntur ad obſeruantiam ſue regule & ſic ad omnia contenta in ea: ergo tranſgrediendo quodlibet eorum peccant mortaliter: quia religioſi ex uoto ſue profeſſionis: non equaliter aſtringuntur ad omnia contenta in regula ſed differenter: prout

differenter ea ibi ponuntur.ſ.precepta ut precepta:& monita ut monita:& ut prefati Pontifices declararũt. Etſi etiã dicatur ꝙ facere cõtra uotum eſt mortale peccatum:dicẽdum eſt ꝙ hoc eſt uerum:quando uouens intẽdit ſe ſimpliciter ad illud faciendum obligare hoc eſt obligationis neceſſitatis: ita ꝙ contraueniendo peccat mortaliter & hoc eſſet quando uouens ſe obligaret ad omnia contenta in regula non niſi per modum precepti uel inhibitionis. Sed quũ uouens hoc non intendat. Ideo minus recte dixerunt aliqui: ꝙ ingrediens religionem non debet regulam:ſed uitam ſecũdum regulam uel obedientiam ſecundum regulam uouere.hec Gulielmus.

questio tertia.

Queritur tertio. Si ignorantia regule excuſat religioſum a trãſgreſſione eius precepti uel inhibitionis? Reſpondent quattuor Magiſtri uidelicet Alexander de ales. Ioannes de rupella. Rubertus de baſcia. & Ricardus in prologo declarationis regule fratrum minorum ꝙ ignorantia regule quam quis profeſſus eſt nullũ excuſat. Sed nec ignorãtia ſtatutorum ut ponit Reuerendus Archiepiſcopus floren. frater Antonius ordinis predicatorum in ſuo interrogatorio. Sed an fratres minores obligentur ad obſeruantiam teſtamenti beati Franciſci uide infra in.xxxiii.queſito.

De obedientia que eſt primum pn̄cipalem uotũ. Cap.primo Regule.

queſtio quarta.

Queritur quarto. An religioſi & preſertim fratres minores teneantur in omnibus obedire prelatis ſuis? Reſpondet ſanctus Bonauentura in.2.di.ultima &.q.ultima dicẽs. Quia obtemperare in omnibus,nõ tantum non eſt facile:imo & impoſſibile ideo fines imponuntur promiſſioni obedientie:unde & beatus Franciſcus non precepit ſimpliciter fratribus ſuis prelatis in omnibus obedire: ſed in omnibus que promiſerunt domino obſeruare:& nõ ſunt contraria anime ſue & regule noſtre. Contra animam dicũt quattuor Magiſtri:eſt non ſolum peccatum imo illud quod eſt icentiuum & proximum ad peccatum ut audiendo confeſſiones ubi fragilitas carnis impugnat acriter aliquem. Contra regulam uidetur eſſe non ſolum quod eſt contra precepta imo cõtra ſtatuta ordinis ad obſeruandam regule puritatem:hec illi. Eodem quoque modo auctor conformitatum ſecundum dominum Bonauenturam declarat hanc regule obedientiam dicẽs. Precipio ut obediant in omnibus ſcilicet ad que uoto ſe aſtrinxerunt uel ad ipſorum obſeruantiam ſpectant uel trãſgreſſionis eorum uitationem. Nec uidetur beatus Franciſcus ponere ſeu arctare ad illam perfectam obedientiam que legem neſcit nec eis coartatur neque eſt contenta perfectionis anguſtiis: ſed fertur in latitudinem charitatis: que poteſt dici obedientia ſupererogationis. hec ille. Concordat cum eo Tho. in.2.ſenten.dicẽs. Ad obſeruantiam perfectam ſecundũ quam ſubditus obedit ſimpliciter in

oĩbus que nõ ſunt contraria legi diui-
ne uel regule quã ꝓfeſſus eſt nulllus
tenetur debito neceſſitatis: ſed ſolũ ex
honeſtate quadã ſicut ſemp tenemur
emulari chariſmata meliora. Idem Ale
xader lombar i·ii. di· ultima. q. ultima.

q̃ſtio quinta.

q Veritur. v. Ad quã obediẽtiam teneantur religioſi ex Profeſſione ſua? Rñdet Alexãder eadem. q. ꝙ obediẽtia ſcđm neceſſariam obligationẽ aliqua continet explicite & aliqua implicite. Primo modo ut ſi ꝑlatus precipiat aliqd ſcđm regulã puta in regula fratrũ minoꝝ ponitur ſub obligatione precepti ꝙ fratres nõ recipiant pecuniam uel ꝙ ueſtimentis uilibus induantur & clarũ ẽ ꝙ ſubditi tenentur obedire. Scđo modo. ſ. implicite ſunt ut obſequia cõia: ſicut facere coquinã: ſacreſtiã: & alia domus offitia: & negotia ordinis ꝓmouenda ſine quibus nõ poteſt regularis obſeruãtia ſeruari: & in iſtis etiã ſubditi tenentur obedire. Aliqua etiã dicũtur ſcđm regulã quia faciunt ad regule obſeruãtiam pleniorem: ut ſilẽtium: diſcipline: culparũ recognitio & ſimilia: & ſic etiã tenentur: uerum eſt ꝙ ſi preceptũ hmõi ſit in longum tẽpus debet fieri de conſenſu ſubditoꝝ uel illoꝝ qui cõueniunt ad capitula. hec Alexãder. Et Aſteñ. lib. vi. ti. lii. Addit Monal. in ſu. Si precipit infra regulã: ſicut reficere corpus ſuũ tenemur obedire: quia bonum etiam debet ꝑtermitti per obediẽtiam ſi nõ eſt de neceſſitate ſalutis. xi. q. iii. Quid igitur. Sed ſi ꝑcipiat ꝙ ſubditus ieiunet in pane & aqua ter in ebdomoda: quia uidet naturã eius ad luxuriam ſic nõ tenetur: niſi eſſet in tali caſu ꝙ nón poſſet uitare peccatũ: uel ſi preciperet in peccati cõmiſſi pnĩa: quia tũc tenetur. Si uero prelatus preciperet aliqd ſupra regulam: ut recipere martyriũ & huiuſmodi ſubditus nõ tenetur obedire Alexãder quoq; in. ii. in tractatu de ꝑplexitate conſciẽtie dicit. Prelatus in his que expreſſe regule prohibet uel precipit nõ poteſt mutare neq; ipſi mutanti eſt obediẽdum: niſi quatenus regula permittit. Si ergo queratur utrũ Abbas poſſit precipere monacho qui multũ laborat ꝙ carnes comedat: dicẽdum ꝙ ſeruata lege charitatis & inſtitutione regule & cognita neceſſitate ꝑſone: hoc ei precipere põt aliter nõ: nec etiã tenetur ſubditus obedire prelato precipienti ut in negotiis ſecularibus ſe exerceat niſi honeſta eſſent: & non ad malam proximi edificationẽ nec contra deum uel regulam: tũc enim ẽ ei obediẽdũ· hec Alexãder.

queſtio ſexta.

q Veritur. vi· An religioſi teneantur obedire ſuis conſtitutionibus? Rñdet Alexander de ales in. ii. in tractatu de conſciẽtia. q. ii. ꝙ ſic in obligatoriis ad culpã que fiunt ab eccleſia ſuper ipſos uel a capitulo generali cum conſenſu ꝑlatoꝝ. hec Alexander. Sed de hoc quattuor Magiſtri ſup octauo cap. regule dicunt. Quum ex intẽtione regule ſit ꝙ celebretur capitulũ gñale. Ad capitulũ uero ptinet ordinare ea que poſſunt religionis puritas & ꝑfectio cuſtodiri: ergo ſi capitulũ ꝓpter uitandũ religionis periculum coarctat generalis poteſtatẽ aut ꝓuincialium miniſtroꝝ & aliqua alia salubria ordinat per frẽs gñaliter obſeruãda auctoritate regule que ꝑſtat aucto

ritatē capitulo generali:p generalē mi niſtrū nō poterunt infirmari. Pari etiā rōe de cōſenſu ſuperioꝝ & inferiorū ordinis fuerit gnāliter ordinatū in capitulo generali:& per Pontifices ſedis apoſtolice approbatū fuerit:non poterit p ſolos inferiores nec p ſolos ſuperiores aliquatenus imutari:maxime in illis in qbus eſt cōmutatio: ordinatio uel limitatio poteſtatis. hec Magiſtri. Ceteꝝ nouiſſime cōſtitutiones Martini qnti circa eaꝝ finem ſic dicūt.In oībus aūt aliis ſtatutis:conſtitutionibus: ordinationibus:& declarationibus ſūmoꝝ Pōtificū ꝗ alioꝝ auctoritate apoſtolica diſpēſamus nolentes aliquem dicti ordinis ex ꝑdictis ſtatutis aut declaratiōibus de qbus in his ꝑſentibus nō fit mentio mortalis peccati uinculo alligari:niſi tales eſſent caſus uel exceſſus q diuina lege ſeu ſacroſancte romane eccleſie ſtatuto generali merito inducerent ad mortale. Et ubicūq in aliis ſtatutis eiuſdē ordinis papalibus uel gnālibus pena excōicationis imponitur:quatenus in aliā penā ualeat cōmutari arbitrio preſidētiū reſeruamus cōmittimus & relaxamus in contrariū faciētibꝰ nō obſtantibus qbuſcūq.Predicta aūt ſtatuta:cōſtitutiones:ordinatiōes:& declarationes:uolumus ab oībus tam ꝑlatis ꝗ ſubditis integre & inuiolabiliter obſeruari.Mādantes & diſtricte ꝑcipiētes oībus prelatis ordinis qbuſcūq ꝙ oīa & ſingula ſupradicta ſernent & faciant ab oībus ſeruari.ꝙ ſi in predictis fuerint negligētes ipſo facto offitiis ſuis ſint priuati.Et ne ignorātia ſit alicui occaſio delinquēdi ſub interminatione diuini iuditii mandamus ꝑlatis predictis quatenus p quēlibet cōuentum ſiue locū ad minus ſemel in mēſe hec legi faciant & diuulgari.hec ibi.Que qdem maxime ſunt hic in fine notāda dum dicit ꝙ ſi in ꝑdictis fuerint negligentes.&c. Et potiſſime quū in bulla ſanctiſſima.d. noſtri Calixti tertii que nuper ē ditata. Regularibus inſtitutis dicti ordinis nihilominus in ſuo robore permanentibus.

queſtio ſeptima.

Queritur.vii.Vtrū oīs inobediētia religioſoꝝ ſit mortalis culpa?Rūdet Aſteñ.lib.vi.ti.xlvii. ar.iii.ꝙ non.Sed ſolū qñ ꝑcedit ex deliberatione uel contēptu nō qñ ex ſubreptione.Vñ Bernar.in lib.de diſpēſatione & ꝑcepto dicit. Non qualiſcūq mādati preteritio criminalē inobediētiam facit ſed repugnare & nole obedire.Si.n.iubente ſeniore uerbū elabitur reū me fateor ſed uenialiter.Si aūt ex contēptu ſciens & deliberās ſponte in uerba ꝑpūpo preuaricatorē me conſtituto & criminaliter. Et Bonauētura in.ii.di.ultima.q.ultima dicit.Quāuis non teneamur prelatis in oībus obedire:tenemur tñ nullū mandatū eorū ſpernere . Vnde dicitur in iure ꝙ ſnīa paſtoris ſiue iuſta ſiue iniuſta : ſemper timenda eſt.

Paupertas eſt ſecūdū principale uotum regule:ut patet in ꝑmo.ca.eiuſdē.

queſtio octaua.

Queritur.viii.Ad quā pauperta tē tenētur frēs minores?Rūdet Greg.ix.Innocē.iiii.Nico.iii.& Clemens .v.ꝙ nec in ꝑprio nec in cōi fratres debēt habere reꝝ tēporaliū proprietatē ſed ſimplicē uſum facti: & ſic intelligunt illud quod ponitur in.vi. c.regule.Frēs nihil ſibi approprient.&c.

Sed & ꝓprietas & dominiū rerum:qui
bus fratres utūtur dn̄t eē ecclesie roma
ne.Et idem poſtea confirmauit Marti
nus qntus in ſuis conſtitutionibus q̄
uis.lo.xxii.in extrauagāti que incipit.
Ad conditorem canonū.prius dixiſſet
ꝙ in dominiū ecclesie ſolum reciperet
ecclesias fratrū:oratoria:officias: habi
tationeſ:uaſa & ueſtimēta diuīs offitiiſ
dedicata ſed non alias res fratribus cō
ceſſas.

queſtio nona.

q Veritur.ix.Qui uſus reꝝ fratri
bus a regula concedatur? Rn̄
det idem Nico.iii.ꝙ uſum re
rum nō debet habere ullā ſupfluitatē
que deroget pauptati:uel ut ea diſtra
hant in futuro.Et ſup hoc miniſtri di
ſponant & cuſtodes cum diſcretione:
ꝓut perſonaꝝ qualitas: locoꝝ condi
tio:tēpoꝝ uarietas:& alie circūſtantie
plus uel mīus ꝓuideri requirūt: ſic tn̄
ꝙ ſemper paupertas ſancta reluceat in
eis ꝓut eis ex eoꝝ regula inuenitur in
dicta.hec ille. Sed ut Clemens in ſua
declaratione dicit frēs ad arctū uſum
tenētur.Quod auctor conformitatum
ordinis intelligit dicens. Seqtur ꝙ illa
que ſunt neceſſitatis concedūtur:& fra
tres pn̄t habere & nō ſupflua. Supflui
tas igitur fratribus eſt interdicta:q̄ attē
ditur in numero.Nam ſi unū ſufficit
duo ſupfluunt.in quātitate multū ſup
fluit ſi paꝝ ſufficit. in ſumptu ſūptuo
ſum ſi uile.in decore ſpecioſum ſi deſ
picabile.Et qd dicit frater Vgo in ſua
regule declaratione. Addens ordo mi
noꝝ aſtrictus ad obſeruandū paupta
tem reꝝ uſum in ſignū extreme paup
tatis qd eſt euidēter in regula notatū.
Nam primū uenietibus ad ordinē in
dicitur in uſus pauperū eroganda fa
cultas. Scdm eſt habitus deformitas.
Tertiū ueſtimētoꝝ uilitas. Quartū
iniuriis terre & aeris pedum expoſita
nuditas.Quintū īterdicta eqtandi po
teſtas. Sextū uictus mendicata neceſ
ſitas. Septimū acqrendi pecunia ſub
lata poteſtas ſiue poſſibilitas. Octa
uum noīs deſpicabilitas.hec ille.Et de
hoc dn̄s Sctūs Bonauentura in litteras
quā de cōſenſu & diffinitione capituli
gn̄alis miſit p totū ordinē dicit. Et qm̄
paupertas eſt noſtra prerogatiua ſubli
mis:ſic ſumptuoſitatē edificioꝝ:libro
rum:ueſtium: ac ciboꝝ ſtudeas ampu
tare ꝙ a ꝓfeſſionis excellentia uite ob
ſeruātia nō diſcordat.Scdm.n.& ꝓpha
num mēdacium paupertatis ſe ꝓfeſſo
rem aſſerere:& reꝝ penuriā pati nole.
Interius diuitum inſtar uelle affluere
& exterius more pauperis mendicare.
hec Bonauētura.Qui & in legēda ma
iori dicit.Btūs Franciſcus qn̄ uidebat
domos fratrū alicuius apparentie:que
tn̄ nūc reputarentur uiliſſime & pau
percule nolebat uenire ad eas: dicens
eſſe cōtra regulā.Et eas mandabat di
rui:& ut pauperū more paupculas ca
ſas erigerēt uel frēs inde amoueri ſi qd
ſumptuoſitatis ibi cerneret quod pau
pertati nō per omnia conſonaret. hec
ibi.Frater Ioānes de picano olim Epiſ
copus cantuarieñ: de pauptate fratrū
minorum in libello de euāgelica pau
pertate:ſic ait.Nec rebus quibuſcunq
poſſunt uti:ſed illis que modū nō ex
cedunt altiſſime paupertatis.Vnde Fa

teor multa edificia ordinis eſſe mōſtruoſa. Et breuit fratres nihil poſſunt in uſu domeſtico ꝙ diuitias redoleat uel foueat. Sed & dominus Nico. iii. in decretali. Exiit. In multis locis dicit ꝙ regula nunq̃ concedit: niſi neceſſarium rerum determinatarū. Vnde dicit ꝙ ſemper ſit quo ad dominiū omnimoda abdicatio: & in uſu neceſſitas. Sed & magiſter Henricus de gādauo in. vii. quolibeto. q. xxix. dicit. Paupertatis ſanctiſſime ſectatores. &c. Cōſtat aūt ꝙ niſi abunde delicioſa uel curioſa & molia in uſu ſunt: talis paupertas magis ridiculoſa q̃ ſanctiſſima cenſetur. Poſſint repecciare de ſaccis & aliis petiis cum benedictione dei quaſi dicat: ꝙ obſtātibus maledictiōibus aliorum qui uilitatem abhorrent: qui animo humili faciunt illi diuine benedictionis ſingularem gratiam conſequētur. hec ille. Et de hoc quattuor Magiſtri dicunt paupertas fratrum minorū: que in regula determinatur attēditur in duobus: unum eſt ut non habeant aliud fictum ſicut redditum: & hoc eſt quod dicit. ꝙ tanq̃ peregrini & aduene in paupertate debēt domino famulari. Aliud eſt qd debent habere paupertatem quantum ad uſum: & taliter pauperes ꝙ etiā ſint mendici. Vñ additur Vadāt pro elemoſyna cōfidenter: hec ibi. Sed & hāc paupertatem regule ſic notat Vbertinus dicens: prorūpit beatus Frāciſcus in tantam cōmēdatōnem ſublimitatis regule noſtre quo ad altiſſimam paupertatem oſtendens eā eſſe excellētiſſime fructuoſam: & ꝙ ea nulla altior poteſt inueniri. Alias nequaq̃ ſummus pontifex ſuſtineret ꝙ ſub bulla ſua ſic ꝑdicaretur altiſſima. Et cui uis patet ꝙ ſine uſu ſtricto rerū hec comendatio falſa & friuola appareret. hec Vbertinus. Addit Auctor cōformitatum. Sciendum ꝙ a fratribus minoribus non eſt mendicandum niſi ad neceſſitatem: & non ad ſuperfluitatem: quoniam ſic eſt alienum accipere ac pretendere humilitatem ubi nō eſt hypocriſis eſt. Poſſunt uero fratres cōmorari in terris excōmunicatorum: & petere ab eis uite neceſſaria & accipere ut habetur in omnibus Maremagnis. Alexandri. Bonifacii. Clemētis: & in priuilegio Innocentii quarti: quod incipit. Vobis patientibus extremam pro chriſti nomine paupertatem.

queſtio decima.

q Veritur. io. Que edificia liceāt fratribus ex profeſſione regule? Reſpondet papa Clemens in ſua declaratione. Volumus ꝙ ubiq; in dicto ordine deinceps temperatis & humilibus edificiis ſint contenti: ne huic tante paupertati promiſſe: ꝙ oculis patet contrarium foris clamet: ita ꝙ conſiderato fratrum inhabitantiū numero exceſſiua in multitudine uel magnitudine non debeant putari. Fratreſq; poſſint hortos & hortalitia eis decentia habere: non tamen ꝙ olera ex eis uendantur. Addit Aluarus in lib. de planctu eccleſie in ſcda pte ſui operis. Non licet fratribus habere magna uiridaria magnos uel plures hortos ſuperfluas officinas: aluearia columbaria & piſcinas. hec ille.

q̄ſtio·xi.

Veritur.xi·Que ꝑamenta cali
q ces & palia liceat fratribus ha
bere.Rñdet idem Clemens ꝙ
debent ſufficere paramenta & uaſa
eccleſiaſtica : in numero & magnitu-
dine ſufficientia:ſed ꝓtioſitas uel que-
cūq; curioſitas fratrum profeſſioni nō
conuenit·Sapiunt eni aliquam theſau
rizationem contrariam paupertati·Ad
dit Vbertinus in ſua regule declaratio
ne·In his uero que ad uictum & ueſti
tum diuinum cultum & ſapiale ſtudiū
ſpectant ſub rōnabili circūſtātiaꝝ mo
derantia uſum artat & reſtringit qua
perſonarū qualitas:tempoꝝ uarietas:
locoꝝ conditio:offitioꝝ noſtri ſtatus
exequtio:& nonnulle alie circunſtātie
plus minuſue:ac aliter prouideri req-
runt hanc aūt moderantiam que nihil
aliud eſt q̄ uirtutis paupertatis mediū
non ſecundum rem:ſed ſcd'm rationis
adequationē ſumptuſ:nō intelligimus
ſic preciſe icludi in uoto noſtre regule
& pauptatis euāgelice: ꝙ oīs exceſſus
ac imoderātia ſit mortale pctm̄ ac uo-
ti ſubſtantiā interimens:ſed ſolum qn̄
eſt talis ac tanta ꝙ merito cenſeri de-
bet enormiter ledere ſtatum euangeli
ce pauptatis· Alie autem imoderantie
tanq̄ peccata uenialia cenſebuntur·Et
credimus uoluntatem beati Fraaciſci
fuiſſe & dñi Nico·in ſua declaratione:
hec Vbertinus.

q̄ſtio·iz·

Veritur·iz.Si q̄libet expēſe cir-
q ca res emendas liceant fratri-
bus.Reſpōdet frater Aluarus
ordinis minorum:& decretorum do-
ctor ubi ſupra:ꝙ quedam ſunt expen-
ſe uoluptuoſe & he omnibus prohibi-
te ſūt:quedam utiles & he ſecularibus
conceſſe ſunt:quedam neceſſarie ſine
quibus uita iſta conſiſtere non pōt: &
he religioſis maxime fratribus ſūt con-
ceſſe.Quid de fratribus ementibus io
calia & pretioſa:uel qui ſcribere faciūt
libros delicatos & utuntur ferculis de-
licatis & lautis cū diuite epulone? con
tra.c.Non cogantur di·xli.

q̄ſtio·xiii.

Veritur.xiii. An ſit contra uo-
q tum paupertatis:pro libito ele
moſynas pecuniarias deponi
uel expendi facere· Reſpondit idem
Aluarus ꝙ omnino fratribus prohibi-
tum eſt niſi ꝑ ſuis ueris neceſſitatibus
emergentibus:uel ingruētibus elemo-
ſynā pecuniariā facere recipi uel poni:
uel eā expendi facere niſi in v̄a neceſſi
tate imminente uel emergente·Nec ul
latenus:licet de pecunia ꝑ neceſſitate
d̄poſita enceniare:aut munuſcula em-
pta de illa pecunia dare. Nec ſic depo
ſitam pecuniam pro fratris neceſſita-
te cum licentia uel ſine licentia prelati
alteri cuiq̄ dare:quia prelati non poſ-
ſunt licentiam dare quū nihil habeāt
in illa pecunia niſi habeatur lnīa illius
a quo depoſita & ꝑ quo retiet:dicto·c·
Exiit: quū nec miniſter generalis cum
toto cap̄·generali poſſet unum dena-
rium etiam amore dei dare: quia non
eſt dominus nec adminiſtrator neq;
diſpenſator eius : ſicut clare colligi-
tur ex dicta clementia·Exiui: & ex di-
cto capitulo·Exiit· Nam diſpenſa-
tor pro domino dante pecuniam fra-
tribus pro eorum neceſſitatibus te-
nens illam pecuniam eſt miſter uel de
poſitarius non generalis miniſter uel
ꝓuintialis uel cuſtos ſiue guardianus

& multominus quilibet frater ſimplex de illa pecunia ſic depoſita in aliquo ſe intromittere pōt ſed ſolū famulo tenenti pecuniā pro domino dante neceſſitates ſuas pſentes: & ſcđm declarationē emergētes ſimpliciter nūtiare poteſt. hec Aluarus.

q̄ſtio.xiiii.

q Veritur.xiiii. An impetrata priuilegia derogent paupertati. Rñdit idē Aluarus Nulla maior proprietas eſt fratribus minoribus q̄ priuilegium quod eſt lex priuata. di. iii. capitulo Priuilegia. Quū ipſi tanq̄ euangelici uiri debeant eſſe ſubiecti omni humane creature maxime prelatis ꝑpter deum. extra de maio. & obe. capitulo Solite. Cum oī iuri ne dū priuilegio renūtiauerint propter deū. Quid ergo faciunt in mūdo frēs minores: maiores facti p ꝑuilegia. Ergo uere cōtra nomen & ꝓfeſſionē eoꝝ ſunt. Certū eſt enim claro & puro oculo ſpeculantes ſtatum iſtū ꝙ oia ꝑuilegia excepto ꝑuilegio cōfirmationis regule. Ex occaſione igitur declarationum ab eccleſia ſancta factaꝝ data eſt occaſio cōiter fratribus infirmis cōtra eorū regulā pecunias habēdi recipiendi & eis abutendi licet eccleſia ſancta romana ſancte & ſancta intētione eas ediderit ꝑpter fratrū multitudinem relaxatā qbus arcta uia maxime de facto pecunie ſancte regule uidebatur. Et quia in ordine tepuerat feruor ꝑmus apoſtolicus & Frāciſci & a uia diſceſſerat ſimplicitatis & uiā accepat ſciētie curioſitatis inde eſt ut dixi ꝙ data occaſione pecuniaꝝ ꝑpter declarationes uere facta eſt in ordine pauptatis regule ꝑuaricatio cōiter gn̄alis. hec Aluarus. Addens quod nullum ordinis prelatum ſpectat aut pōt regula declarari uel diſpenſari. hec idem Aluarus.

q̄ſtio.xv.

q Veritur.xv. An prelatis fratrū minoꝝ indiſtincte liceat fratribus dare licentiā ꝙ faciant ꝑ ſe pecuniā deponere. Rñdet idē Aluarus nec ꝑlati nec totus ordo ſimul iunctus pōt dare licētiam ꝙ pecunia deponatur ꝑ fratribus in ſpeciali uel cōi niſi ſcđm declarationes capitu. Exiit: & Clementina exiui. Sed licentia: ideo petitur a ꝑlatis: quia ipſi debent ſcire determinare pure & fideliter ꝑ quibus ueris neceſſitatibus ingruētibus fratrū nō alioꝝ pecunia deponatur: qa declarationes aliter nō cōcedūt. Vnde mortaliter peccāt ꝑlati & preuaricatores regule ſunt & ſunt occaſio peccati mortalis ſubditoꝝ ſi aliter q̄ in predictis declarationibus continetur: licētiam dāt ſubditis: ꝙ pro eis aliqua pecunia deponatur: & dupliciter peccāt ꝑlati tum quia dāt licētiam fratribus habēdi pecuniā contra regulam & eius declarationes: tum qa in peculio ꝑ eis diſpenſant qđ nec ꝑlati religioſoꝝ: qui in cōi habent facere poſſunt capitulo. ii. & c. Quum ad monaſteriū. extra de ſtatu mona. &c.

q̄ſto.xvi.

q Veritur.xvi. Si ſubditi frēs poſſint ſine licentia prelatoꝝ pecuniam deponi facere. Rñdet idē Aluarus ſcđm declarationes regule ꝙ nō. Quid ergo de fratribus q ſine aliqua licētia prelatoꝝ ſuoꝝ faciūt pecunias deponere & diſpēſant ꝑ libito uolūtatis ſue maxime: ſine uera neceſſitate bis mortaliter peccant: quia contra regulā & declarationes faciunt pe

cuniā recipiendo:& quia ſine licentia faciunt ſunt ꝓprietarii:& ſicut ꝓprietarii puniri poſſunt tam per eoꝝ conſtitutiones q̄ p canonicas ſanctiones.xii. q.i.Nō dicatis.extra de ſta.mona. Sup quodā. Et ſciendū ꝙ frater modicam quātitatē pecunie ſine neceſſitate uera ꝑ ſe d̄ponere faciēs mortaliter peccat illam ſic tenēdo.xiiii.q. ultia. Furtum: quia nec unus denarius deponi debet pro fratre minori niſi pro uera & emergēte neceſſitate ut ꝓbant declaratiōes regule. Neceſſitas uero ſcd̄m Remigiū eſt ꝓpe neceſſe & ſine qua quis nō pōt uiuere que circa uictum & ueſtitū eſt Scd̄m apoſtolum ꝑme ad Thi.vi. hec Aluarus.

questio.xvii.

Queritur.xvii. An frātres minores inſtituti heredes ſint capaces hereditatis? Rn̄det Petrus de ancha.ſcd̄m Bar.in lib. minoricaꝝ ꝙ nō:ut patet in Clementina Exiui de paradiſo de uerboꝝ ſignificatiōe. Sed dicta hereditas pertinet ad coheredem ſi eum habent uel ſubſtitutū uel aduenientē ab inteſtato.ff.pro his q pro nō ſcriptis habētur .l. Si ī metallum.C.de here.iſti.l.i.C.de cadu.tol.l.i.§.i.In ꝑncipio.Sed an in foro cōſciētie tales uenientes ab inteſtato coheredes & ſubſtituti poſſint dictā hereditatem tenere dicit Bar.ꝙ ſi certificati ſunt teſtatorem uoluiſſe teſtamentū ſuum iure recto teſtari tm̄ & non codicilloꝝ ualere poſſunt in foro cōſciētie hereditatē retinere.Secus uero ubi de cōtrario certificati ſunt: uel nullatenus certificari poſſunt. Et ita reſpōderūt multi Theologi:ut ipſe Bar.dicit:ꝙ tamē dn̄o meo Bal.uidetur ridiculoſū eſſe frēs quoqꝫ minime capaces ſunt: ſi teſtator dixerit. Si heres meus deceſſerit ad eos hereditas deueniat ut ex mente predicte Clemētine colligitur.Item nec fratres capaces ſunt ſcd̄m Bal.in autētica. Ingreſſi.C.de ſacroſan.eccleſiis ſi inſtituantur adiecta cauſa:ꝙ in eoꝝ neceſſitatibus hereditas conuertatur:qa non ſunt pſona ī qua fundari nomē hereditatis poſſit.Et addit.Idē eſt ſi locus uel etiā eccleſia inſtituatur:quod etiā tenet.Ioā.de legnano.& Petrus de ācha. adducēs rōnē hāc: quia aut ſūmimus eccleſiā uel locū pro collegio fratrū ut ſummitur in lege. Sicut.ff.ꝙ uniuſcuiuſqꝫ uniuerſitatis & certū eſt ꝙ nō ualet:ut patet in Clementina Exiui. Aut ſūmimus eccleſiā pro parietibus circūdatam:& tunc idē.ſ.ꝙ nō ualet: qa in aditione hereditatis requiritur aīus: ut.l.Pro herede.ff.d̄ acqrēda here. Sed eccleſia dicto modo ſumpta nō habet animū & hoc tenet Bal.in dicta autētica.Ingreſſi q̄uis Bar.cōtra ſentiat: qui etiam dicit ꝙ ſi hereditas nō iure directo: ſed iure fideicōmiſſi fratribus reliquatur nō tenet:qa iſta eſt ſucceſſio uniuerſalis & talis ſucceſſor eſt heres in effectu:ut.ff.Quod cū eo.l.Si filius. Porrigitur.n.hec ſucceſſio ad mobilia & īmobilia & ad iura.l. In principio &.l. Facta ad trabel. Tamē heres tenetur ad extimationē dicte hereditatis ſi nō excedit magnam quātitatem cōtrariam paupertati fratrum minorū. Sed

Bal.huic ultimó cõtradicit multum efficacibus rationibus quas cauſa bre uitatis õmitto & eum ſequitur domi-nus Petrus de ancha.

queſtió.xviii.

q Veritur.xviii. An ſi reliquatur fratribus pecũia ſint capaces? Rñ. idem Petrus.ꝙ ſic ut in.c. Exiit.§.ceterum quum in eadem regu la:ꝙ intellige uerum ſi fuerit quãtitas moderata non exceſſiua ut in Clemẽ-tina Exiui.§.cupientes.eo.titu.&.§.ad hoc.ubi ſolum ſe reſtringit ad ea que fratribus pro eorum neceſſitatibus ſunt neceſſaria.Sed & miniſtri & cu-ſtodes ſimul & ſeparatim in ſuis admi niſtrationibus & cuſtodiis arbitrabun tur que ſit quãtitas moderata uel non Et ꝙ moderate quãtitatis ſuperfluum erit fratres petere non poſſunt donec imineat neceſſitas.Et tunc tñ poterũt petere per modũ elemoſyne extra iudi cium.Et hoc idem ſic intelligit domi-nus meus Bal.poſt Federicũ de ſenis. & Bar.qui addit ꝙ ſi cauſa ꝑpter quã facta eſt conceſſio ſit finita illud ſuper fluũ legati cõmutabitur in aliam fra-trum neceſſitatem iminentem de con ſenſu heredis uel ſi de eo qd ſuperfluũ eſt fratres non indigent:ut ipſe Barto. dicit auctoritate ſupioris diſtribuetur in cultum diuinũ uel ſi neceſſitas ob quã relinquitur non imminet ſed alia utputa relinquit cauſa induendi fra-tres ſed ipſi indumentis non indigent ſed calicibus & paramentis uel econ-uerſo hoc etiam caſu fiet cõmutatio: ut.l.fi.de óperibus publicis Fratres quoq; capaces ſunt legati rei mobilis uel imobilis q̃ relicta eſt ut uendatur & in neceſſitatẽ fratrum conuertatur. Et idem ſi ſine huiuſmodi cauſe ſeu modi expreſſione relinquitur: qa tunc etiam poteſt uendi & pretium in fra-trum neceſſitatibus cõuerti: & ſi quid ſupererit fiet ut ſupradictũ eſt.&c.

queſtio xix.

q Veritur.xix. An fratribus minó ribus liceat recipere annuum legatum eis relictum? Reſpõ-det idem Petrus ſiue ſit relictum a te-ſtatore ꝙ annuatim tantum quid fra-tribus detur uel de triennio in trien-nium aut biennio & huiuſmodi uel annuatim uſq; ad tantũ tempus om-nino repugnat regule & conditioni fratrum. Et ſic uidetur ſcd̃m Barto. ꝙ nullo modo ualeat tale legatum. Vn-de fratres debent a predicto legato pe nitus abſtinere:& hoc tenet dominus meus Bal. Subdit tamen Bart. de pri-mo modo:expreſſe habetur in Clemẽ-tina Exiui.§.quomodoq; annui reddi tus:omnes tamen ſtatui fratrum repu gnant quia non uiuerent ſimpliciter ſpe dei propter ſpem quam haberent in predicto legato perpetuo uel ad tẽ-pus.Ceterum ſi indirecte fratribus re-linquatur puta aliquem heredem in-ſtituo ſub conditione ꝙ aliud annuũ fratribus aut conuentui tradat: certe hoc nullo modo licet fratribus reci-pere eo ꝙ in fraudẽ fieri dicitur ut.l. Quod cõditiõibus.ff.de donatiõibus. hec Bar.& addit ſi fratri pticulariter re

ſinquatur ſcd̄m cōſtitutiones Bn̄dicti pape.xi.debet ipſe frater legatū huiuſmodi q̄ primū pōt reuelare ſuo guardiano uel cuſtodi.Et idem ſi quid fratri donaretur.Ipſe uo guardianus uel cuſtos debet:poſtea fratri eidem ſcd̄m eius qualitatē de libris uel aliis neceſſariis ꝓuidere ſi indiget:alias diſtribuetur in neceſſitatibus:conuentus ut ponit ipſe Benedictus.

q̄ſtio.xx.

q Veritur.xx.Ad quātum tēpus annuū legatum:qn̄ nō eſt ꝑpetuum intelligatur fratribus eē ꝓhibitū?Rn̄det dn̄s Petrus:ꝙ dn̄s Io. de plagatiis:qui fuit maximus legiſta & doctor Bal.de federico de ſenis conſulenti eū ſuꝑ hoc:ꝙ ſi legaretur fratribus uſqꝫ ad.io.ānos legatū uidetur ualere.ar.optimū.l.ſi preſumptione.ff.qn̄ dies.l.ce.Nō aūt ſi legatum contineret ꝑpetuitatē:ut lego domū hoſpitali ſancte Marie ut ſingulis ānis teneatur dare fratribus annua.x.& ſic ītelligebat. Clementina Exiuiqꝫ. quūqꝫ annui redditus.Bar.uero hāc ſn̄iam annnui legati uſqꝫ ad.io.ānos nō tenet:ut dictū ē ſupra.Dn̄s Federicus diſtinguit. Aut tales annui redditus ad certum uſum diuini cultus puta uinū pro ſacriſtia: frumentū ꝓ hoſtiis:oleum ꝓ lampadibus:& tunc fratrū conuentus eſt capax quia eoꝝ mēdicitas non tollitur in uictu & ueſtitu:aut tales redditus relinquntur ꝓ uictu aut ueſtitu fratrū aut indiſtincte:& tūc aut tales redditus ſe extēdunt in modicū tēpus & putarem cōuētū capacem:quum potius uideatur fingi quedā ſumma legata dilata. Nec ꝑ hoc uidetur mēdicitas tolli ſed ſubleuari.Secus aūt ſi talis redditus ad tēpus nō modicū protēderetur: qa talia inter īmobilia cōputarentur. & talem equitatem credamus de mente.§. Quum ānui redditus:alias recipe:tres denarios uſqꝫ ad duos annos:redditus annui dicerētur & inter īmobilia computarētur:quod penitus eſt abſurdum & a cōi uſu alienum: & ita concludit hic dominus Petrus.

q̄ſtio.xxi.

q Veritur.xxi.An liceat fr̄ibus recipere qd̄ relinquitur eis edificādi cā? Rn̄det dn̄s Petrus de ancha.ꝙ pōt relinqui fratribus uel qcquid in tali eoꝝ edificio expendetur uel ꝑ edificioꝝ reparatione iam factorū.Et quidē in ꝑmo caſu debet reſtringi ad moderatam quātitatem reſpectu ſtatus ipſoꝝ fratrum.In ſcd̄o uero caſu uidetur ꝙ oīs quātitas:ſit moderata quia oīs neceſſaria.ff.de here.l.Vtiles. Superflue aūt expenſe & q̄ uoluptuoſe ſunt nō includuntur ſub noīe pietatis.ff.de nego.geſt.l.Ex duobus.de facto aūt ſeruatur cōtrarium:quia qn̄ aliquid relinquitur pro edificiis totū exigitur.hec Petrus. addēs. Sed nunquid in legato qd̄ fit inſpicimus inſtātem neceſſitatē:an etiā futuram conſideramus?Dn̄s Federicus in ſuo cōſilio uidetur reſtringere ad modicū tempus. Nam ſi in perpetuū ꝓuideretur neceſſitas nō ſolum ſubleuaretur: ſed etiā excluderetur pauptas:qd̄ eſt cōtra eorum regulam:cui nunq̄ eſt obuiandū ut.l.Profeſſio.C.d̄ mu.pa.Cōcludo tn̄ ꝙ in his & ſimilibus modicus exceſſus non uitiat:quia qui parum tranſgreditur nō uituperatur.l.q̄uis.ff.de cōdi.& demon.hec Dominus Petrus.

queſtio.xxii.

q Veritur.zz.qd ſi relinquatur
fratribus ager ad colendũ uel
domus ad habitãdum?Rñdet
idem ꝙ non tenet legatum Clementi
na.Exiui.§.Ad hoc: & idem ſi qs lega-
uit palatium unũ pro fratribus mino-
ribus ut ibi conſtruatur eccleſia : q̃uis
Bar.& male.ſ.dicat ꝙ tale palatiũ uen
di ꝑt & pretium in fratrum neceſſitati
bus conuerti.Predicta oĩa a.xyii. q̃ſito
hucuſq; excerpta ſunt a lib.minoricaꝝ
dicti Petri de ancha.exceptis pauciſſi-
mis a minorica.

Continentia ſeu caſtitas que eſt ter
tium principale uotum Regule.

queſtio.xxiii.

q Veritur.xxiii.Ad quã continẽ-
tiam fratres minores obligen-
tur?Rñdet.d.ſanctus Bonauẽ
tura in.z.di.ulti.q.ulti.qđ ut habetur.
xi.cap̄.Regule non ſolũ caſtitas preci-
pitur fratribus minoribus:ſed etiam a
ſuſpectis conſortiis abſtinere mulierũ :
quod quattuor Magiſtri ſic exponunt:
ſuſpectũ conſortium dicitur non ſolũ
ex una cauſa ſed etiam ex pluribus ut
genere:actu:ex circunſtantiis loci:tp̄is:
frequẽtie:pſone:& hm̄oi.Addit auctor
conformitatũ ꝙ ſi ſubdito interdicitur
prelato : & reiterat de facto ſe reddit
ſuſpectũ.Conſtitutiones uero Martini
quti quas precipimus obſeruare:ut pa
tet in ordinationibus auctoritate apo-
ſtolica editis tp̄e Eugenii: que uolunt
ꝙ in hoc ſeruetur ſtatutum Gulielmi
Farinerii cap̄.vii.ſubdens in fine. Cir-
ca quod ſi prelati fuerint negligentes
ipſo facto ſuis officiis ſint ꝑuati.Ibi aũt
ſic habetur:fratres euidenter notati de
ſuſpectis conſortiis & colloquiis muli
eꝝ que in regula ꝓhibentur ſi admo-
niti ſufficienter ſe nón córrexerint:ſi in
offitiis fuerint abſoluantur uel ſuſpen
dantur nec niſi in capitulo ꝓuintiali ꝑ
miniſtrum reſtituantur. Si uero in offi
tiis non fuerint libris & omni actu le
gitimo priuentur.Et cui hec pena non
competit ꝓbationis caputio uel aliter
ſcđm arbitrium miniſtroꝝ puniatur.
Quicũq; frater fuerit cõſuetus a ſocio
ſuo cum mulieribus ſeq̃ſtrari de qbus
iuditio ſui ꝑlati merito poſſit oriri ſuſ
picio:ſi canonice monitus ſe nõ emen
dauerit : tãq̃ ſuſpectus de mulieribus
oĩbus offitiis ordinis & a[illegible]bus legitti-
mis ſit ꝑuatus.Et ſi taliter p[illegible]itus ite
rato duobus teſtibus fidedignis con-
uincatur de ſequeſtratiõe predicta:uel
ſi ſequeſtrationes predicte ſuſpitõnem
nem uiolentam facerent multũ: iudi-
tio prelati ſui de conſilio diſcretoꝝ: &
ꝓbentur legittime abſq; monitione ꝑ-
miſſa artetur ad ueritatem dicendã.Si
uero unus teſtis fidedignus appareat
contra eum de ſequeſtratione predicta
& alius de lapſu carnis artetur grauius
in domo diſcipline. Si uero aliqs de in
noĩabili crimine conuictus fuerit car-
ceri ꝑpetuo mancipetur ubi omni die
circa eũ igne accenſo:corpore denuda
to:diſcipliatus: panẽ & aquam quotti
die comedens defleat uitã ſuã in ama
ritudine & dolore:hec ibi.

Frater Franciſcus promittit obediẽ
tiam & reuerẽtiã dño pape Honorio.

a Vctor conformitatum dicit ꝙ
ratione huius obedientie pro-
miſſe papa ualet regulam de-
clarare:gloſare :& conſtitutiones in or
dine facere prout noſtro ſtatui uiderit
oportunum.Itaq; a fratre minore ob-
temperandum eſt mãdatis apoſtolicis

m

niſi eſſent contra fidē:igitur papa Gregorius nonus.Inno. quartus.Alex.iiii. & Nico.iii.potuerunt declarare:fratres non teneri ad obſeruantiam teſtamenti beati Franciſci.&c.dubia que ab ipſis circa regulam declarata ſunt idem afirmat frater Aluarus ubi ſupra quia ut ipſe dicit ad quem pertinet legis datio priuilegiorum & regularum:ad eū pertinet interpretatio & declaratio.xi. q.i.§.Ex his.C.de legibus.l.fi.de ſen.ex cōmunicationis cap.Inter alia.Et ſubdit Aluarus.Quāuis papa in declarando fratres non teneri ab obſeruātiam teſtamenti bonā intentionem habuiſſet tñ beato Franciſco non placuit.Nō enim credo ꝙ Almus Franciſcus teſtamentum ſuum ſpūale non carnale:nō temporale:ſed eternale:alio ſpiritu fecerit & dictauerit q̄ regulam ſuam ſanctam.Sed utroqꝫ ſpiritu dei uiui conſignauit.Nec etiam cum teſtamentum fecit erat minus perfectus: ſed magis cum quottidie creſceret de uirtute in uirtutem & magis illuminatus & ſpiritu ſancto plenus prope finem uite ſue quādo teſtamentum fecit ſiue ſcripſit q̄ quando regulam quā poſt cūuerſionem ſuā edidit.hec Aluarus.

Si qui uoluerint.& infra.Mittāt eos ad ſuos miniſtros prouintiales.

queſtio.xxiiii.

q Veritur.xxiiii. An ſoli miniſtri poſſint ad ordinem recipe fugiētes a ſeculo? Rñdet Auctor conformitatum ꝙ ſic:ſecundum regulam.Sed priuilegio Gregorii noni qđ incipit.Gratulātibus uobis in ſola cruce.&c.& Inno.tertii & Nico.qnti.Miniſtri poſſunt hoc aliis diſcretis fratribus cōmittere.Atamen Vicarii: Miſtri uel prouintie hoc non poſſunt ex officio uicarie:hoc uerum eſſet:niſi p Eugenium quartum.& Galixtum tertium relapſo iam ordine fratrum minorum datum fuiſſet priuilegium in hoc & in quātum pluribus aliis familie ipſius ordinis quam chriſtus ipſe diebus iſtis nouiſſimis ſuſcitauit ut adimpleretur uiſio illa quam habuit frater Io.đ parma:qua ſibi uidbatur: ꝙ arbor illa pulcherrima in qua totus ordo minorum continebatur ob maximam uentorum turbinem radicitus euelleretur:ſed poſtea per gratiam chriſti pulchrior q̄ primo fuerit ſuſcitaretur atqꝫ magis ſuccreſceret.

Miniſtri uero examinent eos de fide catholica & de eccleſiaſticis ſacramentis.

queſtio.xxv.

q Veritur.xxv.Vtrum hoc ſit preceptū? Quattuor Magiſtri dicunt determinandum eſſe a ſede apoſtolica. Sed Bonauētura in ſua declaratione dicit:hoc pro illis dicitur partibus ubi contingit aliquando hereticos inueniri. Ad fidem autem catholicam pertinent omnia que ipſi fidei ſubſequuntur. Martinus quintus dicit.Venientes ad ordinem diligenter examinentur de fide catholica:& de eccleſiaſticis ſacramentis ut in regula cōtinetur.Ita ꝙ ſint fideles catholici & de nullo errore ſuſpecti: matrimōio non ligati per copulam carnalem:corpore ſani:animo prompti:legittime nati:debitis expediti:cōditione liberi: nulla uulgari infamia notati:competēter litterati:uel ad alios labores fratribus honeſtos & utiles apti.Aut talis conditionis exiſtentes:ꝙ eorum receptio cle

rò & populo non modicam edificatio nem conferat.

Caueant fratres ne ſolliciti ſint de rebus ſuis temporalibus.

queſtio.xxvi.

q Veritur.xxvi. An fratres poſſit aliquid recipere per modum elemoſyne de bonis uolētium īgredi religionem? Rūdet Clemens in Clemētia Exiui .§. Cetorum ꝙ ſic. Cō ſideratis eorum neceſſitatibus: ita tamen ꝙ ex notabili quātitate non preſumatur contra eos ſiniſter oculus & uolentes ingredi ex ſe: & non ex fratrū inductiōe quibus nullatenus: licet ad hoc moueantur: hec Clemens. Addūt quattuor Magiſtri: uiſum eſt fratribus ex hoc regulam interdixiſſe ſollicitudinem & cōſilium omnino. Miniſtris uero interdictam ſollicitudinem & conſilium diſtributionis rerum: ſed nō conſilium eligendi perſonam timentē deū per cuius conſilium bona ingredientis pauperibus erogentur: uidetur etiā prohibuiſſe miniſtris ac fratribus conſilium quo libertas uenientium ad ordinē i diſpoſitione reꝝ ſuarum poſſet aliquatēus impediri. Vnde dicitur. Vt libere faciant de rebus ſuis. &c. ꝗꝗ Auctor conformitatum adducat hic exēplum beati Franciſci qui repulit quendam i Marchia uolentem ingredi ordinem: quia ſua non pauperibus: ſed parentibus dederat. Quod ſi facere nō potuerint. Auctor conformitatum utpote propter diſtantiam loci: uel quia littigiis inuoluta: uel quia in poteſtate alterius: & ſic de ſimilibus dicit beatus Franciſcus. Sufficit eis bona uolūtas. ſ. ſi libenter facerent ſi eis adeſſet facultas.

queſtio.xxvii.

q Veritur.xxvii. Quis ingredi ualeat religionē ut ſit nouitius? Dic ſecundum iura ꝙ is qui habet.xiiii. annum completum: quia ſi ante ingrediatur pt extrahi a parentibus uel tutore.20.q.2.capitulo Puella unde & conſtitutiones Martini quinti in ſecundo capitulo prohibent aliquem recipi niſi.xiiii. annum compleuerit. Sed ordinatiōes auctoritate apoſtolica Eugenii q̄rti edite. M.ccccxlvii. dicunt nullum in familia recipiēdum: niſi.xviii. annum attigerit.

queſtio.xxviii.

q Veritur.xxviii. Si ueniente perſona ualde utili ut ad religionem recipiatur & miniſter haberi non poſſit: liceat fratribus dare habitum illi ſeu imponere non tamen intentōne recipiendi eum qui forſitan non uellet expectare aduentum miniſtri ut fratres exiſtimant? Reſpondent quattuor Magiſtri ꝙ hoc facere nō eſt contra conſcientiam: ſed non facere melius eſſet ad euitandum tranſgreſſionem regule: que ut preceptum ponit ut nulli liceat niſi miniſtris recipere fratres ad ordinem: niſi miniſtri ſecundum priuilegium ordini conceſſum alicui diſcreto fratri demandarēt.

Poſtea concedant eis pannos probationis. &c.

queſtio.xxix.

q Veritur.xxix. An ingrediens religionem fratrum minorum condito iam teſtamento & bonis pauperibus erogatis: aut in heredes uł legatarios trāſlatis ſit tacite

pfeſſus? Rñdet Monaldus in ſumma: q licet p talia ſigna religionem ingrediens tacite ſit pfeſſus in aliis religionibus: ut in.c.Statuimus.extra de reg. & plene habetur per doctores in.c.Beneficium eo.ti.lib.vi.tamen in religione fratrũ minorum: que noua decretalis ẽ cõdita fuit poſt illas decretales ut ĩ.ii.c. eiuſdẽ regule dicitur: q uenĩẽtibꝰ ad recipiẽdum uitam iſtam ſeu religionem miniſtri dicant eis uerbum ſancti euangelii: q uadant & uẽdant omnia bona ſua: & ea ſtudeãt paupibus erogare: & infra ſubditur. Poſtea cõcedãt eis pannos probationis. Ex quo patet expreſſe q erogatis iam bonis annus probationis conceditur: q certe fruſtra concederetur niſi infra eum annũ poſſent ad ſeculum remeare. Et q regula ipſa ſit noua decretalis patet ex priuilegio eius tali. Honorius Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. &c. & in fine. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã. &c. Ceteꝝ per alia ſigna ut qa ſciẽter profeſſoꝝ habitum ingrediens recipit uel quia infra annũ probationis ſciẽter & uoluntarie per triduũ defert illum: uel aperte proteſtatur omnino ſe uelle uitam mutare dum ingreditur uel quia poſt emiſſum uotum religionis eiuſdem habitum etiã nouitioꝝ ſuſcipit. Dic q ſic uniuerſalit quo ad omnem religionem & fratrum minoꝝ ut uolunt doctores & ponit Ioã.an. in.c. Conſtitutione. & in.c.Statuimus.extra eo. Item is q moratur in religiõe ultra annũ tacite pfeſſus preſumitur ut in dicto.c.Ex parte in tex. & glo. extra eo. Et hec proteſtatio ut dicit Antonius de butrio in ca.Si quis extra eo. intelligitur q ipſe ingrediens dicat q per lapſum anni in religione nõ intendit ſe obligare religioni nihil dicendo de lapſu anni ſcdm Hoſtieñ. tamen Henricus de gandauo in quolibetis dicit q ſtans in religione ultra annũ ſine proteſtatione: eo q iuris ignarus neſcit ſe per hoc obligari: & ideo eam nõ facit & ſi ſciuiſſet feciſſet quia non habebat animum ſtandi in religione in foro cõſcientie in ueritate profeſſus nõ eſt cũ impoſſibile ſit uotum aliqd eſſe apud deum: ubi nõ eſt animus & intentio ſe obligandi quod eſt ſpeciale in uoto: q̃uis eccleſia eo q de occultis cordis nõ iudicat talem compelleret. Et per hoc dicunt aliqui q ſcdm theologos propoſitum perſeuerãdi cum ſuſceptione habitus religionis nõ ſolẽnizat uotum q̃uis Innocẽtius. Gonfre. Io.an. & alii canoniſte per capitulũ Conſuluit. extra de regu. cõtradicãt. Nam ut predicti dicũt ppoſitum perſeuerãdi differt a uoto: quia nõ ſicut uotum dicit firmã intẽtionem ſe obligandi uoto. Et ut dicit Glo.in.c.Litteraturã extra de uoto. Nemo ſe obligat: niſi qui habet animum ſe obligãdi. ſ. per uotum. Et ſic dicunt intelligi dictũ.c.Conſulti ibi ppoſitũ.i. firmam intentionem ſe obligãdi. Addit Io.an.in.c.i.eo.ti.lib.vi. Quod quãtũcũq ipubes in monaſterio ſteterit totus.xv.annus etatis ſue eſt ſibi annus probationis: ita q infra nõ eſt obligatus religioni etiã in genere ut in dicto .c.pmo. Cum quo & Petrus de ancha. ibidẽ. Si qs uero uouerit caſtitatẽ nõ tñ ſeruare illã in aliqua religione approbata ſed ſimpliciter q̃uis poſtea ſũmat habitum religionis nõ ppterea uotum ſolẽnizatur: ut dicit Antonius de butrio in.c.Veniens.extra qui cle.uel uo.

Et Vbertinus ſupra predicta. Poſtea cō cedant eis pannos probationis: uidelicet duas tunicas: unam cum caputio & aliam ſine caputio. dicit. Notādum quomodo regula uult ſtricte & arcte: uti alienis bonis quū de propriis nouitiis non concedat niſi predicta: imo ſupponit omnia paupibus errogāda.

Niſi eis aliud ſcđum deū aliquando uideatur.

questio. xxx.

q Veritur. xxx. An ſi uolens ingredi religionem petat a fratrib sibi dari habitum profeſſorū ſit ei dandus? Rñdet Auctor conformitatum ꝙ facta ſibi prius declaratione de obligatione huiuſmodi habitus debet ei dari. Et hoc uel pro honeſtate ordinis uel utilitate & conditione recepti & tunc dicit regula. Non ſecūdum propriā uoluntatem debet dari habitus ꝓfeſſorum ſed ſcđm deum. Et nota ꝙ hoc caſu & in alio qñ nouitius ſiue ingrediens appet ꝙ expreſſe uult uitam mutare: ſi infra annum ꝓbationis ab ordine diſceſſerit. Clemens qntus in priuilegio qđ incipit. Ex pte dilectorum filioꝝ. Mandat oībus epīs: archiepīs: per italiam conſtitutis ut monitione premiſſa per cēſuram eccleſiaſticam cogant huiuſmodi uel ad ordinem redire uel ad alium ſe transferre omni appellatione poſtpoſita. hec ille.

queſtio. xxxi.

q Veritur. xxxi. An uolētes ingredi religionem fratꝝ minorum poſſint abſolui a ſententiis excōicatiōis: ſuſpenſionis: interdicti: a iure uel ab homine generaliter ꝓmulgatis & in irregularitatibus diſpēſari. Rñdeo ꝙ ſic: a miniſtro generali uel prouintiali uel a cuſtodibus uel predictorum uicariis obſeruata forma canonica & ꝙ ſatiſſaciant ſi propter aliquod debitū huiuſmodi ſententiis ſunt aſtricti. Sed niſi mox predicti abſoluti ordinem intrent: in eiſdem cēſuris relabuntur etiam ſi ſuper hoc a ꝑlatis ordinis inducie concederentur. Qui & caute prouideant ut apoſtolice ſedis legatorum eius & ordinariorum locorum in abſolutionibus huiuſmodi ſcādalum euitetur. Ceterum a predictis cenſuris etiam ualeant abſolui ingreſſi poſt aſſūptum habitum hec habentur in. Mari magno. Eugenii quarti. Bonifatii. Alexandri. Clementis. & Honorii.

Finito anno probationis recipiātur ad obedientiam.

queſtio. xxxii.

q Veritur. xxxii. Quis poſſit ad ꝓfeſſionem recipere? Reſpondēt quattuor Magiſtri ꝙ ſolum miniſtri quia quū receptio ad ordinem cunctis inferioribus prohibeant multo magis receptio ad profeſſionem quū ſit quid maius. Idem cōfirmat Auctor conformitatum addens ꝙ ſecundum declarationes eſt ꝙ aliis a prefatis poſſit committi. Sed completo anno eodē & hora pōt nouitius profiteri. Ceterū ſi quis prelatus aut frater infra hunc probationis annum aliquem ad profeſſionem reciperet. Primo peccat mortaliter quia contra preceptum domini pape facit. Scđo debet a fratribus puniri illa pena que pro grauioribus culpis ſolet infligi. Tertio talis receptio non ualet: ut nouitius ſit obligatus religioni fratrum minorum quis aliis in genere. Et recipiēs ſuſpenſus ē a receptione cuiuſcūq; ad profeſſio-

nem capitulo Nõ ſolum. & cap. Conſti tutionem de regu. lib. vi. Verba uero ꝑfitentis ſunt hec. Ego frater. A. uoueo & ꝓmitto Deo oĩpotẽ. & bea. Marie ſp uirgini: beato Fran. & oĩbus ſanctis & tibi patri toto tempore uite mee ſeruare regulam fratrum minoꝝ per dñm papam Honorium confirmatã uiuendo in obedientia: ſine ꝓprio: & in caſtitate. Et q eum recipit ad ꝓfeſſionem ex parte dei dicat ei. Et ſi hec obſerua ueris promitto tibi uitam eternã. Sed an hec uerba obligent ad oĩa que continentur in regula ut ad precepta uide ſupra in queſito. z. Et qui recipit eum ad profeſſionem teneat manus facientis profeſſionem intra manus ſuas genuflexo ſine caputio & mente & fatie ad deũ eleuata & hec fiant corã fratribus. Prius tñ inqri debet ſi uult plus de tempore ad probandum ordinis rigiditates & ſi ſic tempus illi cõceſſum nõ preiudicat quin poſſit redire ad ſeculum poſt annum infra tempus ſibi prefixum.

Et nullo modo licebit eis de iſta religione exire.

queſtio. xxxiii.

q Veritur. xxxiij. An frater minor poſſit ſubtrahi de obedientia ſuoꝝ ꝓlatoꝝ per aliquẽ eccleſie prelatum? Rñdet Auctor conformitatum ꝙ non niſi eſſet cardinalis de latere uel prelatus inferior qui propter negotia eccleſie haueret in idulto a ſede apoſtolica de hoc & de noſtro ordine expreſſam intentionẽ ꝙ poſſet. Prelati quoq eccleſie debẽt uitare apoſtatas noſtri ordinis & illos excõicatos denuntiare quando a fratribus requiruntur. priuilegio. Gregorii. no. Inno. qrti. Alexandri quarti. qđ incipit. Fratrũ minorum. Et Eugenius quar. in ſuo Marimagno dicit: ꝙ generalis miniſter & prouintiales poſſint diſcedentes ab ordine ſine licentia excõicatos promulgare imo capere: ligare: & incarcerare: ac etiam ſi opus fuerit iuocato ad hoc brachio ſeculari i quocũq habitu iuẽti fuerit: qn etiam miniſtri & cuſtodes & eorum uicarii infra fines ſuarum ꝓuintiarum & cuſtodiarũ premiſſa monitione pñt excõicare expulſos ab ordine propter eorum culpas uel ẽt ſponte egreſſos: ſi contra uolũatem ſuam audeant predicare uel confeſſiones audire. hec ibi. Et ex Alexandri. iiii. priuilegio quod incipit. Cum ſicut ex parte eccleſie: prelati ſi requiſiti fuerint a fratribus debent excõicare retinẽtes apoſtatas noſtri ordinis. Nec fratres predicatores recipere poſſunt obligatos noſtro ordini. ex priuilegio Inno. quarti. quod incipit. Quos in chriſto. Nec alii religioſi nec heremite ſine licentia poſſunt retinere apoſtatas noſtri ordinis & oppoſitũ facientes ipſo facto ſũt excõicati: nec poſſunt abſolui niſi per ſedem apoſtolicam. ex priuilegio Alexã. quarti. quod incipit Veſtram & ueſtrorum ordinis. & ex alio priuilegio quod incipit. In grauem ordini ueſtro: capi poſſunt apoſtate noſtri ordinis etiam licentiã habentes a papa ſi infra duos menſes aliam religionem non intrauerint uel habitũ ſumpſerint regularem Idem in Marimagno Eugenii quarti. ubi dicitur ꝙ predicti licentiati etiam a prelatis ordinis ad intrandum aliam religionem ne dum a miniſtro generali & prouintialibus: ſed ab eoꝝ uices gerentibus capi poſſint. Et hoc etiam

ſi poſt ſuſceptionem habitus alterius religionis infra tempus ꝓbationis nulla profeſſione facta inde preſumpſerint reſilire. de hoc require infra in littera A & B.

Qui iam promiſſerunt obedientiã habeant unam tunicam. &c.

queſtio. xxxiiii.

q Veritur. xxxiiii. An hoc ſit preceptũ regule? Rñdet Clemens ꝙ ſic quia equipollet preceptiſ ita ꝙ non licet uti pluribus tunicis niſi in neceſſitatibus que poſſũt haberi ex regula. Et Nico. in ſua declaratione dicit ꝙ fratres poſſunt uti pluribus de licentia miniſtrorum & cuſtodum qui cum eis uidebitur penſatis neceſſitatibus & aliis circunſtantiis: que ſecundum regulam attendende ſunt diſpenſare poſſint: hoc inquit patet ex regula dicente de fratribus induendis Miniſtri & cuſtodes ſollicitam curam gerãt ſcđm loca & tempora & frigidas regiones. quattuor Magiſtri dicunt ꝙ non plures habere regularis eſt forme: habere uero plures duabus diſpenſationis ẽ regule: auctoritate illoꝝ qbꝰ cura fratrum cõmiſſa eſt.

Et qui neceſſitate coguntur poſſint portare calciamenta.

queſtio. xxxv.

q Veritur. xxxv. Ob quã neceſſitatem ſecundum regulam liceat calciamenta portare? Reſpondent quattuor Magiſtri ꝙ hec neceſſitas poteſt eſſe pluribus modis: ut ſi perſona ſit debilis uel infirma: uel ſi ſit tempus uehementis frigoris: uel ratione loci quia ibi non poſſit ſine detrimento tranſiri: aliquando ſecũdum iter & iniunctum offitium quod non poteſt ſine detrimento pſone uel cauſe propter quã iniunctum eſt perficere. idem dicit Auctor conformitatum addens. Sed attende ꝙ in prefatis non quelibet predictarum neceſſitatum debet ſtatim pro cauſa neceſſitatis iudicari ſed frater debet experiri pluries anteq̃ calciamenta ſic ſummat. Ratio qa dicit Clemens in ſua declaratione de non portandis calciamentis ꝙ hoc eq pollet precepto. Per calciamenta autem intelligitur coopertorium de corio quo cooperitur pes: unde calige ſane nec truncate: nec ſolee proprie inter calciamenta deputari uidentur. Ita dicit frater Vgo cum prefatis quattuor Magiſtris. hec ille. Et hic dicit Petrus Ioan. Coguntur. quaſi ſecundum ſententiam priorum noſtrorum patrũ fututum diſcrimen nundum imminẽs Non uocatur hec neceſſitaſ cogens: debet enim eſſe urgẽs. hec ille. Cum quo Vbertinus pariter dicit. Non quelibet neceſſitass diſpenſat in calciamentis portandis: ſed illa ſola que cogit: que ex diuerſis cauſis poteſt contingere. Nec communis afflictio frigoris pedũ uel ſuperfluus timor ne ex pedum nuditate infirmitatem incurrat ſignis nõ apparentibus de propinquo. hec Vbertinus.

queſtio. xxxvi.

q Veritur. xxxvi. Qua licentia fratres propter neceſſitatem uti poſſent calciamentis? Reſpondet Martinus quintus ꝙ in hoc ſeruetur cap. z. ſtatutorum Gulielmi

Fatinerii· ubi ſic habetur. Ordinat generalis miniſter de conſenſu capi- tuli generalis & precipit q nullus fra- ter portet calciamenta ſine urgenti & manifeſta neceſſitate:de Miniſtri pro- uincialis licētia ſpeciali quā licentiā in eius abſentia cuſtos uel guardianus aut Vicarii eorūdē dare poſſint cū con ſilio fratrū diſcretoꝝ.Ad qđ conſilium tribuēdum teneātur diſcreti cum fue- rint requiſiti.Et qui cōtrafecerint infra octo dies per unā diem naturalem p obediētiam nō bibant niſi aquā & ab omni cocto abſtineant preter panē.Et habeātur calciamēta pro celebrandis miſſis in cōi quibus frēs occaſione ce- lebrādi uel miniſtrādi & nō alias cal- cientur.hec ibi.

Et frēs omnes ueſtimētis uilibus in duantur. queſtio.xxxvii.

q Veritur.xxxvii.Vtrum ſit prece ptū regule portare uilia ueſti- menta?Rñdet Clemēs in ſua declaratione q ſic & hec uilitas attēdi debet ſcđm cōditiones patrie quātum ad colorē & ꝑtii uilitatem:ita q merito poſſit uilis pannus reputari q miſtro- rū:cuſtodū:& guardianoꝝ iudicio re- linqtur.Idem dicit Martinus.v. in ſuis cōſtitutionibus addēs q in ueſtimen- tis fratrū reluceat paupertas & aſperi- tas:nō tñ adeo ut uidētes inducant ad horrorem uel ad deriſum ꝓuocent.De hoc uero Vbertinus ſuper uerbis.Poſ ſint repeciare de ſaccis dicit.Ita q uelle uidetur q inter pānum quo frēs debēt indui & uilitatem ſacci ſit uicina con- formitas. Et ſic ſeruauit Pater noſter Btūs Franciſcus & ſotii ſui ut apparet in uilitate tunicaꝝ ſuaꝝ qui portabāt habitus exterius repeciatos de ſaccis ſi cut aliqui ex nobis eos portātes oculis cōſpexerunt.Ceteꝝ ſicut in uilitate ue ſtium ſic etiā in ꝑcitate ciboꝝ & auſte ritate debēt eſſe a delitioſitate hoīum elongati.Sed ſepe multū in hoc offen- ditur a fratribus q pitantias ꝓcurant fieri a ſecularibus maxime in capitulis gñalibus & ꝓuincialibus & in aliis cō uiuiis nimis lautis.hec Vbertinus.Ad- dit auctor cōformitatum q btūs Fran. aſſerebat ſignū extincti ſpūs qñ fratres multiplicibus & mollibus induerētur & cōtra eos diabolum ad tēptandū ue hemētius animari.Subiuſert btūs Frā. ſi cōtigat tunicas lacerare qđ faciēdū? nō debet inquit ſtatim nouam prepa- rari uel ꝓcurari ſed ipſa antiqua repe- ciari de ſaccis ut ipſe faciebat.Sed ſi be atus Frā.a fratribus molles interdicit tunicas multofortius & delicatis cibis puti:quia facilius inclinatur ad pecca tum homo ciboꝝ mollium ſumptiōe nimia:q̄ ueſtium.Hec ille.Petrus Io.di cit Hec uilitas coloris & ꝑtii ē extiman da iuxta poſſibilitatē regionum ſcđm proportionem altiſſime ſeu euāgelice pauptatis & humilitatis regule huius ſancte. Neq deſpiciant neq iudicent quos.&c.uult ex his intelligi q fratres a delitiis ueſtium:ciboꝝ:& potuū:ſint euidentiſſime elongati.Hec ille.

Clerici faciāt diuinū offitium ſcđm ordinem ſancte romane eccleſie. Capitulū.iii.regule. q̄ſtio.xxxviii.

q Veritur.xxxviii.Vtrum hoc ſit ꝓceptū q fratres diuinū offitiū faciant ſcđm romanā eccleſiā? Rñdet Clemēs in declaratione ſua: q ſic qa equipollet precepto. Diuinū ue ro offitium hic ſcđm quattuor Magi- ſtros intelligitur quo ad offitiū breuia-

rii & miſſalis ſcđm romanā curiam. & addunt. Cum clerici teneātur ad faciē dum diuinū offitium ſcđm ordinē romane eccleſie mutatio offitii ter facta multū nos grauat: nec per priuilegium ĩpetratū ab hac obligatiōe regule ſunt ſecuri fratres: niſi de offitio mutato qđ fiat ſcđm ordinē romane eccleſie cōſti terit euidenter. Ad hoc etiā Auctor cōformitatū dicit: fratres celebrātes alias feſtiuitates ab his que ſunt in kalendario aut de qbus nō dicit rubrica breuiarii peccant grauiter. Nec frēs pro quacūqȝ infirmitate pñt eximi a ſolutione diuini offitii cum hoc ſit eis in ꝓceptū. Ceterum ſi dñs papa faceret de uno feſto qđ nō eſſet in kalēdario uel ſcđm rubricam breuiarii frēs de illo facere nō tenentur: niſi ipſe mādaret. hec ille. Petrus Io. addit. Si clerici non poſſunt habere breuiariū ſcđm morem Romane eccleſie tenētur dicere aliud ſi interim alterius breuiarii ſeu libri poſſint habere copiam.

queſtiō. xxxix.

q Veritur. xxxix. An frēs debeant aut teneātur dicere offitiū in eccleſia ſeu in choro? Rñ. de hoc dicit Martinus qntus in cōſtitutionibus. c. iii. Fratres quos ratiōabilis cā nō excuſat ante horarum principia ad choꝝ cōueniant preparaturi dño corda ſua. hec Martinus. q per ꝓdicta non uidetur hoc ꝓcipere. Ceteꝝ in Cle. prima de cele. miſ. dicitur ꝙ ad choꝝ conueniētes & frequenter ante horaꝝ finē choꝝ exeūtes debent p cēſuram coherceri. Vbi Paulus de eleazariis dicit. Cū cenſura ſeu excōicatio nō feratur niſi ꝓ mortali. xi. q. iii. c. Nemo. Videtur ꝙ negligētes ĩ hoc mortaliter peccēt: qđ uerum eſt ſi eſt malitioſa negligentia. Secus ſi leuis uel leuiſſima. hec Paulus. Addit Auctor cōformitatum. Sicut fratres tenentur ad ordinarium diuini offitii ſic & quo ad cantū: quia cū cantus fractus nō ſit p ordinarium eccleſie ordinatus fratres tales cantus exercentes peccant.

queſtio. xl.

q Veritur. xl. An frēs ꝓpter infirmitatē diuinū offitium nō perſoluētes teneātur reſtituti ſanitati reficere illud? Rñdet Io. an. ſcđm Hoſtiē. i. c ꝓmo. De cele. miſ. ꝙ non ſi tanta fuit infirmitas ut ex toto impediat laborantem. Ad hoc extra de cle. nō reſi. Ad audiētiā. Et Paulus de eleazariis in Cle. ꝓma de cele. miſ. dicit Si talis infirmitas directe uel occaſionabiliter: ſibi obeſſet uel timeretur nō teneretur dicere nec celebrationi intereſſe diuinoꝝ quia infirmis nō eſt lex ĩpoſita nec poſt cōualeſcentiā tenetur redire ſed pnīa eſt imponenda de peccato ōmiſſionis: ſcđm Inno. qui hoc notat in ca. Dolentes extra eo. Sed Aluarus dicit ꝙ hoc nō eſt uerum quia ſi nō tenetur dicere: ergo nō peccat in ōmittēdo. Sed Inno. nō intendit de ōmiſſione excuſabili quia nō eſt peccatū ōmiſſionis. Addit Hēricus de gan. in ſuō quolibeto. Si frater non interfuerit ex cauſa legitima principio uel fini horarum non oportet ꝙ a capite reincipiat uel finem perficiat niſi multum proceſſiſſet uel multum finis offitii reſtaret. Et non tenetur reficere lectionem ex neceſſitate pretermiſſam. Et hoc etiam ꝓpter uinculum charitatis ratiōe cuius id qđ fit ab aliis qui ſunt unū corpus cū eo ab eo reputatur factū hec Hen-

ricus Durādus quoq lib.ii.parte.ii. dicit Clerici tenentur deuote dicere offitium.i.deuotionem nō expellēdam p ſincopā uel confabulationem & alia que ſunt deuotiōis expulſiua:ut.c. Dolentes. de cele. miſ. deuote & attente quātum eis dominus dederit.hec durandus.

queſtiō.xli.

Veritur.xli.An clerici teneantur dicere proprium offitium ſi ipſi interſint offitio aliorū? Rñ.q non ut ex priuilegio Innoc.iiii. quod icipit.Pro ueſtro collegio patet. Sed etiā tempore interdicti generalis fratres habent ex priuilegio Gregorii ix.qđ incipit.Deuotionis ueſtre Inno. iiii.quod incipit. Eis qui ſanandis: & Nico.iiii.qđ incipit.Meritis ueſtre religionis.qđ interdictis excluſis & excōmunicatis poſſunt ianuis clauſis non pulſatis cāpanis ſubmiſſa uoce in eccleſiis propriis celebrare diuina. hoc idem cōcedit Eugenius.iiii.in ſuo Marimagno addens:dūmodo cauſam nō dederitis interdicti nec cōtingat id uobis ſpecialiter interdici. Et nota ſcđm Antonium de butrio in.c.Quod in te. extra de peni.q tempore interdicti ita ſubmiſſa uoce diuina celebrari offitia debent q murmur uocis extra eccleſiā non audiant.addit Nico.q nō ſolum fratres diuinum offitium & miſſas celebrare poſſunt:ſed etiam tēporibuſ cōſuetis iuxta morem ordinis ſacre communiōis & extreme unctiōis ſacramēta recipere.Additq Eugenius ubi ſupra his uero qui in ueſtris morantur obſequiis cūcta libere miniſtrare poſſitis eccleſiaſtica ſacramēta & ipſos cū decederit interdicti tēpore in ueſtris cimiteriis ſepelire.Puerique ueſtris ſeruitiis deputati negotiorumq ueſtrorum procuratores & operarii qui in ueſtris locis eorum operibus continue inſtiterint huiuſmodi ſentētiis obnoxii minime habeantur:ibiq poſſint audire diuina niſi interdicto cauſam dederint uel interdici aut excōmunicari ſpecialiter contingat.hec ibi.

Ex quo habere poterunt breuiaria.

queſtio.xlii.

Veritur.xlii.An fratres poſſint ex profeſſione habere uſum rerū & librorum?Reſpondet Nico.iii.in ſua declaratione q ſic:qa beatus Franci.uſum rerum nō uetauit fratres habere.Inno.uoluit q libri haberētur ad uſum in cōmuni & nō in ſpeciali prout dicebat frater Leo fuiſſe de intentōne beati Frāciſci.Idem auctor cōformitatum in.iii.capitulo regule. Require infra littera C

Layci uero dicāt.xxiiii.pater noſter.

queſtio.xliii.

Veritur.xliii.Quare btūs Franciſcus tam breue offitium dedit laycis in ordine noſtro?Reſpondet Auctor cōformatum q non ſine cauſa utpote ſeruitiis clericorū deputatis.Vnde & in declaratione ſua dicit.Tales & ſi non uacent ſtudio & diuinis offitiis dūmodo ſeruitiis īhereāt aliorum cum ipſis ſeruiunt ſuſtentari merentur.Iſtis autem laycis ſpecialiter indicitur ut orent pro defunctis: quia tam in offitio diurno.i.miſſali q̄ nocturno ſemper oratur pro defunctis a clericis:ſed nō ſic in offitio laycorum.

Et ieiunent a feſto omnium ſanctorum uſqȝ ad natiuitatē domini.

queſtio.xliiii.

Q Veritur.xliiii. Vtrum hoc ſit ꝑceptum regule? Reſpōdet Clemēs in ſua declaratione ꝙ ſic: & ꝙ nec minus tenētur ad omnia alia ieiunia ad que alii chriſtiani tenentur. Dicūt quattuor Magiſtri ꝙ ieiunia ad que tenemur ex precepto regule debēt fieri in cibis qbus tunc utuntur homines eiuſdē regionis maxime religioſi. Tamen ſtatuta Guilelmi dicūt ꝙ omnia noſtra ieiunia fiant in cibis quadrageſimalibus. De quadrageſima a ueto epiphanie dicit Auctor conformitatum: ꝙ cum illa ponatur in regula exhortatiue poteſt dimitti illa ſine omni culpa. Tamen frater minor ſemper debet eſſe ſollicitus ad obſeruādum que promiſit cum pro talium obſeruantia ſibi uita promittatur eterna. Sed an ipſam quadrageſimā poſſit iniungi ſubdito a prelato ꝙ ieiunet uidetur ꝙ nō per illud quod ſupra de obedientia in qnto queſito in ꝑncipio dicitur: ſcd̄m Alexādrum lombardum. Tamen ubi ſubditus ſine cauſa rationabili ut debilitatis huic precepto prelati reluctaret aliis maxime ieiunantibus oſtenderet ꝙ tepediſſime uoluntatis eſſet ut bene ageret. Sequitur. Fratres tempore manifeſte neceſſitatis non teneantur ieiunio corporali. Manifeſta neceſſitas ſcd̄m quattuor Magiſtros hic intelligitur aliquādo ratione etatis: aliquādo ratione infirmitatis uel debilitatis aliquando ratione laboris: aliquando ratione defectus ſuſtentationis ſeu uictus ſcd̄m auctorem conformitatum qui idem dicēs addit. Quādo ergo neceſſitas eſt manifeſta tunc non tenentur fratres ad ieiunium corporale. Et nota ꝙ q̄uis homo alias non teneatur ieiunare: niſi cum habuerit uigeſimūprimum annum: non tamen ſic eſt obſeruandum in ordine ratione uoti & regule promiſſe. hec ille. Addens. Hec ſunt uirtutes quibus fulgere debēt fratres minores. Primo quia dn̄t eē mites .ſ. nō reſiſtēdo īprobitatibꝫ. Scd̄o pacifici: alios nullatenus īpediēdo. Tertio modeſti .ſ. in uerbis & factis. Quarto manſueti: motus iraſcibiles refrenādo. Quinto humiles: propriam excellentiā contēnendo & declinando & ſibiipſis uileſcendo. Sexto honeſti .i. non turpia aut ſtultiloquia proferendo. Loquentes omnibus ſicut decet: uidelicet cuilibet ſtatui que ſunt debita proponendo: quia fabulas deuitare & ſermonē ſale condire debent ſapientie diuine.

Non debeant equitare fratres niſi manifeſta neceſſitate cogantur.

queſtio.xlv.

Q Veritur.xlv. Qualiter ad hoc preceptum non equitandi intelligantur fratres obligari? Reſpondet Martinus quintus in ſuis conſtitutionibus. Intelligitur ſcd̄m dominū ſanctū Bonauēturā in ſua declaratione ſuper hoc paſſu: ꝙ fratres non debeāt eqtare: nec bigare: nec quadrigare: niſi manifeſta neceſſitate .ſ. plixi uel īpediti itineris uel negotii urgētis

uel infirmitatis cogentis.Ibi Petrus Io. addit.Nota ꝙ pro quibuſcūqꝫ negotiis noſtro ſtatui non bene conſonis nulla eſt nobis equitandi neceſſitas imo potius fugiendi.Dicant pax huic domui: hoc dicitur per modum inſtructionis & non precepti. Et quod ſequitur. De omnibus cibis qui apponuntur eis liceat manducare: dicitur per modum conceſſionis ut dicit Auctor conformitatum:require in littera D

Precipio firmiter fratribus uniuerſis ut nullo modo denarios uel pecuniam recipiant.

queſtio.xlvi.

Veritur.xlvi.Que differētia eſt inter denarios & pecuniā?Reſpondent quattuor Magiſtri Denarii ſunt pecunia numerata. Pecunia autem dicitur omnis res qua ſolēt homiēs quū opportunum fuerit ad ꝑtium rerū emēdarum:ſicut ante uſum nūmorum homines utebantur ſcđm Pe.Io.auro & argento. Et quod tale ſit quo pro denario ad pretium reꝝ emēdarum uterentur in pn̄ti capitulo quarūdam reꝝ que noīe denarioꝝ & pecunie deſignantur:ideo uſus & ꝓprietas ꝓhibetur.Sed ſcđm iura eſt qcqd appciatur nūerata pecunia ad hoc ut alid ematur.Nam ꝓprie quod emitur ꝑtio numerate pecunie emitur. Si aūt ſpēs alicuius rei per ſpēm alicuius rei.i.alterius rei detur cōmutatio eſt non emptio que proprie non contrahitur niſi pecunia mediante:uidetur ergo hic ꝓhiberi receptio denarioꝝ & quarūlibet rerū que accipiūtur ad pretiū reꝝ emēdarum.hec illi.Scđm Pe.Io.ſi pretium rei taxetur:& quaſi ꝓ numerata pecūia pro re alia detur emptio erit. Et ſic hic intelligitur pecunia ꝓhiberi ſcđm eꝯ allegantē quattuor Magiſtros ſic tenere qui etiam circa hoc capitulum ſic dicunt:uidetur penſatis hincinde ſententiis regule:ꝙ ſolum exigente neceſſitate poſſunt ſibi fratres in poſteꝝ ꝓuidere:ſic tñ ꝙ nec diuturnitate:nec rerum quātitate:uel qualitate: in prouiſione quā faciūt in rebus ſibi neceſſariis forma paupertatis excedatur.hec illi.Qui etiam dicūt quid ſit pecunia.Dicit cōſtitutio apoſtolica pecuniam eſſe:quicquid recipitur ut uēdatur.Vnde libri: calices:ſi recipiuntur hac ītentione ut auctoritate fratrum uenderentur inter pecuniā cōputantur:que intētio denarioꝝ eſt in ſic recipiente qa quod uenditur denariis uenditur:uidetur quoqꝫ in hoc capitulo ꝓhiberi receptio denarioꝝ & quarūlibet reꝝ ꝙ̄ recipentur ad ꝑtiū reꝝ emendaꝝ:ut ſi pānus: ueſtis: ꝑladū:gēme: taxentur uel extimentur numerata pecunia uel pro re alia accepta detur:emptio eſt:que ꝓprie nō cōtrahitur niſi mediante pecūia. hec illi.

queſtio.xlvii.

Veritur.xlvii. Quid ſit recipe pecuniā?Rn̄.ꝑdicti.Quedā recipiūtur ī ꝓprietatē & nō ī uſū & hec ꝓhibentur oīo fratri minori ut patet in ſexto capitulo regule. Quedā in uſum & nō in proprietatem ut receptio librorum:ueſtium:& huiuſmodi & hec fratribus concedūtur. Receptio uero denariorum & pecunie quantū ad proprietatem & uſum fratribus ꝓhibetur:& per ſe:& per interpoſitam pſonam.Addit auctor conformitatū.Sciēdum ꝙ alique res habent duplicem uſum.naturalem & accidentalem. Ad propoſitum.Si qs utatur auro & gem-

mis ad uſum naturalẽ:quia ualẽt mul tũ ad multa medicinalia: ſimiliter ad aliquẽ uſum accidẽtalem ut auro pro calicibus & hmõi talis uſus fratribus interdicitur niſi ubi eſſet exceſſiuus ab uſus. Atamen prefatis utẽdo ad emẽdum nullo modo licet fratribus habere. Hec ille.

Recipiãt per ſe uel per interpoſitam perſonam. queſtio.xlviii.

q Veritur.xlviii.Qualiter hoc intelligat? Rñ.quattuor Magiſtri p ſe recipere pecuniã:eſt pecunia:ad cõuertẽdum in uſus ſuos accipere.Recipere uero per interpoſitã pſonam:eſt ſua auctaritate alium ſubſtituere ad recipiẽdum pecuniã in ſuos uſus proprios cõuertendam.

queſtio.xlix.

q Veritur.xlix. Quid agere debẽt frẽs quãdo in loco ubi ſũt: uelint aliqd emere de elemoſyna pecuniaria? Rñ.Nico.iiii.i declaratione ſua. Si frẽs indigent pecunia hoc eſt pro re iam empta de pſenti eis neceſſaria uel pro re quã uolunt emere eis neceſſaria de futuro:ſi frẽs iam emerũt tunc poſſunt ad uolẽtem dare elemoſynã pecuniariã accedere:rogãdo ꝙ ſatiſfaciat in totũ uel in partẽ ꝑ ut ſibi dñs inſpirauerit.Si ipſe facit bñ quidem : ſi uero nõ uult ipſe manu ꝓpria ſatiſfacere uel nõ põt uel quia noticiã pſonaꝝ fidelium nõ habet : tunc frẽs pñt rogare ꝙ aliquem ſubſtituat quẽ ipſe nominet qui & ſatiſfaciat debẽti recipere.Quod ſi nolit uel nõ poſſit facere tunc frẽs pñt famulum illius a quo res emitur uel alium ſeu alios pſentare cui uel qlibet poſſit ſi ſibi placuerit cõmitti exequtio predictoꝝ.Sic tñ ꝙ ad dantem dñium pecunie remaneat quouſqꝫ cõuerſa fuerit in rem deputatã.Nec frẽs ullam actionẽ habeãt cõtra pſonam ſubſtitutam uel noiatã qualitercũqꝫ ſe habeat in cõmiſſione ſibi facta. Addit Greg.ix.in declaratione ſua.Vbi hmõi perſona ſubſtituta p negligẽtiam non faceret:frẽs poſſunt habere recurſum ad illũ qui elemoſynã pecuniariam dedit uel qui habẽs ſubſtituit.Et Nico.iiii. ſubiũgit ꝙ ſi talem pſonam noiatam & ſubſtitutã cõtigerit per infirmitatẽ:uel abſentiã:ſeu locoꝝ diſtantiam:in quibus faciẽda eẽt ſolutio uel alia occaſiõe prepediri:nole accedere liceat fratribus quãtum ad unã aliam pſonam ſubrogãdã ad premiſſa etiam noiando ſi ad primũ dantem non poſſint uel nolint habere recurſum uel etiam ſi caſus emergerit in quo pluriũ perſonaꝝ ſubrogãdaꝝ miniſteriũ uideatur oportunũ:liceat fratribus iuxta negotii qualitatẽ ſeruato predicto modo:plures perſonas aſſumere:noiare :ſeu pſentare ad iſtud miniſterium exequẽdum:ſiue negotium breui tẽpore expediri poſſit ſiue tractũ tẽporis requirat:uel pro libris ſcribendis:eccleſiis aut aliis edificiis pro habitatiõe fratrũ cõſtruẽdis. hec Nicolaus.

queſtio.l.

q Veritur.l.Quid ſi res a fratribus emẽda nõ habetur in terra illa ubi fratres morantur? Rñdet Nicolaus.iiii.ꝙ fratres debent ire ad dominũ pecunie ſi preſto eſt uel ad eius nuncium & dicere ꝙ ſibi placeat ꝙ dominio pecunie apud eum remanente uſqꝫ quo in rem deputatam uertatur per quaſcũqꝫ manus pecunia ſeu elemoſyna tractetur:ſiue perſonas

ab eo uel a fratribus nominatas totũ ſuo cõſenſu uoluntate & auctoritate ꝑcedat quo aſſenſum prebẽte fratres ſecura cõſciẽtia uti poſſunt re ſic empta de illa pecunia: nec tunc dici poſſunt cõtra puritatem regule ſue per iterpoſitam perſonam tangere. Hec ille.

queſtio.li.

Veritur.li. Quid ſi dñs pecũie moriatur anteq̃ pecunia ꝑ fratrum neceſſitatibus depoſita ſit expenſa? Rñ. Nico.iiij. ꝙ ſi dominus quãdo pecuniam cõceſſit dixit ꝙ perſona deputata pecuniam ipſam in neceſſarium uſum fratrũ expenderet qcquid de ipſo cõtigerit uiuẽdo uel moriẽdo: ſiue cõcedens heredem reliquerit ſiue nõ: poſſunt fratres ad perſonã deputatam non obſtante concedentis morte uel heredis contradictione pro ipſa pecunia expẽdenda recurrere: ſicut poterant ad primum cõcedentem.

queſtio.lii.

Veritur.lii. Quid agẽdum qñ dñs plus deponit q̃ frẽs pro ſolutione facienda indigent. Vñ pecunia ſupfluit? Rñdet idẽ ꝙ ſi dñs rogetur ꝙ ſupfluum poſſit in alias neceſſitates fratrum cõuerti & nõ cõſentiat reſiduum ad primũ dñm libere reuertetur. Et ſubdit: Caueant tñ frẽs ne plus dari ſeu deponi faciant q̃ extimãt res eis neceſſaria ualitura.

queſtio.liii.

Veritur.liii. An fratres poſſint accipe elemoſynã pecuniariã cuius dñium dans nullo modo uult ad ſe pertinere? Rñ. Inno. Nico. & Clemens in ſuis declarationibus ꝙ quum talis pecunie proprietas non poſſit eſſe fratrum: nec ſubſtituti: nec depoſitarii erit eccleſie & frẽs ſana conſcientia eius ſunt capaces: q̃q̃ Io.xxii. in extrauagãti: Ad conditorẽ huiuſmodi proprietatem uoluerit ad eccleſiã pertinere. Et poſtea. Martinus qntus ut dictum eſt ſupra cõfirmauit ſcdm predictas declarationes prefatoꝝ ſummoꝝ Pontificum.

queſtio.liiii.

Vueritur.liiii. Quid ſi frẽs non indigẽt pro preſenti ſed iminẽti. Nũquid poſſunt rogare uolentes elemoſynas dare ꝙ ſeruent uel alium ſubſtituãt? Rñdet Auctor cõformitatum ꝙ ſic: ſcdm Greg.ix. & Innoc. iiii. in ſuis declaratiõibus: imoq; & ſubſtitutus põt etiam alium ſubſtituere: q huiuſmodi elemoſynã pecuniariã conſeruet ad quem fratres pro loco & tempore pro ſuis neceſſitatibus habeant recurſum.

queſtio.lv.

Veritur.lv. An fratres poſſint recurrere ad illum cui aliquis pecuniã cõmiſit pro fratrũ neceſſitatibus expẽdẽdam? Rñdet Idem ſcdm Greg. & Innoc. ꝙ ſic. Quod ſcdm quattuor Magiſtros ſic eſt intelligendum. Excepto ꝙ cõmiſſarius nec ſua: nec fratrum auctoritate pecuniã a domino cõmiſſam ad aliquem uſum forte uel neceſſitatem determinatam poteſt ad alios cõmutare: niſi a domino ſuper hoc receperit poteſtatẽ uel eius ad hoc preſenſerit uoluntatem.

queſtio.lvi.

Veritur.lvi. An liceat fratribus ire cum burſariis per uiam. i. q ſibi pecuniam deferant? Rñ. Aluarus in lib. de plãctu eccleſie ꝙ nõ niſi per ueram obediẽtiam nõ procu-

ratam & multominus extortam ꝑ cauſis neceſſariis ordinis uel aliis a prelatis miſſi & p regiones inhumanas trāſirēt in quibus eēt ueriſimile ꝙ in mēdicando elemoſynā eſcibilem nō inuenirent. In quo caſu & perā poſſent ducere & burſarios: ſcđm Bedam. Aluarum. & Petrū Io. Cōſtat ꝙ chriſtus apoſtolis inter iudeos adhuc fideles cunctibus ſpāliꝰ inhibuit ne pecuniam aut panē uel perā in uia portarent. Et ſancti patres noſtri ordīs: hmōi burſarios penitus euitarūt niſi ſolum ubi ineuitabilis neceſſitas aptc īmineret & ualde probabiliter. Sed quare chriſtus & apoſtoli in ſuo comitatu ducebāt mulieres que eis miniſtrabant de ſuis facultatibus? dicēdum ꝙ ille dn̄e miſtrabant eis quātum & qualiter ipſe ex ſua libera deuotione uolebāt. Hec ille.

questio. lvii.

Veritur. lvii. Quid de pecuniariis elemoſynis ſup altaria poſitis? Rn̄det Pe. Io. ꝙ fratribus eas recipere nō licet. Sic nec cōputum a famulis de pecunia pro eiſdē depoſita. Hec ille. Sed Clemēs qntus dicit: ꝙ queſtus oīs pecunie ac oblationū & pecuniarum receptio in eccleſia uel alibi Cippi ſeu trūchi ordinati ad offerētiū ſeu donantium pecunias reponendas nec nō & quicūqꝫ recurſus alius ad pecunias ſeu habētes ipſas quibus p declaratione. Nico. nō cōceditur: hec inq̄ omnia ſimpliciter fratribus ſunt interdicta.

queſtio. lviii.

Veritur. lviii. Nūquid indifferēter liceat frībus recurrere ad depoſitariū elemoſynaꝝ pecuniariaꝝ. Rn̄det Clemēs qntus: ꝙ quū regula dicat in duobus caſibus recurrēdum ad amicos ſpūales: uidelicet ꝓ neceſſitatibus infirmorum & pro fratribus induēdis: & papa Nico. Ceſſantibus elemoſynis extēderit ad alias fratrum neceſſitates occurrētes pro tēpore & ingruētes. Cauere debēt frēs ne ꝑ aliis cauſis q̄ predictis uel ſimilibus ad amicos ſiue dantes ſiue deputatos recurrāt. Et ſic ſe gerant in omnibus ꝙ ſe cūctis oſtendant in dictis pecuniis: ſicut nō habent penitus nihil habere. Quapropter precipere quō & qualiter pecunia expendatur: cōpunctūqꝫ exigere de expenſa: eamqꝫ quoquomō recipere ſiue deponere: ſeu deponi facere capſulam pecunie uel eius clauem deferre: hos actus & ſimiles ſibi illicitos eſſe fratres ſciant. Predicta autem facere ad ſolos dominos pertinet qui pecuniam dederunt & eos quos ipſi deputauerunt. Pe. Io. dicit. Grandis aut bene conſona noſtro ſtatui debet eſſe neceſſitas ad hoc ut ei prouideatur cū pecunia. Debet enim eſſe equiualens & ſimilis neceſſitatibus expreſſis in regula: uti pro fratribus infirmis & infirmorum neceſſitate: ſicut patet ex expoſitione domini Nico. & domini Gregorii. Nam etiam pro edificiis cōſtruēdis uel libris ſcribendis aut aliquibus grandibus & licitis negotiis peragendis licet ſit aliquādo neceſſitas in his tamen facilius excēditur in ſumptibus q̄ in rebus & facilius cupiditas ibi intenditur & excreſcit & mala exempla proueniunt.

queſtio. lix.

q Veritur.lix. Nunqd fratres poſ
ſunt.eē cuſtodes pecūie uel diſ
penſatoreſ? Rñdet Auctor con
formitatum ꝙ frater Vgo dicit ꝙ non
quia cuſtodia importat realem obliga
tionem niſi a principio per determina
tionem aliquā excludatur: utpote dicē
do: nos nolumus ad cuſtodiam pecu-
nie teneri nec eam uolumus recipere
& ſic debent de quolibet depoſito di-
cere. Diſpenſatio aūt ꝗa quādam au-
ctoritatem habet ſaltem miniſterialem
& affert ordini ſcādalum & ſuſpitionis
notam: ideo regula hoc prohibere ui-
detur. hec ille.

queſtio.lx.

q Veritur.lx. An fratres non in-
uenientes offerentem: ſed tm̄
mutuare uolentem poſſint cō
trahere mutuū? Rñdet Nico. in ſua de
claratione ꝙ hoc non licet eis eoꝝ ſta-
tu conſiderato ꝓpter obligationis uin
culū quod exigitur: poſſūt tn̄ dicere ta
li ꝙ laborabunt ꝙ per elemoſynas &
amicos fratrum ſatiſfacient ei.

queſtio.lxi.

q Veritur.lxi. Quo caſu liceat pe
cunia uti? Rndent Nico. & fra
ter Vgo ꝙ ſolū in extrema ne-
ceſſitate: quando nec petendo: nec la-
borādo: nec per oblationem: uite ne
ceſſaria poſſunt inuenire. hec illi. Au-
ctor conformatum. Addit & Martinus
qutus in ſuis conſtitutionibus capitu-
lo quarto: fratreſ nullo modo denarioſ
recipiant uel pecuniam. Si quis autem
cōtrarium fecerit ipſo facto omni actu
legittimo ſit priuatus & pena carceris
puniatur.

queſtio.lxii.

q Veritur.lxii. An fratres debeāt
habere procuratorem & yco-
nomum apud quem oēs ele-
moſyne pecuniarie uel que ad pecu-
niam reduci poſſint integraliter conſi
gnentur? Rñdet idem Martinus ꝙ ſic
unde dicit ꝙ ad hoc quilibet conuen-
tus ſiue locus habeat ſuum procurato
rem. &c. ſicut hētur in priuilegio Mar-
tini quarti: ubi ſic dicitur: ut fratres mi
nores qui ꝓ nulla re tēporali poſſunt
in iuditio experiri: ut excluſis quibuſli-
bet ſollicitudinibus qetius diuinis ua-
cent obſequiis & offerentium: donan-
tium: aut in ultima uoluntate relinqn
tium: ordini ꝑdicto uel fratribus eiuſ-
dem ordinis aliquid ꝓpter deum pia
intentio non fraudetur: ſicq̧ uolentes
heredum & exequutorum negligētiis
obuiare: ut fratres ſecundum modos
licitos & congruos ipſi ordini relictis
ſibi in teſtamentis elemoſynis nō frau
dētur: diſcretioni ueſtre de qua in dño
fiduciam plenam optinemus ſpetiales
perſonas que non ſint de ipſo ordine
nominande: pro locorum indigentia
ſingulorum quas perſonas per nos ta-
liter nominatas in his adminiſtratio-
nem legittimam: generalem: & liberā
gerere: & ipſas perſonas ueros & legit
timos adminiſtratores: yconomos: ſin-
dicos & actores eſſe de plenitudine
poteſtatis pn̄tium auctoritate cōſtituē-
do decernimus: qui res ipſas & rerum
predictarum pretium & predictas ele-
moſynas nomine dicte elemoſyne ad
quam omnium rerum mobiliū & im-
mobilium quibus fratres uti poſſunt:
ius: ꝓprietas: & dominium: nullo mo
do ſpectat: recipiant in fratrum ipſoꝝ
utilitates: prout eis licet ex regula uel

declaratione regule cõuertendas:ſicut & quando a te fili generalis & ſingulis aliis ueſtrum in prouincia ſeu cuſtodia ſibi decreta uel ab eiſdem fratribꝫ de aſſenſu ueſtro fuerint requiſiti ac eidem perſone:petendi:exigendi:recipiẽdi:alienandi: predicta trãſigẽdi quoqꝫ & paciſcendi:conueniendi: cõpromittendi:remittendi:refutandi: qetationẽ faciendi:agendi:defendẽdi: ac in aĩos eoꝝ de calũnia & ueritate dicenda iurandi cum illis:& cõtra illos qui hmõi res mobiles aut pretiũ earum uel relictas elemoſynas fratribus in teſtamentis occuparent:uel uiolenter auferrent ſiue contra uoluntatem fratrũ quõlibet detinerent:& generaliter in oĩbus cauſis pro rebus & locis hmõi ad eccleſiam ipſam ſpectantibus ipſoꝝ fratrũ uſui conceſſis nec nõ pro imunitatibꝫ libertatibus:& iuribus ac priuilegiis & indulgentiis eorũdem ſiue cuiuſlibet ſatiſfactionis & cautionis onere plenã generalem:& liberam habeant in iuditio & extra iuditium poteſtatem:reuocandi quoqꝫ pſonas eaſdem & earum quãlibet ac alias eis ſubrogãdi uel nominãdi p ſupradictũ modũ noĩationis quotiens oportunũ fuerit q eandẽ in predictis uel ſimilẽ hẽant poteſtatem plenam & liberam concedimus:auctoritate pñtium facultatẽ.Nulli ergo omnino hominum liceat.&c.

Tamen pro neceſſitatibus infirmorum & aliis fratribus induendis.

queſtio.lxiii.

q Veritur.lxiii.An miniſtri & cuſtodes qui ad hoc tenentur ex precepto ſcđm Clemen. poſſint aliis cõmittere hmõi curã?Rñdent Inno.Nico.& Io.ꝑꝑ.zz.ꝙ ſic quia pñt hoc cõmittere aliqbus fratribus q nõ per ſe ſed per amicos ſpũales faciãt ſeu hmõi curã gerant.Amici uero ſpũales hic intelliguntur ſcđm declarationes ſummoꝝ Pon. dantes elemoſynas aut ſubſtituti ad quos fratres ꝓ ꝑ̃latis pñt habere recurſum qnetiũ ſcđm Nico.& Clementem pro aliis neceſſitatibus a predictis duabus poſſunt ad eos habere recurſum ceſſãtibus elemoſynis.Pe. Io.addit.Subditur ꝓuidendo ſibi neceſſaria ubi ꝑ̃lati notabiliter negligũt non peccãt quia ab oĩ lege neceſſitas eſt exempta ſiue excepta.

queſtio.lxiiii.

q Veritur.lxiiii.Que cura & diligentia ſit hñda circa infirmos? Rñdet Martinus qntus: ꝙ ea de qua ſic dicitur in ſtatutis generalibus.Ordinamus ꝙ fratribus infirmis fratres infirmarii & fratres alii infirmorum ſeruitiis deputati ſtudeãt cum oĩ diligentia & ſollicitudine eis ſeruire: uel ſeruiri facere:& de cũctis neceſſitatibus ꝓuidere ſeu prouideri facere teneantur.Et hoc de cõibus elemoſynis fratrũ niſi pro neceſſitate fratris ĩfirmi indiſtincte fuerit aliqua elemoſyna deputata. Mãdamuſqꝫ miniſtris & cuſtodibus:ut in ſuis cõuentibus & locis in qbus erunt:ſi qui fuerint infirmi perſonaliter uiſitent & inquirant qualiter cõſuetudinarie prouidetur & ſeruitur infirmis etſi aliquos defectus compe-reerint fratres qui fuerint in his culpabiles ſecundum defectus & culparum exigentiam puniant & defectus prout poterunt faciant emendari. hec ille.

Miniſtri & cuſtodes ſollicitam curam gerant.

queſtio.lxv.

q Veritur.lxv.An liceat fratribꝫ prouidere ſibi utpote tpe meſſium & uindemiaꝝ facere cōgregationē frumēti & uini?Rñdet Clemens.Non eſt uteriſimile btm̄ Frā.uoluiſſe fratres habere granaria & cellaria & precipue ubi quottidianis mendicationibus poſſent tranſigere uitam iſtam. Nec talia fieri debent niſi ubi multum credibile eſt ex iam exptis ꝙ non poſſent uite neceſſaria aliter inuenire.Et hoc papa cōmittit miniſtris & cuſtodibus ſimul & ſepatim in ſuis adminiſtrationibus cū guardiano & duoꝝ diſcretoꝝ ſacerdotum & antiquoꝝ cōſilio & aſſenſu ipſoꝝ conſcientias onerando.Quattuor Magiſtri dicūt:ꝙ pēſatis hinc inde regule ſententiis ſolum exigente neceſſitate pn̄t ſibi fratres in poſterum ꝓuidere:ita tñ ꝙ nec diuturnitate:nec rerū qualitate:uel quātitate in prouiſione quam faciunt in rebus neceſſariis,forma pauptatis excludat.

Et frigidas regiones.

queſtio.lxvi.

q Veritur.lxvi.An fratres uti poſſint de licentia prelatoꝝ pluribus tūicis? Rñdet Ni.ꝙ ſic de Miniſtroꝝ & cuſtodum licentia coniunctim & ſepatim in ſuis adminiſtrationibus penſatis neceſſitatibus & aliis circunſtantiis.

Fratres illi quibus dedit dn̄s grām laborādi laborent fideliter & deuote. :c.v.Reg.

queſtio.lxvii.

q Veritur.lxvii. An frēs ad hoc teneantur ut ad preceptum? Rñdent quattuor Magiſtri: uidetur ꝙ ſic ex forma dicendi .ſ.ex intentione beati Franciſci quā in ſuo teſtamento expreſſit dicens. Oēs fratres uolo firmiter ꝙ laborēt.Sed papa Ni. in ſua declaratione dicit ꝙ cōſiderato modo loquendi ipſius regule non ea fuiſſe inſtituentis intentio ꝙ uacantes ſtudio uel diuinis offitiis & miniſteriis exequendis manuali labori ſeu opatio ni ſubiacerent:uel ad hoc illos artaret cum exemplo chriſti & multorum ſanctorum patrū labor iſte ſpūalis:tanto illi preponderet:quāto que ſunt aīe corporalibus preferuntur. Ad alios uero qui in predictis ſpūalibus operibus nō ſe exercent:niſi tales aliorum fratrum licitis ſeruitiis occupentur ne ocioſe uiuant uerba predicta declaramus extēdi:niſi tales tam excellentis orationis & contemplationis extiterint ꝙ merito propter hoc non eſſent a tam bono & pio exercitio ſubtrahendi.hec Nico.Et frater Vgo dicit.In pncipio ordis pauci erant litterati & ſtudio uacantes & maxima erat pars laborare uolentium Omnes tales ad uitandum otium beatus Fran.uoluit laborare manibus. Inſuper cum ipſe beatus Fran.non dicat ꝙ laborent manibus:ſed ſimpliciter ꝙ laborent:ꝑt ad laborem ſpūalem ſic referri:ſicut ad corporalem iuxta quod in prima regula dixerat. Serui dei ſemper orationi uel alicui bone operationi inſiſtere debent.hec ille.

queſtio.lxviii.

q Veritur.lxviii.Quomodo hoc intelligātur gratiam laborandi?Reſpondent quattuor Magiſtri:hoc dicit artem & idōeitatē quā quilibet uelut donum acceperit.Auctor conformitatum dicit:per gratiam laborandi intelligitur induſtria & ars

laborãdi cum corporis ualitudine ſuf fragante & uſu: quando hec ſuppetũt & in aliis nõ impeditur: talis gratiam laborãdi habet a dño. Et hic qdem labor quo otium. b. F. intendit a fratribꝫ euitari: multiplex eſt ĩ ordine: uidelicet in ſtudio ueritatis: in exercitio hũilitatis: pietatis ſeu charitatis: & ceterarum uirtutum in offitio predicationis: prelationis: pcurationis alioꝝ miniſtroꝝ put ſingulis imponũtur: qñ ergo hõ aſſuetus labori ĩ prefatis & ſimilibus non occupatur debet laborare ſiue manuali labore ſiue alio & cã ut euitet otium Fideliter: intelligitur utpote ſi daretur aliqd frĩbus ad laborandũ. hec ille.

Sancte orationis & deuotionis ſpiritum non extinguant.

queſtio. lxix.

Q Veritur. lxix. Quõ hic intelligatur ſpũs deuotionis extingui? Rñdent quattuor Magiſtri: ꝙ non dicitur extingui ſpũs deuotionis qñ non eſt ſollicitudo talis laboris. ſ. mechanici: p quã impediantur ab orationibus ſcd'm regulam determinatis uolunt tñ fratres carnales ſub pretextu huius uerbi regule ſuam otioſitatem defendere & dicũt in ſe extingui ſpũs orationis quũ eis ſuperiores aliquem laborẽ iniungunt. hec illi. qbus Auctor conformitatum cõcordans addit. Frater Egidius dicebat ꝙ orare eſt uoluntatem ſui prelati facere. Tales uero nõ excuſantur: ſed potius incuſantur qui exercitia ſpũalia & ſimilia inter deuota non putant cenſenda. Vnde & glo. ſuper illd. Semper oportet orare: dicit. Non ceſſat ſemper orare: qui nõ ceſſat bñ opari. hec ille. Pe. Io. hic dicit Orationes ſcd'm regulam determinatas intellige: non ſolum ut habetur in tertio cap. regule ſed etiã ut hic dicitur. Atamen ſuper omnia deſiderare debẽt habere ſpũm dñi & ſanctã. &c. Vnde chriſtus dicit Luc. xviii. Oportet ſemp orare & nunq̃ deficere. Abſit enim ꝙ illa ſola uocalis oratio dĩni offitii: uel de pater noſter ſupra taxatis ſufficere debeant uiro perfecto: imo ubi eſt euidẽs ꝙ opus iniunctũ ſit notabile deuotionis diſpendium: tunc precipitur cõtra animã & regulã ſuam. Et hoc eſt unũ de his in quibus dicit regula nõ poſſe ſpiritualiter obſeruare & maxĩe ſi opa ſuperflua uel non multum neceſſaria uel non pia: nec multum ſpiritualia iniungantur: ut pro ſuperfluis edificiis conſtruendis: aut pro negotiis ſecularibus ptractandis: aut pro indebitis q̃ſtibus exquirendis & conſimilibus p quibus fratres a feruore & ſpiritu deuotionis non diſtrahi nulla mens ſana diceret. hec Pe. Io. Sed fortaſſis clarius ſecũdum intentionem. b. F. Auctor quoqꝫ conformitatum in. 2. lib. recitat: dictũ huiuſmodi beati patris Franciſci. Orationis gratiam uero religioſo maxime deſiderãdam dicebat nullumqꝫ in dei ſeruitio poſſe ſine ipſa proſperari: uolebatqꝫ ꝙ fratres habentes gratiam laborandi laborarẽt ad euitãdum otiũ. Sic tamen laborarent ut ſancte orationis & deuotionis ſpiritum non extinguerent: cui debent cetera temporalia deſeruire. Spiritu autem tepido & paulatim a gratia frigeſcente neceſſe eſt carnem & ſanguinẽ que ſua ſunt querere. hec beatus Franciſcus: ut Auctor conformitatum refert. Interrogatuſqꝫ

a fratribus ſi ſibi placeret ꝙ litterati iã recepti ad ordinẽ ſtudio intẽderent ſacre ſcripture? Rñdet: Mihi qdẽ placet dum tñ exẽplo chriſti qui magis oraſſe dicitur & legitur q̃ legiſſe orationis ſtudium non amittant.

queſtio.lxx.

q Veritur.lxx. An frater nõ occupatus in licitis per obediẽtiam teneatur orare? Rñ. ſcḋm uerba Sc̃i Bonauẽture in quodã ſuo opuſculo qđ incipit. Religio mũda & ĩmaculata ubi ſic ait. Ora ergo chariſſime frater & te in oratione exerce: quia pauperi nõ oranti eterna ſupplicia ꝓmittũtur. Ait.n. Bernar. Ora frater inſtanter ora quia ille dicitur habere tunicã mixtam ſanguine q carnem ſuã nutrit de pauperũ ſudore: niſi recõpenſet in deuota oratione & gratiaꝝ actione. Cantando.n. inquit nobis iſta bona proueniũt. Graues.n. ꝓ eis effunde gemitus. Alioquin que hic in delitiis ſumitis in tormentis euometis. hec ille. Studeãus ergo tãto frequentius & moroſius cũ feruore dilectionis orare quãto nobis maiora beneficia cõferũtur. hec Sctũs Bonauẽtura ibi: qui & in.iiii. ſen. di.xv. q. ulti. dicit. ꝙ oĩs oratio ex charitate facta ſatiſfactoria eſt. Illa tñ inter oẽs ſatiſfacit que eſt magis gemebũda & in qua maior clamor cordis eſt ad deum ꝓ uenia peccatorum. hec.n. eſt in qua deus maxĩe delectatur. Quũ hõ ad gemitũ accẽditur. Sed in aliqbus eſt uocalis: & in aliqbus eſt mẽtalis. Verũtñ quũ uerba ĩpediunt affectũ: quia orãs ſic inflamatus eſt ꝙ ĩmediate fertur in deum tali utilior eſt oratio mentalis. Si aũt iuuãtur affectus utilior ẽ uocalis. hec ille. Seqtur. Cui debẽt cetera temporalia deſeruire.i. ſpũi quo ipſi imortales ſumus potiuſq; uiam eius q̃ corporis diligere debemus. hec Auctor conformitatum.

De mercede uero laboris pro ſe & ſuis fratribus corporis neceſſaria recipiant. queſtio.lxxi.

q Veritur.lxxi. Quid pñt frẽs recipere ꝓ mercede ſui laboris preter denarios uel pecuniam que hic eis ꝓhibetur? Rñ. quattuor Magiſtri: ꝙ nec aurũ nec argẽtũ nec ullam materiã preciabilẽ: ſicut pelles: coria: lanam: & hmõi: qa eaꝝ receptio ꝓprietatem inducit. Sed aliq dñt ꝙ pñt recipere materiã ĩpreciabilẽ ut iuncos de qbus ſtoria & calati conficiũtur: qcquid enim ꝓtii ꝓuenit in tali ẽ ex arte & magiſterio: nõ aũt ex ipſius rei ualore. Addit Auctor cõformitatũ. Nec iſtud fratres recipere poſſunt: qa calati & talia noĩe fratrũ uenderẽtur: quod eis eſt interdictũ ut dicetur ĩ ſequẽti.c. Aluarus quoq; de plãctu eccleſie dicit. Oĩno cõtra regulã eſt ꝙ frẽs ſcribant libros uel faciant ſportas: orologia: & alia mechanica ut pro hmõi recipiãt preciũ pecuniaꝝ & idem dicẽdũ eſt de his qui pro cõitate nolunt laborare ex aliquo artificio ſi eis nõ retribuatur: cum certũ ſit ꝙ opa eoꝝ debeant in manibus prelatoꝝ ponere. Vñ deteſtãdi ſunt qui iſta diſtrahunt ſicut uolũt & multomagis qui ſcribunt libros ad uẽdẽdũ: & emũt ut carius uendant ſicut mercatores. lxxxviii. di. In palea. & c. Quoniã non cognoui extra ne cle. uel mona. ꝑ totũ. hec Aluarus. Tamẽ hodie p cõſtitutiones Martini qnti in hoc eſt regula relaxata ſeu diſpenſata. Nam ibi dicitur in qnto.c. Merces uero laboris ſi pecu-

niaria fuerit per ſoluentē ſtatim cōſignetur ꝓcuratori conuentus ſeu loci. Sed an fratres tali diſpenſatione tuta conſcia uti poſſint: uide ſupra q̄ſito argumento illoꝶ que ibi dicunt quattuor Magiſtri. Subdit ergo Auctor cōformitatum: uidetur ergo dicēdum ꝙ pro laboris mercede fratres nō poſſint recipere quācūq; materiā nec in ipſam operari: uti: niſi datam eis pro mercede laboris. Sed ſuū labortitium in alterius materiam debent exercere pro hn̄dis neceſſariis & hoc eſt quod dicit btūs Fran. ꝙ fratres pro ſe & ſuis fratribus corporis neceſſaria recipiant: preter denarios uel pecuniam. Et ſic nec materiam que uendatur ad quā materiam ꝓprietas cōmittatur & dn̄ium interdicitur etiā quodcūq; pactum faciēdum pro mercede laboris hn̄da. Et hoc oſtēdit beatus. F. di. Et hoc humiliter ſicut decet ſeruos dei & pauptatis ſanctiſſime ſectatores: quia non cum lite eſt petenda: & tanq̄ eis danda ex debito. Sed uult ꝙ qcq̄d datur pro neceſſitate accipiatur ſine lite & cum humilitate magis hn̄do reſpectū ad elemoſynam q̄ ad mercedem. hec ille.

Fratres nihil ſibi approprient. &.c.

queſtio. lxxii.

q Veritur. lxxii. Quid eſt appropriare? Rn̄dent quattuor Magiſtri: ꝙ eſt rem ſuam facere: ſiue in ſuum dn̄ium conuertere. Sua autem res eſt que tranſiit in arbitrii facultatē ut de ea faciat hn̄s quod uult: utēdo: cōmutando: pignorando & hm̄oi ꝓpetas āt reꝶ mobiliū & imobiliū q̄ꝶ fratres tm̄ ſimplicem facti uſum habere poſſunt: ut per hec uerba regule declarāt papa Grego. ix. Inno iiii. Nic. iii. & Clemens. v. ad ſedem apoſtolicam pertinet ut dictum eſt ſupra: niſi ſcd'm Nico. iii. concedentes ſibi reſeruarent dn̄ium: quia ſi non eſt eccleſia uel cimiterium: quorum proprietatem uult ad ſedem apoſtolicam pertinere: aliaꝶ rerum proprietas remanet penes concedentē. De hoc habes diſtinctius infra littera. G.

queſtio. lxxiii.

q Veritur. lxxiii. An fratres poſſīt emere uel ſolutionem facere ꝓ re iam empta? Rn̄dēt quattuor Magiſtri: uidtur dicēdum ꝙ emere dicitur tribus modis. Vno modo dicitur emere de pretio rei emende conuenire. Alio modo dicitur ſolutionem rei empte procurare: his duobus modis poſſunt fratres emere. Tertio modo emere dicitur pecuniam uel p̄tium pro re dare. Et hoc modo fratres non poſſunt emere. hec illi. Quāuis Aluarus ubi ſupra dicat: fratribus non licet ſecundum regulam cum ſcriptoribus uel aliis artificibus pactum de dando tantum pretium: conuentionem: ꝓmiſſionem: uel obligationem aliquā facere. hec Aluarus. Addens ꝙ ſicut non licet fratri cum burſario per cōtratas & loca & regiones ire: ita nec pactum cū hoſpite facere.

queſtio. lxxiiii.

q Veritur. lxxiiii. Vtrum liceat fratribus uendere? Rn̄dēt quattuor Magiſtri: ꝙ uendere uno modo dicitur rem propriam in alienū dn̄ium tranſmutare pro pretio. Et hoc modo uendit ille qui habet dn̄ium rei quo modo nō pn̄t fratres uēdere. Alio modo dicitur uendere de re aliqua pretium accipe: & hoc mō licet fratribus

uēdere ī honeſtū tñ ē ſcđm eoꝝ ꝓfeſſionem & turpe.hec illi.Sed de hoc dicitur in generalibus ſtatutis ordis.ſ.Gulielmi farinerii.Nullus frater libros ſcribi faciat ad uendendum: nec habitos uendat in ordine carius ꝗ ſint empti. Et de hoc Nico.in ſua declaratiōe ait. Quia dñium libroꝝ & alioꝝ mobiliū quibus fratres utuntur ad prefatā eccleſiam ſpectare dignoſcitur que mobilia interdum expedit uendi ſeu etiā commutari:concedimus ut cōmutatio talium ad eas res quaꝝ uſum fratribus licet habere de generalis & ꝓuintialiū auctoritate procedat.Si uero hmōi res extimato pretio uendi contingat: cum fratribus ipſis per ſe uel p aliū recipere pecuniā non liceat. Ordinamus & uolumus ꝙ pretium predictaꝝ reꝝ per ꝓcuratorem excipiatur & expendatur in rem licitam cuius uſum licet fratribꝰ habere.hec ibi.Et Aluarus addit: ꝙ non ſolum per ꝓcuratorem romane eccleſie:licet fratribus emere uēdere & ceteros contractus facere ſed etiā per miniſtratores pecuniarum & p ueros dños donātes eas. Qui uō uendūt donant:emunt & alios contractus auctoritate ꝓpria faciūt ꝓprietarii ſūt cōtra quod habetur.liiii.di.c. Abbati.iz. q.i.Non dicatis.Item nec p alios a predictis:licet uēdere uel emere ēt cū Inſia ꝑlatoꝝ: qa ſic eēt p īterpoſitā pſonā accipere & dare pecuniā cōtra & eius declarationes.Nā q p aliū facit:p ſe facit extra de reſti.ſpon.c.Cū ueniſſet.Et qa emptio & uēditio ſine ꝑtio nō ꝓcedit. ff.eo.l.ii.Inſti.eo.§.z. Tales cōtractus ad ueros dominos & proprietarios ſolum pertinet.hec ille.

queſtio.lxxv.

q Veritur.lxxv. An fratribꝰ liceat mutuare? ℞.q̄tuor Magiſtri: ꝙ mutuare proprie dicitur de meo tuū facere & hoc mō nō licet fratribus:qa eſt cōtractus ꝓꝓetatis.hec illi.Et ſic nō pñt fratres ſcđm ꝓfeſſionē ſuā aliis pſonis mutuare: ſed mutuum bene pñt recipe:eo tñ mō quem ponit Nico.in ſua declaratione di:ꝙ qñ frēs indigent nec inueniūt offerētē: ſed in ueniunt ſolū eis mutuare uolentē pñt tali dicere ꝙ laborabūt fideliter ꝙ per elemoſynas & amicos frūm ſatiſfaciēt eidem.Et q̄tuor Magiſtri ſimiliter dñt Alio mō mutuare dicitur im ꝓꝑe bōa fide ad ꝓcurādū oīo ad facien ſolutionem ſe obligare & hoc modo poſſunt fratres mutuare.

queſtio.lxxvi.

q Veritur.lxxvi. Quid de contractu cōmodati.An liceat fratribus? ℞.iidem Magiſtri ꝙ hic contractus differt a mutuo in quo trāſfertur dñium ſed cōmodare nō:cōmodatio.n.uno mō īportat reſtitutionem rei.et hoc modo fratres q nihil pñt habere nō pñt aliqđ ī cōmodatū accipe. Alio mō pōt dicere ꝓcurationē uel ſollicitudinem rei reſtituēde bona fide:& hoc modo non importat obligationē realem & ſic poſſunt.hec illi.

queſtio.lxxvii.

q Veritur.lxxvii. An frēs poſſint locare opatiōes ſuas? ℞. quattuor Magiſtri:ꝙ ſi locare dicat cū pacto de mercede cōuenire frēs nō pñt:ſi uero dicat ſine pacto mercedem ſuam expectare poſſunt.hec illi.

queſtio.lxxviii.

q Veritur.lxxviii. An frēs poſſint cōmutare res ſuas quas hñt in

uſum?ʀᷦ.p̃fati Magiſtri ꝙ rē aliquam in aliā ſua auctoritate cōmutare non pñt ſed auctoritate eccleſie:quā lniam p̄p̄ Nico.in ſua declaratione concedit gnali & ꝓuintialibus miſtris ut ſupra habes.lxxiiii.queſito:uel ēt auctoritate dñi q rē dedit accepta uel p̄ſūpta pñt frēs ſibi cōceſſas ad uſum:in alias magis neceſſarias commutare.hec illi.

queſtio.lxxix.

Veritur.lxxix.An frēs poſſint q res ipignorare?ʀᷦ.p̄dicti ꝙ alicui rē ut ſuā nō pñt obligare: ſed auctoritate dñi rē ſibi cōceſſā ꝓ neceſſariis poſſunt obligare.hec illi.

queſtio.lxxx.

Veritur.lxxx.An frēs poſſīt donare?ʀᷦ.iidē.iiii.Magi.ꝙ cum nullā rē hēant ꝓp̄iā nō pñt tribuere.Tñ auctoritate dñi p̄ſūpta uel hita lnia rē ſibi ad uſū cōceſſā pñt alicui cōcedere.hec illi.Sed de hoc p̄p̄ Nic.ī ſua declaratione ſic dicit.De uilibꝫ aūt mobilibus nihil uel pū ualētibꝫ liceat ex pñti noſtra cōceſſione fribꝫ pietatis ſiue deuotionis ītuitu uel ꝓ alia honeſta & rōnabili cā obtēta p̄us ſup hoc ſuꝑioꝝ lnia:iuxta ꝙ īter frēs in gnali uel ꝓuītialibꝫ capitulis tā de ipſis rebꝫ ui libꝫ q̄ de p̄fata lnia.ſ.a qbꝫ uel q̄lr̄ ſit hñda extiterit declaratū ītra & extra ordinē aliis elargiri.hec Nico.

queſtio.lxxxi.

Veritur.lxxxi.Nūqd oporteat q frēs ꝓ pēnis:filo:acubꝫ:& hmōi minutis ire ſp ad p̄latū?ʀᷦ.Auctor cōformitatū:ꝙ frater Vgo dicit ꝙ hēre in talibus lniam gnalē a p̄lato credit ſufficere.Et ſi iſta cōcedatur p̄ſumēdo de uolūtate p̄lati:qa cōtētus ſit p̄t: ita tñ ꝙ ſtatim denūtietur p̄lato:uel reſ ſic data pñtetur ſi fieri p̄t.aliter de ap ꝓpiatione arguitur & furto:qa ſine licētia retiet.Quod vo religioſi ꝓpū abdicātes nō poſſit dare aliqd uel recipe ſine lnia p̄lati.Hoc aſſerit.b.Aug.quāto magis frēs minores nihil hn̄tes nec ī ꝓpo nec ī cōi.hec Auctor p̄fatus Aluarus idem affirmat di.ſine lnia p̄lati aliquā rē recipe uel dare eſt cōtra regulā iꝫ.q.i.nō dicatis.& extra de ſta.mo.Cū ad monaſteriū.§.i.Similiř cōuertere rē ī uſū ſpālē aliis fribus cōem ſine p̄lati lnia.Itē p dies eundo extra locū claues cellaꝝ p̄lato ñ aſſignare:claues quoq͂ ſcrineoꝝ uel quorūcūq͂ repoſitorioꝝ ubi frēs hn̄t libros utēſilia & ſuppellectilē ne frēs utātur illis.Non aſſignare libꝝ uel aliā rē cuius frēs uſū cōem hēre debēt cū re illa nō utitur:nec uti neceſſe ī breui fribꝫ petētibꝫ non p̄ſtare.Nā illud eſt uſū approp̄are rē quācūq͂ p̄lato cellare uel eo iubēte non ſtatim aſſignare:hēre libros duplicatos eiuſdē tenoris.De rebus cōibꝫ pluſq̄ uelit p̄latus uel offitialibus tollere:uel ſi p̄latus uſū rei alicui fratri tollat:murmuret & turbetur & corā p̄lato ſupiore cōq̄ritur hic ve eſt ꝓpetarius:qa p̄latus uſū hēt tollere & dare fribus ſicut uult.Itē ꝓmiſſionē alicui facere de re ſibi faciēda ſine lnia p̄lati:qa q non eſt ſuus nō p̄t ſe alteri obligare ar.liiii.di.Si ſeruus.Itē qdcūq͂ uotū ſine lnia p̄lati facere:qa ve expropⁱatus non ē ſic loq̄ndo non hēt corpus nec aīam ſed totū eſt prelati.Ad hoc.20.q.iiii.Monachi.Item coram ſuis prelatis de re aliqua cum alio fratre contendere uel abſq͂ prelatis ius ſuum allegare:quia nullum ius uero fratri minori competit ſed dicere debet prelato ſimpliciter fac

de hac re qđ uis. Quid ergo de fratribus qui coram prelato nō ſolum de libris & aliis ſuppellectilibus: ſed etiam de pecunia litigant ſicut ſi ſua eſſet pecunia? Et uere ſua eſt quãtũ ad uoluntatem: cum tñ petitio & repetitio dño deponenti pecuniã & nõ fratri cõpetat: ceci ꝗ profecto ſunt prelati qui ſuper queſtionibus pecuniariis audiunt hmõi preuaricatores. Itē contra regulam etiã eſt ſibi appropriare qñ frater propria uolũtate & ĩportunitate multis annis in loco uel cella permaneret. De hoc ſic dicitur ĩ ſtatutis Guilielmi Farinerii Miniſtri cum inuenerint aliquē fratrem appropriatorem alicuius loci teneãtur ipſum expellere. Appropriator aũt dicitur q habēs obedientiã recedendi ꝓcurat eam ꝑ preces ſecularium reuocari. Seqtur Aluarus. Item rem in uſum cõceſſam in alium cõmutare & panē elemoſynariũ: oleum: uinũ: legumina & hmõi in re alia eſcibili diſtrahere uel cõmutare. Item elemoſynã pro neceſſitate ĩ[illegible]ruēti depoſitam nõ ſtatim expendere: uel in alia neceſſitate illam expēdere. Itē facere ſibi de elemoſyna cõuētus ꝓuideri: elemoſynam ſibi primo aſſignatã pro aliis futuris neceſſitatibus conſeruare. Nã certum ē infirmos fratres habētes elemoſynas & nõ expendētes ſed neceſſaria a cõuentu recipientes eſſe ꝓprietarios. hec omnia Aluarus. Et ſic tibi pateat quomõ intelligendum ſit.

queſtio. lxxxii.

q Veritur. lxxxii. An fratre moriēte qui elemoſynã pecuniariã depoſitã habebat ꝑlatus eius poſſit illam ſibi aſſignari facere ab eodem fratre? Rñ. Aluarus: ꝙ hoc nullo mõdo põteſt: & ſic faciēdo preuaricator eſt regule. Vñ nec ſibi nec pro cõitate fratrũ retinere eam põt. Et ratio eſt quia ordo nec dum in pecunia in qua nihil habet facere: ſed nec in re aliqua fratri ſuccedit. Pecunia aũt que ꝑ illo fratre depoſita fuerat reddit ad dñm q eam depoſuerat: & quo antea tenebatur: ut in capitulo. Exiit. Et in Clementina Exiui de uerboꝝ ſignifica. Sed ſi nõ inueniatur deponēs aut heres eius illam pecuniã que ſtabat pro frē mortuo habet Diocesanus Eps pro deponētis diſpēſare anima: ſicut habet facere de incertis: quia ipſe eſt & eſſe debet diſpēſator & pater pauperũ ꝑncipalis. xii. q. ii. Sancimus. & c. Cõceſſo. & cap. Quattuor. Alia uero que habebat frater ille ad uſum remanent ordĩs q̄diu reꝝ illarum dator & ꝓprietarius patiatur. quia donator nõ potuit transferre in ordinē proprietatis nõ capacem ēt in cõi proprietatē illaꝝ rerum quã ordini uel fratri ad uſum tm̃ cõcedere potuit uſ ꝗ ad ſue uel ſuoꝝ heredũ bene placitum uolũtatis. Nõ. n. donator potuit uel teſtator facere quin in donatiõe ſua uel legato leges eccleſie & declarationes locum haberēt fratrũ minoꝝ proprietatis incapacium: extra de teſtamētis. Requiſiſti. Vſus aũt illaꝝ rerum diſpenſabitur ꝑ prelatos ordinis fratribꝰ ſicut eis uidebitur expedire: ut in dicta decretali Exiit. hec Aluarus. Sed tanq̄ peregrini & aduene ĩ hoc ſeculo.

queſtio. lxxxiii.

q Veritur. lxxxiii. Quã paupertatem fratres tanq̄ peregrini in hoc ſeculo tenētur obſeruare? Rñ. quattuor Magiſtri: ꝙ paupertatem

perfectã:que cum paupertate ſpiritus nec ſuperfluũ:nec neceſſarium uite tã q̃ proprium retinet ſed ex dei ꝓuiſiõe pendet que paupertas dicitur mẽdicitas. Addit auctor cõformitatum. Atamen ſciẽdum ꝙ nõ eſt mẽdicandũ niſi ad neceſſitatem & nõ ad ſuperfluitatẽ qm̃ ſic eẽt accipe alienũ & ꝑtẽdere humilitatẽ ubi nõ eſt hipocriſis eſt. Adiũgens ꝙ ex priuilegio Gregorii.ix.Innocẽtii.iiii.& Alex.iiii.qđ eodẽ modo incipit. Vobis extremã patientibus ꝑ chriſti noīe neceſſitatem uel paupertatẽ. Fratres poſſunt cõmorari in terris excõicatorum & ab eis petere neceſſaria uite & recipere:quod etiã cõfirmatum eſt in Marimagno Eugenii.iiii.de hoc inuenies infra ĩ littera.h.

Et ſi quis eoꝝ in infirmitatem ceciderit alii fratres.&c.

queſtio.lxxxiii.

q Veritur.lxxxiiii. An fratres teneantur ad hoc ex precepto regule? Rñ. Clemẽs ꝙ ſic. Sed de ꝓuiſione habenda circa infirmos dictũ eſt ſupra queſito.lxiiii.

queſtio.lxxxv.

q Veritur.lxxxv. An gñalis Miniſter & ꝓuinciales poſſint ſibi aliquos caſus reſeruare? Rñ. Auctor cõformitatum:patet ex regula qua ꝑſupponẽdo ꝙ ſic dicit fratribus quid agendum. Vnde gñalis Miniſter in generali capitulo & prouinciales in ꝓuincialibus poſſunt ordinare de quibuſdã caſibus ut ad ipſos ſolos pro abſolutione recurratur:poſſunt ergo determinare q̃ peccata dum fiunt publice recurratur ad Miniſtros pro ipſis & pro q̃bus nõ. Et ſic de occultis. Ceterum Greg.ix.& Innoc.iiii.de q̃bus hic intelligat regula dñt in ſua declaratiõne ꝙ ad peccata publica refertur & nõ ad occulta. Et uult Inno.ꝙ cum peccata prefata fuerint occulta per generalẽ & prouinciales miſtros deputẽtur fratres qui audiãt talium cõfeſſiones:niſi ipſis miniſtris aut cuſtodibus ad eorũ loca declinantibus maluerint confiteri:poſſunt nihilominus miniſtri quando publica ſunt aliis abſoluenda committere ſcđm ipſum Innocẽ. de hoc uidebis infra in littrra.I.&.S.

queſtio.lxxxvi.

q Veritur.lxxxvi. Qui ſunt caſus hodie miniſtris reſeruati ꝓuincialibus? Rñ. Martinus q̃ntus in ſuis conſtitutionibus.c.vii. Sunt hi Peccatũ inobediẽtie cõtumacis: Propꝛietarie reꝝ detẽtionis. Lapſus carnis: Furtum rei notabilis. Iniectio manuũ uiolenta. Falſum teſtimoniũ in iudicio factum. Cõpoſitio uel proiectio aut publicatio libelli fãmoſi. Falſificatõ ſigilli cuiuſcũq; perſone notabilis. Falſa criminatio in infamiã cuiuſcũq;. A q̃bus caſibus ſi frater aliquis miniſtro ꝓuinciali inferior abſq; licentia abſoluere ꝑſumpſerit ipſo facto actibus legitimis ſit priuatus ſiue ſuſpẽſus & ſi legitime fuerit deprehensus carceri mancipetur:hec ibi. Et nota ꝙ hic ponitur ſimpliciter lapſus carnis & nõ tactus ĩpudicus ut in ſtatutis Guilielmi farinerii ponebatur. Ceterum in bulla.S.D.N. Calixti de hoc dicitur. Generalis Miniſter abſolutionem eorum qui uotũ caſtitatis tranſgreſſi ſunt: & in poſterum trangredientur ſi ad eum pro abſolutione acceſſerint per ſeipſum impẽdere poſſit. Et nihilominus pro eodem delicto ad cuſtodes uel uicarios pro-

uinciales dũtaxat eoſdem remittere te neantur & debeāt qui illam per ſe exer ceant nec eam cōmittere poſſint: niſi guardianis locoꝝ delinquētium eorū dem.hec ibi. Sed & in ſtatutis ipſius Guilielmi declaratur ꝙ inobedientia cōtumax eſt qñ quis trina monitione pmiſſa factis cōgruis īteruallis p diem naturalem inobediēs perſeuerat. Subditur ꝙ ſi alicui cōmiſſa fuerit auctori tas abſoluendi a pdictis caſibus a miniſtro & ɔtigat miſtꝝ mori uel ab offō amoueri talis cōmiſſio penes illū cui data fuerat remanet donec miſter in ꝓuincia habeatur. Et nota circa denū tiationē predictoꝝ caſuum facienda p lato. ꝙ Ric. in. iiii. di. xix. ar. iii. q. i. dicit ꝙ ſi peccatū eſt occultū & nō ſperetur correctio nō tenetur frater ſubditus q ſcit hoc premittere monitionem euan gelicam dum uult peccatū prelato de nūtiare. Sed ſi ſperatur correctio: que tñ ſemper ſperāda ē niſi per ſigna ꝓba bilia cōtrarium uideatur: tūc ex precepto diuino debet precedere monitio denuntiationē: nō tñ ſecretam: que ſoli prelato fit maxime qñ denuntians p obediētiam ſui prelati cōpellitur etiā ſi frater per ſecretam monitionē iam cor rectus ſit: quia ualet ad precauēdum a recidiuo niſi p ſigna ualde probabilia & preſumptiones quaſi uiolētas crede retur ꝙ eſſet in piuditiū fame iam cor recti eo ꝙ prelatus non eſt talis qualis eſſe debet quo caſu nō tenetur denun tiare. hec Ricar. cum Alexandro lombardo.

queſtio. lxxxvii.

Veritur. lxxxvii. A quibus caſibus Miniſtri & eoꝝ uicarii & cuſtodes pñt abſoluere ſubditos ſuos & cum eis diſpenſare nec nō & ipſi abſolui a ſuo cōfeſſore & diſpenſari? Rñ. ut ī Marimagno Eugenii. iiii. habetur. Ab oībus ſententiis interdicti aut ſuſpēſionis a iure uel a iudice gñaliter ꝓmulgatis & ab oī irregularitate: niſi ī pdictis adeo enormis exceſſus extiterit ꝙ merito ſint predicti ad ſedē apoſtolicā deſtinādi. Sed & ipſe Eugenius etiā poſtea conceſſit ꝙ ab oībus cēſuris & irregularitatibus: preterq̄ bigamie: homicidii uolūtarii & mutilationis mēbroꝝ. Ceteꝝ de ingredientibus religionem iſtam quō ſimiliter abſolui poſſint habes ſupra. Et adde ꝙ frēs noſtri ordīs nō poſſunt excōicari a platis ſecularibus ut epīs archiepīs & hmōi p priuilegia ordini cōceſſa: niſi ut addunt aliqui ratione delicti ut ſi intrarēt monaſterium aliqđ cā turpiter agendi ꝓpter qđ a ſtatuto ſinodali eſſet excōicationis lata ſnīa. Sed nō ſi cā boni ſimpliciter intrarent uel ignoranter.

Teneantur ſine mora ad ſuos miniſtros recurrere.

queſtio. lxxxviii.

Veritur. lxxxviii. An fratres teneātur ad hoc ut ad pceptū? Rñ. ꝙ ſic quia ubicūq; in regula ponitur hoc uerbū. Tenentur habet uim precepti: ut dicit Clemēs in ſua declaratione. Ipſi uero Miniſtri ſi preſbyteri ſunt. Nota hic ꝙ frēs noſtri ordinis niſi in articulo neceſſitatis urgēte pñt cōfiteri alicui extra ordinē: imo nec fratribus etiā ipſius ordīs ſacerdotibus ſine licētia ſuoꝝ prelatoꝝ: ut dicit Bonifacius. viii. in ſuo Marimagno. Articulus aūt neceſſitatis ſcđm Auctorē cōformitatū eſt quū uidelicet deficerent ſacerdotes in ordine. Statuta quoq; ge-

neralia.ſ. Guilielmi farinerii ponũt ꝙ
ſinguli frẽs de cõſcia guardiani ſui ſu-
os habeãt confeſſores qbus bis ad mi
nus in ebdomada cõfiteãtur. Ab excõi
catione uel ꝑ iniectione manuú uio-
lenta poſſit cuſtos abſoluere uel guar
dianus ſi cuſtodis p̄ſentia infra triduũ
haberi minime poſſit: hoc tamen tam
priuilegiũ ꝙ̃ ſtatutũ nõ intelligitur de
iniectione atroci uel de iniectione ſub
diti in prelatũ. Nullus incarceretur: ni-
ſi ꝑ manifeſto & enormi exceſſu ut ꝑꝑ
lapſum carnis. Inobediẽtiam cõtuma-
cẽ. Perfidiã hereſis. Furtũ rei notabilis
& in ſimilibus. Sed quicũqꝫ incarcera-
tur eo ipſo oĩbus actibus legitimis ſit
priuatus. Et liberatus nõ ꝓpter hoc in
telligitur reſtitutus ad eos: niſi hoc bñ-
ficiũ ei explicite ĩpẽdatur. Si frater ali-
qđ fecerit ꝓpter qđ merito penã carce
ris debeat ſuſtinere: Cuſtos uel guardi
anus uel eoꝶ uicarii de cõſilio diſcre-
toꝶ poſſint eũ detinere ſiue ſit eorum
ſubditus ſiue nõ donec ꝑ miſtrũ qđ ſit
agẽdum de tali fuerit diffinitũ. hoc aũt
intelligimus: qñ cõmiſſus exceſſus eſt
rei euidẽtia manifeſtus. Quicũqꝫ frater
p̄latoꝶ: principũ: gñalis uel ꝓuincialiũ
miniſtroꝶ litteras malitioſe ꝑ ſe uel ꝑ
alium aperuerit ſuſpẽſus ſit ab oĩ actu
legitimo ipſo facto. Et cui hec pena nõ
cõpetit ꝓbationis caputio puniatur: &
hoc intelligitur tã de litteris quas ipſi
aliis mittũt ꝙ̃ de illis ꝙ̃ eis ab aliis mit
tuntur. Nec releuẽtur niſi ꝑ ꝓuincialẽ
miniſtrũ uel generalẽ: ſi fuerint gñalis.
Predicte aũt pene ſubiaceat q p̄latoꝶ
ſiue ſuperioꝶ litteras ipſis miſſas lege
re uel apire diſtulerint malitioſe: & qui
retinuerint uel aperuerint uel reddere
diſtulerint litteras miſſas ſotiis gñalis
uel ꝓuincialium miniſtroꝶ ſeu miſſas
ab eiſdẽ. Quicũqꝫ frater quãcũqꝫ pſo-
nã falſo & ſciẽter infamauerit in occul
to nõ niſi a miſtro uel cuſtode poſſit
abſolui. Si uero in publico nõ abſolua
tur niſi a miſtro. Nec aliqs iſtoꝶ a p̄di
ctis abſolui ualeat: niſi primo ꝓut po-
terit reſtituat famã infamate pſone. Si
aũt de ueris publice ĩfamauerit ipſum
puniatur ad arbitriũ miſtroꝶ. Quicũqꝫ
etiã frater ſcripto uel ſigno uel v̄bo ſci
enter peccatũ in cõfeſſione detectũ re
uelauerit ſi legitime fuerit dep̄henſus
carceri mãcipetur. Nullus inſuꝑ frater
habẽs in ordine offitiũ aliqđ p̄lationis
ſi cũ notabili ſcandalo apoſtatauerit re-
ſtituatur in ꝑpetuũ abſqꝫ diſpẽſationis
beneficio gñalis miſtri. Si frater contra
fratrẽ minabitur in pſona uno menſe
ĩpoſitũ ſibi ꝑ miniſtrũ uel cuſtodẽ por
tare ꝓbationis caputiũ teneatur. Si ue
ro manũ leuauerit uel aliqđ ad percu
tiendũ acceperit contra fratrẽ ꝓbatio-
nis caputiũ tribus menſibus ĩponatur
per alterũ predictoꝶ. Si aũt non grauit
ꝑcuſſerit predictã ꝓbationem portet ꝑ
menſem ꝑ miniſtrũ ĩpoſitã. Sed ſi gra-
uit ꝑcuſſerit uel ad ꝑcutiendũ grauit
lapidem uel aliud eduxerit: & etiam
qui arma portauerit uel in cella uel
alibi detinuerit pena carceris pũiatur.
Quod ſi frater fratrẽ uel ſecularẽ enor
miter ꝑcuſſerit uel mutilauerit uel ali-
cui uenenũ dederit carceri perpetuo
mancipetur. Et eidem ſubiaceat q pre
dicta uel ſimilia per alium fieri fecerit
uel ꝓcurauerit uel ad hmõi faciẽda in
uentus fuerit machinari. Qui per ma-
litioſam concordiã ſeu ꝑ conſpiratio-
nem aduerſus aliquem & maxime ſu-
periorem ſe erexerit omnibus offitiis

ordinis & omni actu legitimo ſit priuatus quouſq; poſt ſatiſfactionem cõdignam per generalem uel prouintialem miniſtrum fuerit reſtitutus. Nõ intelligitur malitioſa concordia quando ſubditi uolunt generali uel alteri ſuo prelato aliquid intimare.hec in ſtatutis Farinerii.Que ideo poſita ſunt hic quia Martinus qntus in.io.cap.ſuarũ conſtitutionum uocat hoc cap.vii.Gulielmi farineri.Et caueant ne iraſcãtur id eſt cord contriſtentur:uel conturbẽtur.i.uerbis turbatoriis irritentur prelati contra peccantes:quia dulciter benigne:& miſericorditer debent eos recipere & tractare :'cum predictis.n.non oſtenderent dilectionem:unde ſubditur. Impediunt charitatem.ſ.fraternã.

Vniuerſi fratres unum de fratribus iſtius religionis teneantur.&c.

queſtio.lxxxix.

q Veritur.lxxxix. Qualiter ellectio generalis miniſtri ſit celebranda.Ad quod Rñdet Martinus quintus in ſui conſtitutionibus q; a miniſtris & cuſtodibus in capitulo penthecoſtes:ut regula dicit. Ipſi autem ellectores talem in tanta religione ſtudeant habere paſtorem qui ſciẽtia:moribus:uita:& exemplo:magiſ ualeat prodeſſe q̃ ambitioſe preeſſe oui bus ſibi commiſſis oĩ poſtpoſito amore:odio:timore:prece:pretio & rãcore. Quod ſi ſecus factum fuerit ellectio nulla ſit & ellectoreſ uoce actiua & paſſiua perpetuo ſint priuati. hec ibi. Sed nota q; Gregorius nonus .Innocentius quar.Nicolaus tertius & Clemens quintus:dicunt q; pro una quaq; prouintia ſolum cuſtos unus accedat qui ab aliis cuſtodibus prouintie eligatur: cui uices ſuas committant quãtum ad ellectionem generalis miniſtri.Et Bonifatius ĩ ſuo Marimagno dicit. Quia cum fratres de remotis partibus oporteat ad huiuſmodi ellectionem conuenire tempus a iure ſuper hoc ſtatutũ non currit:nec ipſi in hac parte a iuris regulis coarctãtur , Itemq; eo ipſo q; ſunt ellecti.i.ellectionis decretum pronuntiatum uerus generalis abſq; alia confirmatione habeatur.hec Bonifatius.& Eugenius in ſuo Marimagno. In bulla uero Calixti tertii additur.Ordinamus q; & cuſtodes ſeu uicarii de obſeruantia nuncupati ĩ eodẽ gñali capitulo ad ellectionem generalis miniſtri uocem actiuam tm̃ habeant.

queſtio.xc.

q Veritur.xc.An generalis miniſter poſſit immutare: ea que p ipſum & generale capitulum ſunt ordinata? Reſpondet Martinus quintus:ubi ſupra q; non iuxta declarationem quattuor Magiſtrorum in his que tangunt regule puritatem ſine aſſenſu capituli generalis. Item q; ipſe generalis nullam exactionem pecuniariam facere poſſit neq; pro confirmatione miniſtrorum:uel uiſitatione prouintiarum uel uiagio uel ueſtiario uel litteris offitiorum aut ſuffragiorum ſiue quacũq; occaſione uel colore queſitis.Quod ſi ſecus fuerit attentatum ipo facto offitio ſuo ſit priuatus nec teneantur fratres ulterius ſibi obedire.Et ſi exinde in poſterum offitium generalatus preſumpſerit retinere ipſo facto ſit priuatus :infamis:& inhabilis ad quecunq; offitia:honores:& dignitates tam in ordine q̃ extra ordinẽ hec Martinus.

queſtio.xci.

q Veritur.xci. Qualit̃ electio Vicarii uicarioꝝ fratrũ de obſeruãtia nũcupatoꝝ fieri debeat? Rñ. ut habetur in p̃fata bulla dñi pap. Calixti.iii.ubi ſic dicitur. Oẽs cuſtodes ſeu Vicarii ꝓuinciaꝝ eiuſdẽ familie & diſcreti ad capitulũ generale teneãtur accedere. In quo poſtq̃ Vicarius uicarioꝝ offitio uicariatus ceſſerit p̃fati cuſtodes ſeu uicarii & diſcreti preſidente generali a ut aliquo ab eo deputato ſi ipſe intereſſe noluerit: aſſũptis duobus ſcrutatoribus ex numero uocaliũ alioꝝ uota ſcrutẽtur & tres ex eiſdẽ fratribus de obſeruãtia nũcupatis nominẽt quoꝝ unum generalis miſter in uicarium uicarioꝝ ſeu cuſtodũ de obſeruantia inſtituat. Qui ſic inſtitutus uel cõfirmatus teneatur hm̃oi inſtitutioni uel cõfirmationi cõſentire nec poſſit ſine cauſa uel iuſto ĩpedimẽto renuntiare. Et ſi forſitan aliqua cõtrouerſia circa nominationẽ: inſtitutionẽ: uel cõfirmationẽ hm̃oi oriretur nõ nominet in eodẽ capi. alius ab eiſdem fratribus de obſeruãtia dictis qui preſit & faciat ea que incũbunt quouſq; cõtrouerſia huiuſmodi ſopiatur. Prefatus uero ĩſtitutus poſtq̃ acceptauerit: Generalis p̃dictus cõmittat illi plenarie uices ſuas & nihilominus eãdem auctoritatẽ & poteſtatẽ in fratres de obſeruãtia nũcupatos habeat q̃ dictus gñalis. In qua qdẽ electione: nominatione: uel cõfirmatione celebranda ſi uocales deficerent ad nominationem predictorum trium ſuppleantur ex p̃fatis fratribus de obſeruantia nũcupatis. hec ibi.

queſtio.xcii.

q Veritur.xcii. Qualiter cuſtodũ ſeu uicarioꝝ de obſeruãtia nũcupatoꝝ ellectio facienda ſit? Rñ. idem in eade bulla ꝙ miniſtri prouinciales p ſeipſos uel eis legitima cauſa ĩpeditis ab ipſis deputati ellectioni uicarioꝝ uel cuſtodum ꝓuincialiũ de obſeruãtia nũcupatoꝝ ĩtereſſe poſſint qui una cum duobus ſcrutatoribus de numero uocaliũ eligendis uota aliorũ ſcrutentur. Et qui in maiori parte: fuerit noĩatus & ellectus uicarius ſeu cuſtos per eoſdẽ miſtros prouinciales in ſingulis ꝓuinciis cõfirmetur & nihilominus ſit & pro tali habeatur. Et ſi aliqua controuerſia ſuborietur. Interim unus elligant ab eiſdẽ in ipſo capitulo q preſit & alia faciat que incũbũt & de aliis nullatenus ſe ĩtromittat. Guardiani uero inſtituti in congregationibus ꝓuincialibus p̃dictoꝝ fratrũ de obſeruantia nũcupatoꝝ legantur in tabula prouincialiũ capituloꝝ. Similiter autẽ cõfeſſores & p̃dicatores in cõgregationibus prefati electi in eiſdem ꝓuincialibus capitulis confirmẽtur. hec ibi.

Teneantur predicti fratres quibus ellectio data eſt in nomine dñi alium ſibi eligere. &c.

queſtio.xciii.

q Veritur.xciii. Quibus ex cauſis Miniſtri & cuſtodes teneantur eligere aliũ ordĩs gñalem? Rñ. Auctor cõformitatũ ꝙ duabus de cauſis. Prima eſt ꝓ inſufficientiã pſone dũ dicitur in regula p̃dictũ miſtrũ nõ eſſe ſufficiẽtẽ ad ſeruitiũ. Scda ẽ ꝓpter infirmitatẽ uel aliã ĩpotẽtiã qbus non poſſet uiſitare uiſitãda. Et hoc oñdit̃ regula cum dicit. Et cõem utilitatem fratrũ: uel etiã cõis utilitas fratrum eſt: ut

nõ ſit onerоſus fratribus in expenſis.

Fratres nõ predicẽt in epatu alicuius epi cũ ab eo illis fuerit cõtradictũ.

questio.xciiii.

q Veritur.xciiii. An frẽs per p̄dicta uerba intelligãtur phiberi p̄dicare:in tota dioceſi alicuius ep̄i?Rñ. Auctor cõformitatũ q̄ nõ ſed intelligitur in eccleſia cathedrali: qa frẽs in locis ppriis & monaſteriis ſoroꝝ in aliqua dioceſi cõſtitutis contra epoꝝ uelle & clericoꝝ poſſunt p̄dicare uerbũ dei.Niſi ep̄s ipſe actualiter p̄dicaret & ratio eſt: quia loca noſtra & monaſteria ſoroꝝ ſunt exẽpta a cuiuſcũq; iferioris dñi Pape iuriſdictiõe.De hoc in Clemẽ. Dudũ de ſepult.in.§.ppterea:dicitur.Auctoritate apoſtolica cõſtituimus ut dictoꝝ ordinũ fratres .ſ.p̄dicatores & minores in eccleſiis & locis eoꝝ ac in plateis cõibus libere ualeant clero & populo predicare hora illa dũtaxat excepta in qua locoꝝ prelati p̄dicare uoluerint uel corã ſe facere ſolẽniter predicari in qua p̄dicare ceſſabunt.Addit Martinus in ſuis cõſtitutionibus.c.ix.Nullus frater in alienis eccleſiis audeat p̄dicare ad ſcandalũ & dedecus ordinis niſi in his terris ubi pro tpe fuerit cõſuetum ut in quadrageſima: pceſſiõibus: & huiuſmodi & tunc nec ſine licẽtia prelatoꝝ ordis. Nec predicent materias que ſcandalũ poſſent ueriſimiliter generare.

Et nullus fratrũ populo penitus audeat predicare niſi a miſtro gñali.&c.

questio.xcv.

q Veritur.xcv.Quis ĩ ordine habeat ĩſtituẽdi predicatores auctoritatẽ?Rñ.Martinus in ſuis cõſtitutionibus: q̄ generalis miſter ac prouinciales in puĩcialibus capitulis & illi qbus per generalem miſtrũ hoc fuerit cõmiſſum.Sed & miſtri poſſunt cõceſſam licẽtiam p̄dicandi reuocare ſuſpẽdere & arctare quotiens & qñ eis uidebitur expedire.Ceteꝝ prefati quibus hec auctoritas inſtituendi predicatores cõmittitur nullum admittere debent niſi extiterit admittendus. Sacerdos uel dyaconus:adminus.xxv.annorum: cõpetẽtis litterature: uita & moribus cõprobatus.Sed ſi quis predictoꝝ predicator inſtitutus auſus fuerit predicare cõtra ſtatum:honorẽ: dignitatẽ & eccleſiaſticam libertatẽ:ipſo facto p̄dicationis offitio & omni actu legitimo ſit priuatus:qui ſi poſt predictam priuationẽ preſumpſerit predicare per ſuos p̄latos omni appellatione poſtpoſita incarceretur qui prelati ſi in predictis fuerint negligẽtes in eãdem penã ſe nouerint incidiſſe niſi legitima cauſa de ĩpotẽtia ſe ualeant excuſare.Sup quos predicatores delinquẽtes ordinarii locoꝝ plenã iuriſdictionem habeãt puniẽdi & incarcerandi ſine aliquo pceſſu ad quod cũ opus fuerit inuocare ualeant brachium ſeculare.hec ibi. De hoc require in littera R

questio.xcvi.

q Veritur.xcvi. An frẽs tuti ſint per priuilegia ĩpetrata a ſummis Pontificibus uidelicet Innocẽ.iiii.Nico.iii.Alexan.iiii.& Martino.v.q̄ alius a miniſtro inferior gene

tali poſſit ꝑdicatores inſtituere:ut nūc proximo queſito patuit? Rñ. quattuor Magiſtri. Nō uidetur in cōſcientiis ſecurum a regula quā uouerunt recedere per aliqua priuilegia īpetrata. Nec occurrit ꝑpter que priuilegia impetrata cōtra articulum receptionis & predicationis debeant tollerari niſi quia per illam relaxationem nihil corporale nihilq̧ tēporale religioni accreſcitur ſed ſolum ꝙ ſimpliciter & pure eſt ſpirituale. hec illi. Secūdū Aluarū de his priuilegiis ꝙ ſint omnino cōtra regule puritatem uide ſupra. Sint examinata & caſta eoꝝ eloquia: ne uidelicet ſint erronea uel incauta. Et honeſta. i. nō fabulis peccatoꝝ poetaꝝ admixta. Et caſta. i. ne ſapiant īmunditiam & uanitatem. Ad edificationem populi. ſ. p uite exēplaritatem quia plus mouent exēpla. i. facta q̄ uerba. hec Auctor cōformitatum.

questio. xcvii.

q Veritur. xcvii. Quō quis intelligatur ſuſpendi ab omni actu legitimo uel ſentētiā excōicationis aut priuationis incurrere. Rñ. Vt in ſtatutis Guilielmi Farinerii. Vbicūq̧ in ſtatutis pena excōmunicationis: ſuſpēſionis: & priuationis imponitur nolumus fratres ad illas ligari niſi ſcienter & ex deliberatione cōtrarium facientes. Et ubicūq̧ ſub modo cōminationis predicte pene exprimuntur: nec ponitur a quo debeant infligi intelligitur ab eo corā quo legitime probatur exceſſus correctio pertineat ad eūdem. In priuatione uero offitiorum ordinis intelligitur priuatio prelationis: predicationis: confeſſionis: lectionis: diffinitionis: uiſitatiōis: electionis ad capitulū pro diſcreto. In priuatione uero actuum legitimorum nolumus ꝙ intelligatur priuatio executionis ordinum uel teſtificationis in iudicio niſi hoc ſpecialiter exprimatur. Et infra ſubdunt. Quilibet miniſter prouicialis habeat ordinariam iuriſdictionem auctoritate generalis excōmunicandi: capiendi & incarcerandi ac pena alia puniēdi. Idem poſſunt cuſtodes & guardiani ī caſu neceſſitatis. Et fratres alii habeant auctoritatem apoſtatas ſiue ſue ſiue alterius prouincie noſtri ordinis capiendi. Nec permittāt miniſtri & cuſtodes apoſtatas ſiue ſue ſiue alterius prouincie in ſcandalum ordinis euagari. Nec ullus apoſtata iuxta mandatum domini pape uolens redire ad ordinem repellatur: tamen ſalua ordinis diſciplina recipiatur. Sed peſtilentibus in ordine profeſſis prouideatur de remedio tranſlationis de cuſtodia in cuſtodiam: intimando fideliter eorum conditiones ubi mittūtur ad cuſtodias per miniſtrum prouincialem uel per generalem quādo ex hoc ipſe qui hoc ſolum poteſt tranſmittit de prouincia ad prouinciā hec habentur in. vii. capitulo ſtatutorum Guilielmi Farinerii quod capitulum confirmat ſeu uocat Martinus. v. in. io. capitulo ſuarum cōſtitutionum. Sed in bulla. Sanctiſſimi. D. N. Calixti additur ad ꝑdicta. Sic uolumus ꝙ miniſter generalis & uicarius uicariorum attente caueant ꝙ nulli fratrum conuentualium uel de obſeruantia nuncupatorum diſcurrendi uel euagandi per prouincias licentiam concedant abſq̧ ratiōabili cauſa & euidēti

neceſſitate. Super quo conſcias eorum oneramus etiam ſub pretextu aliquaꝝ indulgentiaꝝ. Quod ſi littere conceſſionum huiuſmodi aliter q̄ cauſa & neceſſitate ac ſimilibus reperirentur ille ſint nullius roboris uel momēti & Paulo ſupra dicitur. Volumus ꝙ nullus frater de obſeruantia de loco ad locum admoueatur ſed in eo potius ad famulandum altiſſimo quieta mente foueant prout in conſtitutionibus Martini qnti dicitur contineri. hec ibi.

questio. xcviii

q Veritur. xcviii. Quomodo fratres de obſeruantia nuncupati poſſint tranſire ad cōmorandum in conuentu uel econuerſo conuentuales ad fratres de obſeruantia? Rn̄deo ut ponitur in bulla prefati Calixti tertii. Nullus fratrum conuentualium abſq; licentia generalis miniſtri: uel prouintialium ſaltem petita tranſeat ad loca de obſeruantia uel econuerſo. Nullus de obſeruantia etiam legittima ſubſiſtēte cauſa ad loca ſeu cōuentus fratrum conuentualiū ſine ſpetiali licentia uicarii uicarioꝝ ſeu ꝓuintialium uicarioꝝ petita & obtenta licentia excepto euidenti ſue ſalutis periculo: poſſit accedere prout dicitur in conſtitutionibus Martini qnti contineri ſub priuationis offitioꝝ que obtinent & inhabilitationis ad quoſcūq; actus legittimos exercendos. Et ſi quis prelatoꝝ aut fratrum tam conuentualium q̄ de obſeruantia: aliquē fratrem fugitiuum receperit ab offitio cui preeſt ſuſpēſus & ad actus legittimos exercendos inhabilis fiat eoipſo. Adiicientes ꝙ ipſe fugitiuus a ſuo prelato ubicūq; repeti aut ꝓ crimine leuitate aut alia ſue fruge cauſa corrigi & pūiri poſſit qui ſi poſtq̄ punitus & correctus fuerit recedere uoluerit petere debeat licentiā prout ſuperius ennarrant. Nec de cetero aquouis fratrum de obſeruantia repeti poſſit niſi conſtiterit eū ad frugem uite melioris redire uoluiſſe. Si quis autem prelatorum. ſ. conuētualium ſuper requiſitionem huiuſmodi requiſitus illam facere noluerit ſuſpenſionis et iinhabilitationis ſententiam incidat ipſo facto.

Fratres qui ſūt miniſtri & ſerui aliorum fratrum uiſitent & moneāt. &c.

questio. xcix.

q Veritur. xcix. Quomodo intelligatur ꝙ miniſtri aliorum fratrum ſcd'm regulam debeant ſubditos ſuos corrigere? Rn̄det Auctor conformitatum noīe ſerui exprimit. b. Franc. ꝙ miniſtri non habent ſup ſubditos dn̄ium nec dn̄i ſunt cēſendi: ſed debent eſſe ſerui fratrum & miniſterio ſeruientes & utilitate: unde. b. F. in prima regula poſuerat ꝙ ſi quis miniſter cui aiaꝝ cura cōmiſſa erat aliquē fratrem perderet ob eius culpam & malum exemplum opportebat eum de illo reddere rationem coram dn̄o Ieſu chriſto. Viſitēt & moneāt frēs ſuos. &c. Debet igitur miniſter uiſitare & uiſitādo uidere ſi aliqd deficit fratribꝫ eiſq; ſubuenire. Item ſi quid contra regulā & ordinationes eſt cōmiſſum & hoc tā publice q̄ priuate ſcire conetur. Et hoc ut ſciat quid agendum ſit erga ſubditum quem ſi cognoſcat non decēter agere moneat quū ſicut. b. F. dicit: quia prelati non ſtatim debent ut cognouerint defectuoſum penitentia illum detegere uel ꝑcutere: ſed iuxta euangeliū

inter ſe & ipſum humiliter & benigne monere ut ommittat q̄ agit & ad uirtuoſa agenda reſurgat. Sed ubi monitio non ualeret: dicit.b.F.corrigāt eos que uidelicet correctio fiat non uerbis exaſperatoriis ſed humilibus & charitatiuis: q̄a ut fratrem lucretur debet dū eum arguit contumeliam dimittere & ſibi compaſſionem oſtendere & clemētiam: non tñ ōmittēdo iuſtitiam: & ſic cum miſericordia eū corrigat. De hac uiſitatione miniſtrorum dicit Martinus quintus in ſuis conſtitutionibus quod fieri debeat iuxta tenorem capituli.vii. Gulielmi farinerii in ſuis conſtitutionibus ubi dicitur. Quum uiſitatur prouintia regula & conſtitutiones ad uiſitationem hmōi facientes in uulgari diligenter exponātur ne ſimplicibus fratribus ignorantia ſit occaſio delinq̄ndi. Nulluſq̧ miniſter prouintialis abſoluere poſſit a penitentia quā impoſuit uiſitator & cuſtos a penitentia quā impoſuit miniſter & guardianus quā impoſuit cuſtos nec aliquis inferior a penitentia quā impoſuit guardianus. Diſtricte per obediētiam inhibemus ne pſone accuſantes accuſatis uel aliis aliquo modo reuelentur ſcienter & maxime de nominibus accuſantium miniſtrum inhibemus niſi de crimine accuſati in ſua excuſatione petierint a ſuo ſuperiore ſibi accuſantis & teſtium nomina reuelari. Et qui cōtrarium fecerit reuelando uidelicet uel etiam inqrendo: non poſſit niſi per miniſtrum prouintialē abſolui uel ab eo cui ipſe hoc particulariter cōmiſerit. Superiores uero.ſ.miniſtri: cuſtodes: & guardiani: ſi in inquirendo uel reuelando contrarium fecerint nec nō & ſubditi accuſatores īfra ſex mēſes.xv.diebꝰ ī pane tm̄ & aqua per totam diem ſine diſpenſatione ieiunare per obedientiam teneātur aliter eorum abſolutio ſit inanis. hec ibi.

queſtio.ioo.

q Veritur.ioo. An frater qui ſolus ſcit defectum culpe mortalis ſui fratris teneatur illū ſuo prelato reuelare? Rn̄deo ut habetur in vii.cap.ſtatutorum Gulielmi farinerii. Teneantur fratres exeuntes per obedientiam in reditu ſuo ſecrete ſuo guardiano exceſſus ſuos notabiles intimare. Et ſi unus frater exceſſus alterius per duas uias ſciuerit: utputa per confeſſionem & alium modum. nō per hoc minus tenetur ut predicitur dicere guardiano & etiam alteri ſuo ſuperiori ab eo per obedientiam requiſitus & ſi taceret inobedientie crimen incurreret. Et ſi quis contrarium aſſeruerit & correctus reuocare noluerit omni actu legittimo priuetur. Item dogmatizare quod frater qui fratrē de aliquo exceſſu corripit ſecundum normam euāgelicam in occulto non tenetur dicere ſuo prelato q̄uis ab eo per obedientiam requiſitus. Similiter & quādo aliqui ſunt ſotii in crimine non tenetur alter alterū reuelare ſuperiori ſuo qui poteſt & debet pdeſſe & animarum periculis precauere ex ſententia totius capituli generalis diffinitum eſt hanc doctrinam eſſe peſtiferam. Et qui taliter dogmatizauerit & tenuerit priuatus ſit ipſo facto libris & omni actu legittimo: qui ſi poſt talem penitentiā ſe non correxerit incarceretur. De hoc etiam uide ſupra queſito.lxxxvi.

queſtio.ioi.

o

q Veritur.ioi.Cui pene ſubiaceat accuſans qui exceſſum a ſe propoſitum contra fratrem coram prelato probare non poteſt? Rñ. ut ibidem dicitur.Nullus frater aliquē de aliquo crimine accuſet in publico cuius ueritas uel fama probari nō poteſt qui uero contrarinm fecerit eidem pene ſubiaceat que infligi deberet accuſato ſi conuictus fuiſſet.Dicimus ãt accuſantem qui coram ꝓlato obligat ſe per teſtes aliquos idoneos ad ꝓbandum aliquid.Idem fit de eo qui ſcienter accuſat aliquem de aliquo de quo fuerit ſufficienter correctus. Si uero in probatione infamie de qua tunc accuſat defecerit pro culpe mō puniatur.

queſtiō.ioz.

q Veritur.ioz. Qua pena frater puniatur qui ſcienter & falſo contra alium fratrem uel aliã perſonam de aliquo crimine corã quocūq; prelato uel uiſitatore depoſuerit uel ad hoc faciēdum induxerit uel reuocauerit falſo uel ad reuocãdum induxerit ꝙ uere depoſuit? Rñdeo ut ibidem dicitur ipſo facto ſententiam excōmunicationis incurrit nec poſſit niſi per miniſtrum prouintialem abſolui ita dūtaxat ꝙ prius ſatiſfaciat prout ſibi poſſibile fuerit in forma ſcd'm quã depoſuerit uel reuocauerit publice uł occulte.hec ibi. Sed nota ut ſuperius dictum eſt: ꝙ excōicatio hec ac cetere iſtorum ſtatutorum Gulielmi ſublate ſunt per Martinum quintum ſed non mortale peccatum cum predicta ſint contra legem diuinam.

queſtio.ciii.

q Veritur.ciii.Ad quem pertinet abſolutio reuelantium nomĩa accnſantium? Rñdeo ut habetur ibidem Inhibemus ne perſone accuſantes accuſatis uel aliis aliquo modo ſcienter & maxime de noībus accuſantium miniſtrum reuelentur.Itē prohibemus accuſatis ne ſcienter de noībus accuſantium ſe inquirant niſi cum quis de crimine accuſatur & petit accuſantium ſibi noĩa reuelari.Et qui cōtrarium fecerit reuelãdo uel etiam inquirendo non poſſit abſolui niſi per miniſtrum. Superiores uero.ſ.miſtri cuſtodes & guardiani ſi inquirendo uel reuelando contrarium fecerint nec non & ſubditi accuſatores eorum reuelantes eiſdem infra ſex menſes.xv. diebus in pane tantum & aqua per totã diem ſine diſpenſatione ieiunare per obedientiam teneãtur: aliter eorum abſolutio ſit inanis.hec ibi.

queſtiō.ciiii.

q Veritur.ciiii. Quem ordinem debet habere miniſter generalis dum uiſitat prouintias? Rñdet Martinus.v.prout Benedictus.iz. ordinauit in ſuis cōſtitutionibus cap. ſeptimo.ubi dicitur ꝙ generalis teneatur uiſitare totum ordinem infra.x.annos exceptis tribus ꝓuintiis uidelicet Hybernie.Grecie.& Terre ſancte. Ad quas uiſitatores idoneos mittere debeat de conſilio generalis capituli. Et poſtq̃ dictus generalis unam prouintiam uiſitauerit ad eam amplius non reuertatur donec alias uiſitauerit: niſi aliquis caſus arduus aliud exegerit tamen poſtea reaſſumat eundem ordinem uiſitandi ceſſante cauſa propter

quā eum interruperat.hec ibi.

Vbicūq; ſunt fratres qui ſcirent & cō gnoſcerent ſe non poſſe regulam ſpiritualiter.&c.

questio.cv.

Veritur.cv.Quomodo intelligatur regula ſpiritualiter obſeruari non poſſe? Rñdet Martinus quintus in ſuis conſtitutionibus quādo loco eſt annexa proprietas:uel animarum cura:pueros baptizandi & alia parochialia faciendi:aut quia domino reclamante fratres morantur in loco ubi eſt annexa proprietas aut q̄a propter neceſſariorum penuriā oportet eos in congregationibus & queſtis inhoneſtis cōtra regule puritatem & uſum ordinis generalem accedere:aut propter ſotietatem inhoneſtam & inſupportabilem preſertim rudibus & infirmiſ:pro huiuſmodi cauſis fratres debeant & poſſint recurrere ad miniſtrū uel ad miniſtros qui eos pie ab illis debeant remoueri & in locis deuotis & ſpiritualibus collocare hec Martinus. Sed quattuor Magiſtri dicunt ſpiritualiter non poſſe regulam obſeruare:poteſt intelligi aut non poſſe ſeruare regulam ſecundum ſuum rigorem ſiue ſecundum ſuam puritatem uel ſine occaſione ad peccatum.hec illi. Miniſtri charitatiue & benigne eos recipiant. Charitas ſit i facto:benignitas in actu & uerbo & ideo familiariter ſe habeāt circa tales frēs ad eos recurrētes ut de ipſis poſſint agere ut domini agunt de ſeruis ſuis.Nam ſic debet eſſe q̄ miniſtri.&c.Neq; enim ex tali ſeruili condeſcenſione prelati auctoritas minuit ſed augetur iuxta illud Qui ſe humiliat exaltabitur.Et non curent neſciētes litteras litteras diſcere: id eſt non preſumāt ultra eorum uocationem: hec Auctor conformitatum.Sed hoc ultimum exponit dominus Io.de picano regule expoſitor frater noſtri ordinis & Epiſcopus cantuarieñ.Et non curent neſcientes litteras:quū ad ſtudia per prelatos non mittuntur.

Precipio firmiter fratribus uniuerſis ne habeant ſuſpecta.&c.

questio.cvi.

Veritur.cvi.Quomodo hoc intelligatur? Reſpondeo ut dictum eſt ſupra queſito .xxiii. Et ne ingrediantur monaſteria monacharum.hoc exponit. Martinus quintus & habetur in capitulo Exiit de uerborum ſignificatione lib.vi.ubi dicitur.Quod frībus per p̄dicta uerba: regula uult prohibitum eſſe ne ingrediātur monaſteria monacharum quarumcunq; monialium intelligens nomine monaſterii:domos:uel officinas interiores pro eo q̄ ad illa loca ubi homines ſeculares conueniunt poſſunt illuc fratres cauſa predicationes uel elemoſyne petende accedere cum licentia tamen ſuorum prelatorum exceptis mōaſteriis ſancte Clare ad que nulli datur accedendi facultas ſine ſedis apoſtolice licentia ſpetiali.Sed papa Martinus.v.addit. Si frater aliquis ſine miniſtri licētia aliquod monaſterium intrare p̄ſumpſerit ipſo facto carceri mācipetur:& diligēter miſtri attē

dant ꝙ moniales ſibi commiſſe debi-
tam clauſurā ſeruent tam fratrū q̄ ſecu
larium acceſſus compeſcendo ſub in
terminatione maledictionis eterne.Et
ne fiant compatres.&c.Si qs frater cō-
trafecerit carceri mancipetur. Idē Mar
tinus quintus.

Si qui fratrum diuina inſpiratione
uoluerint ire inter ſaracenos.c.xii.&c.

queſtio.cvii.

Q Veritur.cvii.Quomodo intel-
ligatur idoneitas illoꝝ q mitti
debent inter ſaracenos ſiue in
fideles?Reſpon.Auctor conformitatū
ꝙ idoneitas attendenda eſt in littera-
tura:in perſone ſanctitate:religioſitate
& uita ac fidei zelo & feruore:mūdi &
ſui pfecta abnegatione: & ſic de aliis.

Petant a domino papa unū de ſan-
cte Romane eccleſie Cardinalibus.

Hic Cardinalis ꝓtector ordinis ex
determinatione Gregorii.xi.Nō habet
ſe de ordine impedire niſi in tribus ca
ſibus ī regula expreſſis.Primo ſi cōmu
nitas ordīs pedibus ſancte eccleſie ue-
ra obediētia nō eſſet ſubiecta. Scd̄o
Si n̄ eēt ſtabilis ī fide catholica. Ter
tio.Si regulam fundatam in euāgelio
chriſti a nobis promiſſam nō ſeruarēt
tunc poteſt ſe de ordine intromittere.
Aliter nō:imo quicūq̄ uteretur aliqua
gratia a protectore ei conceſſa.Domi
nus papa priuat eum gratia predicta
& actibus legitimis: ut patet in bulla
ordini data & conceſſa.hec Auctor cō
formitatum.Addit Martinus q̄ntus in
ſuis conſtitutionibus ꝙ ſi ꝓcurator or
dinis in curia romana aliquid exigat
uel extorquere p̄ſumat a fratribus ad-
uenientibus ipſo facto ſuo offitio ſit p̄
uatus: & ſic eſt finis huius operis.

Et altiſſimo Deo laus & gratia in ſem
piternum:qui mihi minoꝝ omniū mi
nimo conceſſit ut opuſculū hoc mul-
tis quidem non inutile ex ſummorum
Pontificum & egregioꝝ noſtri ordinis
doctorum dictis breuiter abſoluerem.

Deo gratias.Amen.

A

Q Veritur An profeſſo in ordi-
ne.ſ.in hac religione liceat ad
aliam tranſire?Reſpōdet Vber
tinus ſuper uerbis predictis.Ex hoc ui
detur ꝙ magnum periculū animarum
ſit ꝙ ſic paſſim dimiſſorie littere ꝓfeſ-
ſis hanc regulam cōceduntur. Et ani-
marum ſalus uidetur negligi in eiſdē.
Patet hic ꝙ beatus Franciſcus intēdit
profeſſionem regule ſue:ſic alte cōpre
hendere perfectionem euāgelicam ꝙ
omnis alius ſtatus regularis inferior
ſit iſto & exire de iſto & ad alium ire ſit
retro aſpicere & ineptum fieri regno
dei.hec Vbertinus.Cui cōcordat Dn̄s
Bonauētura in ſua declaratione dicēs
ſuper eiſdem uerbis.Apoſtate ſunt oēs
ab hac religione poſt profeſſionem ad
quācūq̄ aliam tranſeuntes ꝙ ſi cōtin-
gat aliquos ſuis peccatis ab hac reli-
gione exire uel eiici ſi totis uiribus in
ſtantes fuerint pro religione hac recu-
peranda nec gratiam inuenire ualue-
rint:ex tunc in aliqua alia religione ri-
gida ſe ſaluare poterunt:ſi tn̄ quantū
in ſe eſt maneant in deſiderio ad ſtatū
ſuum priſtinum reuertēdi. Quod ſi de
licētia apoſtolica ſe glorientur aliqui
aliter facientes pro certiſſimo ſciāt cō
tra hanc domini ſententiam Papā ni-
hil facere.Nemo mittens manum ad
aratrum & aſpiciens retro aptus eſt re-

gno dei·hec ſanctus Bonauētura. Cū
quo Petrus Io.ſuper illis uerbis regule
ſ.Et nullo modo licebit eis de iſta reli
gione exire.&c.concordans dicit. No-
ta ꝙ tam proprio ſtatuto & pape man
dato q̄ euangelico teſtimonio aſtruit
oēm licentiam exeundi profeſſoribus
huius regule penitus interdictam.

B

q Veritur. An frater minor aſſū
ptus ad ep̄ale offitium ſit tu-
tus in conſcientia ſi cōſentiat?
Rn̄.ſanctus Bōauētura ibidem:ꝙ nō
niſi coactus per eccleſiam ineuitabili
neceſſitate ſuſcipiat regimen aīarum.
Et quātum in ipſo eſt ſemper appetat
in ſinum ordinis refoueri.Sed necꝫ ob
ligati ad hanc religionem excuſantur
ab egreſſu per aſſumptionem ſui ad
curam paſtoralem uel aliam eccleſia-
ſticam dignitatem ut patet de uoto ca
pitulo Perpetuaſ:ubi papa cuidam ad
religionem obligato & ante impletio-
nem uoti ad regimen eccleſie aſſum-
pto rn̄det.Si tuam deſideras ſanare cō
ſcientiam regimē reſignes eccleſie me
morate ac reddas domino uotum qđ
uouiſti.&c. hec Bonauentura. C
Et Vbertinus idē aſſerēs dicit Expreſſe
aſſeruit.b.F.ꝙ qui uult eſſe frater mi-
nor uerus ſicut dicit regula non debet
habere libros nec aliq̄d aliud ſuo uſui
appropriatum exceptis neceſſariis ue
ſtimentis:unde nunq̄ uoluit concede
re ꝙ frater aliquis haberet librum ali-
quem ad ſuum proprium uſum quā-
tumcūqꝫ a ſibi cariſſimis inſtantiſſime
fuerit requiſitus:ſed uoluit ꝙ libri ad
diuinum cultum & ſanctaꝝ ſcriptura-
rum ſtudium eſſēt in cōi & in illis adi
ſcerent illi quibus deus dedit gratiam
intelligendi.Abſit autē ꝙ pater noſter
intēderet ꝙ quilibet frater ſibi ſalmas
librorum congreret uel ſic ſibi appro-
priaret: ꝙ quādo mutatur de loco ad
locum poſt ſe ſalmā afferret.hec Vber
tinus.Cum quo etiam Auctor confor-
mitatum li.2.concordans ait. Cū quo
dam tempore.b.F.reuerſus de ptibus
ultrāmarinis a quodam miniſtro inter
rogaretur de intentione ſua ſuper ca-
pitulo paupertatis rn̄dit.Ego ſic intel-
ligo ꝙ fratres non debent habere niſi
ueſtimentum cum corda & femorali-
bus ſicut dicit regula & calciamenta
qui neceſſitate cogūtur:&dixit ille mi
niſter.Quid faciam ego qui tot libros
habeo qui ualent ultra quinquaginta
libras?Cui rn̄dit.b.F.Nec debeo: nec
uolo:nec poſſum uenire contra con-
ſcientiam meam & profeſſionem ſan-
cti euangelii quā profeſſi ſumus uos
uultis uideri fratres minores & uocari
obſeruatores ſancti euāgelii operibus
autē uultis loculos habere. Voluit.b.
Fran.fratres tantum in cōmuni libros
habere qui & poſt mortem ſuam appa
ruit cuidam fratri dicens:ꝙ nullus fra
ter fuit qui habuerit libros & in morte
non doluerit ſe habuiſſe. hec Auctor
conformitatum.

D

q Veritur.An liceat fratribus oī
bus ſimpliciter carnes mandu
care & uidetur ꝙ ſic innuere
uoluit regula ibi.ſ.De oībus que appo
nuntur eis liceat manducare? Rn̄.ſan
ctus Bonauentura. in ſua expoſitione
regule dicens.licet carnes manducare
non ſimpliciter ſecundum ſanctū euā-
gelium in quo iſtud non conceditur:
niſi in predicationis euntibus miniſte

tió. Qui ergó pró animarũ ſalute non circueunt in hac licentia ius non hñt unde cum uerbum predictum trahatur Luc. io. cap. ubi dicitur. Manducate que apponuntur uobis. Notãdum ꝙ ibi immediate ſubiungitur. Et curate infirmos qui in illa ſunt. Quod etiã debemus itelligere ſpũaliter uidelicet ꝙ quãdo principales domus abſtinẽt a carnibus nõ ẽ ſcđm euãgeliũ fratres in eſu carnium laxius ambulare. Itẽ ubi eſt ferculorum ſuperfluitas nõ eſt euangelice ſanctitatis ſuperfluitatem uſu ſuo approprlare ſed magis neceſſitate accepta diſſimulare prudenter. Item ſi aliqui religioſi receptores fratrum carnes comederent non eſt euãgelice ſanctitatis participare cum preuaticatore in crimine uel carnalitate irregularem ſuo conſortio confirmare Etenim in prefatis caſibus non eſt ſpiritualiter ĩfirmos curare ſed potius ad infirmitatem reuocare uel in infirmitate infirmos confirmare. hec ſanctus Bonauentura.

E

q Veritur. An fratres miores poſſint eſſe exequtores ultimarũ uoluntatum? Reſpondet Petrus de Ancha. in lib. minoricarum ꝙ ſcđm Bar. in lib. iii. eiuſdem operis: ꝙ non quãdo ſuſtinent uicem heredum ut quia ipſi habeant actionem mouere & in iudiciis reſpondere uel ſi non ſuſtinent uicem heredum nec aliquod litigium ſperatur tñ aliqua res uenit uendenda uel in pecuniam tribuẽda ut patet in Clementina Exiui. §. Cũqꝫ dicti. Nec obſtat ꝙ poſſint noiare aliquós qui diſpenſent inter eos legata de elemoſyna eis facta qa illud eſt uerum pro neceſſitate tñ: hic uero fieret diſtributio pro aliis ꝙ eis nullo modo licet ut in dicta Clementina. §. Porro ubi pro aliis cauſis q̃ expreſſis ibi non licet eis ad alios recurrere. Poſſunt autem ſi relinquatur pecunia diſtribuenda in neceſſitatibus fratrum arbitrio talis fratris minoris & hoc herede ſpõte ſoluente. Et idem ſi relinquatur pecunia diſtribuenda ĩ moniales monaſterii quod regitur per eos ut in conſtitutione Benedicti. xi. cap. iz. Et ſimiliter pñt ubi nulla pecunie diſtributio aut adminiſtratio in ſui utilitatem uertitur. Verbi gratia ꝙ. x. floreni expendantur inter. x. pauperes per talem fratrem minorem eligendos: hic enim ſola electio ſine diſtributione que a teſtatore facta eſt fit a fratre minore: nec ullum ex hoc litigium imminet. Et hec uera ſcđm Bar. Sed Bal. in hoc ultimo caſu contradicit ex eo ꝙ ex electione & noiatione fratrum oriretur actio in iuditio pauperi ſic electo qui uidetur electus ab ipſo teſtatore. l. Votum in principio. ff. de. leg. ii. per medium ergo non uidetur electio fieri poſſe ar. Cle. religioſus de procu. Et eſt etiã alia ratio: quia de facili offitium exequtoris poſſet trahi ad queſtum pecuniariũ Multi enim ſunt qui eligũtur propter pecuniam: unde ſi hic eſſet frater minor non eſſet abſtractus a contagione temporalium quod aperte eſt contra mentẽ regule ſue. hec Bal. F

Et Vbertinus recitans in ſua declaratione hoc dictum Nico. ſubdit. O q̃ du

rus eſt hic ſermo pro multis qui nullo predictorum modorum exercent: ſed in diſcurſibus uagis & uerbis otioſis: & aliis truffis:tempus ſuum otioſe deducunt. Vnde ſanctus Bonauentura in quadam littera toti ordini miſſa dicit. Occurrit quorundam fratrum otioſitas que ſentina eſt omnium uitiorū: qua plurimi conſopiti monſtruoſum quendam ſtatum inter contemplatiuam & actiuam uitam eligentes non tam carnaliter q̃ crudeliter ſanguinē comedunt animarum. hec ille.

G

q Veritur. An fratres poſſint habere uſum quarumcūq3: & quātarumcūq3 rerum? Reſpondet ſanctus Bonauētura. Cum fratres ſint profeſſores altiſſime paupertatis oportet ut omnia que in eorum uſum ueniunt habeant ut poſſibile eſt paruitatem: uilitatem: & aſperitatem: que tria paupertatem altiſſimam conſequuntur: non ergo competit ueris pauperibus magna area uel ſumptuoſa edifitia: aut quecūq3 alia ſimilia: non uaſa aurea: non cellaria: non uinaria: non promptuaria inſtaurata: ſed ut omnia quātum patitur fragilitas ad paupertatis ſtrictiſſimam regulam deducantur ut ſint aduene & peregrini in hoc ſeculo. hec Bonauentura.

H

Et ſuper predictis uerbis dicit Vbertinus. Cibus & potus fratrum debet eſſe quottidianis mendicationibus acquiſitus & ſic ſeruauerunt patres noſtri & ſtatuerunt ſeruandum: unde nec cellaria: nec granaria habuerunt. hec ille. Sed & Clemens in declaratione ſua §. Rurſus ait. Non eſt ueriſimile beatum Franciſcum uoluiſſe fratres habere granaria uel cellaria ubi quottidianis mendicationibus debent ſperare poſſe tranſigere uitam ſuam & idcirco non ex timore leui laxare ſe debent fratres ad congregationem faciēdam: niſi ex iam expertis credibile eſſet uite neceſſaria non poſſe aliter inuenire. hec Clemens.

I

Et Vbertinus ſuper hoc capitulo ſeptimo allegat Gregorium nonum & addit di. Hoc non bene ſeruatur. primo quia ipſis cuſtodibus aliquando reſtringitur auctoritas abſoluendi de priuatis & miſeri fratres qui ex infirmitate ſua cadunt in aliquem caſum reſeruatum miniſtris non audent ad ipſos recurrere. Ex quo ſequitur ꝙ ruunt de peccato in peccatum & per multa tempora ſepe ſceleribus irretiti remanent. Nam quandoq3 miniſtri & etiam cuſtodes ſic ſe habent indiſcrete erga eos qui recurrunt ad ipſos pro ſacramenti abſolutione ꝙ uel mutādo de loco ad locum: uel in retrahendo eos a promotionibus quas eſſent habituri: uel dubiis uerbis aliquando loquendo: uel alias per ſigna aliqua aliis notabiles eos reddunt non ſine magno periculo animarum & ſigilli confeſſionis preiuditio.

Nullus fratrum populo penitus audeat predicare niſi a Generali miniſtro & cetera.

K

Veritur hic a.S.Bonauentura.

q An inſtituẽdus ad predicatione ſit ſemper neceſſario examinandus?Rñ. Nullus qdem examinandus eſt niſi de eius ſufficiẽtia non cõſtat.Idcirco papa regulã declarãdo diffiniuit ꝙ qui examinatione nõ indigent nõ ſunt ad generalẽ miniſtrũ mittẽdi ꝑ offitio ꝓdicandi. Sequitur infra Cum breuitate ſermõis qa.&c.Iſta breuiatio nõ excludit:ſed expedit ſermõis ꝓlixitatem qa dñs ipſe ꝓlixe predicauit:ſicut patet Io.xii.& Mat.v. ad litteram.Alias ſtudendũ eſt breuitati:qa ꝓlixitas generat faſtidiũ & auditores retrahit pluries ab auditu.Sed ex iſto.c. patet ꝙ fratribus ex intẽtione.b.Franciſci incũbit ſtudere & ꝙ ex ſua profeſſione habẽt predicare in quoꝝ regula inter oẽs ſp̃alis tractatus de predicationis offitio continetur.Vnde certiſſime cõſtat ꝙ nullis aliis religioſis plus cõpetit ꝓdicare ex ratiõe ſui ſtatus ꝗ his q hanc regulã ꝓfitentur.hec.S.Bonauentura.

L

q Vorũ dictũ allegat Vbertinus addẽs ꝙ nõ põt regula ſpũaliter obſeruari uidelicet ad litteram:utputa ſi nõ permittãtur frẽs ueſtimentis uilibus uti & auſtere uiuere ſicut regula ꝓſupponit:aut quia habẽt fratres curã animaꝝ ad quam ratione loci frẽs tenẽtur:aut qa locus habet annuos redditus & ꝓuentus:aut queſtus pecunie aut aliaꝝ rerũ inordinatos & ꝓhibitos uel ꝓpẽ periculũ peſtifere ſocietatis aliquorũ fratrũ regule obſeruãtiam ĩpediẽtium uel ꝓpter periculum lapſus carnis datũ ab aliqua femina & ſimilibus.In qbus nõ ſolum dicit regula ꝙ poſſint ſed debent recurrere ad ꝓlatos.Et ſicut aliqui ex nobis audierũt ab antiquis fratribus q audierũt a beato Frãciſco & ab eius ſociis:qui ſecum in datione regule fuerãt ꝙ una de ꝓncipalibus cauſis:quare hic articulus ſic fuit poſitus erat qa btũs Franciſcus uidit ꝑ reuelationẽ diuinã qđ expreſſe ꝓdixit ꝙ relaxatio tranſgreſſoria regule fieret cõtra articulũ paupertatis qđ & aliqui prelati trãſgreſſionẽ intuentes fratribus quo ad illa uellẽt tyrãnice illicita impare qđ ne fieret uoluit ꝓhibere:& ideo hic dicit Miniſtros ſuos & ſubditos qa de hoc debet ſeruire prelatus ſubdito ꝙ regulã ꝑ ipſum ꝓmiſſam faciat obſeruare.Et ĩ hoc remanet ſubditus liber & dñs ſue ſalutis:qa nõ põt tranſgreſſio regule ꝓmiſſe ꝑ prelatum ſibi ĩponi qn potius põt & debet ſubditus ꝓlato dicere. Tu debes mihi ſeruire & me regere ad ꝓmiſſe regule obſeruantiã nõ ad eius ruinam. Et idcirco ita ĩponit hic ꝓlatis magnã pietatẽ & familiaritatis condeſcẽſionem circa ſubditos in ꝓdictis & ſimilibus.In quibus ꝓlati charitatiue & cõſolationis ſolatio debẽt ꝓuidere nõ ſolum in aptis malis:ſed etiã in cõſciẽtiis ſcropuloſis debent multũ pie ſubditoꝝ ĩfirma portare.hec Vbertinus.

Caueant fratres ab omni ſuperbia: uanagloria:auaritia:gula.&c.

M

nis habentibus quales ſint: ſi comode haberi poſſint de regione illa de qua fuerat mortuus: uel repulſus ſeu grauiter ĩpeditus: de cõſilio dictoꝝ decem fratrum ſeu ubi oẽs non concordarẽt: de conſilio maioris partis numero eorũdem ꝓuideat de alio idoneo illius regionis ſeu partis ordinis de qua erat mortuus: ſiue repulſus: uel etiam ĩpeditus: ut unicuiq; regioni: ſeu parti ordinis: honor & utilitas obſeruetur. Si tñ hoc caſu: mora: ſeu dilatio nimia dãnum uel periculũ afferent: ita ꝙ generalis miniſter cito ꝓuidere non poſſet: tunc alius frater q ad legẽdũ ĩmediate poſt aliũ ſentẽtias extiterat aſſignatus: legat ſentẽtias loco & tẽpore mortui: repulſi: uel ĩpediti: q̃uis de alia regiõe ſeu parte ordinis exiſtat. Subſequẽti tñ anno legat frater alius de illa ordinis parte ſeu regione de qua erat prefatus mortuus: repulſus: uel ĩpeditus: modo premiſſo ſi cõmode fieri poſſit per electionẽ generalis capituli: in caſu quo ad ipſum uel ꝓuincialis in ſuo caſu: ut ꝑmittitur aſſumẽdus: & gñali Miniſtro preſentandus: & per eum approbandus: ꝙ ſi electio huiuſmodi tempore congruo: fieri uel expectari non poſſit: prouideat generalis Miniſter premiſſa deliberatione predicta: & de cõſilio predictoꝝ diſcretoꝝ de aliquo idoneo regionis de qua erat ut ꝑmittitur eligendus: ꝑ ſub ſequenti anno predicto. Quod ſi cõtingat per ſedẽ apoſtolicã in poſterũ ordinari: ꝙ in aliis locis ſeu ſtudiis fiãt ſeu fieri ualeant ſacre theologie Magiſtri uel Bachalarii: illi qui de dicto ordine deputabuntur ad legẽdas ſentẽtias in eis: eligantur pro ut ſupra de Pariſieñ ſtudio eſt ordinatum & ut de aliis eſt premiſſum: preſentẽtur generali Miniſtro: & in eis obſeruẽtur que in aliis ſũt premiſſa. Nullus quoq; frater dicti ordinis ad legẽdum in prenominatis ſtudiis. ſ. Pariſius: Oxonie: & Cantabrigie ſententias aſſumatur: niſi prius legerit quattuor libros ſentẽtiaꝝ cum ſcriptis approbatiſſimoꝝ doctoꝝ. In aliis ſtudiis que in eodẽ ordine dicũtur generalia: uel in cõuentibus infraſcriptis uidelicet. Rotomageñ. Remenſi. Meteñ. Burgenſi. Locdoneñ. Boracenſi. Marconiceñ. Noruiceñ. Nouicaſtri. Stáfordieñ. Connatereñ. Exonieñ. Burdegalienſi. Narboneñ. Marſilieñ. Comentarienſi. Aſtenſi. Burdigonenſi. Pragedinenſi. Piſanenſi. Fordienſi. Arimineñ. Tudertinienſi. Vardienſi. Nullus autẽ Bachalarius in aliquo trium prenominatoꝝ ſtudioꝝ principalium ſeu illorum in qbus ut premiſſum eſt contigerit in poſterum per ſedẽ apoſtolicam ordinari: ꝙ fiãt in eis in theologia Magiſtri incipiat ut recipiat magiſterium magiſter anteq̃ textũ Biblie cum gloſis ordinariis ſtuduerit. In quolibet autem doctoꝝ trium uel proxime dictorum ſtudiorum ille prior ad magiſterium ꝑſentetur: qui prior in eiſdem ſtudiis fuerit in lectura ſentẽtiaꝝ: eo ſemꝑ ſaluo ꝙ anteq̃ preſentetur ſuper ipſius uita & ſufficientia collatio habeatur per Miniſtrum prouincialem: uel Guardianum cum aliis fratribus qui ſolent ad illius loci in quo aſſumẽdus erit ad magiſterium cõſilia euocari. Et ſi inuentus fuerit inſufficiens uel indignus nequaq̃ preſentetur. Sed genera

li Miniſtro caſus inſtructus:cum dictis eoꝝ qui fuerint in conſilio nuncietur. Qui cum duodecim diſcretis fratribus matura deliberatione prehabita:de cõſilio eorũdem mandet dicto Miniſtro uel guardiano ꝙ Bachalariũ: qui poſt predictum ĩmediate debebat ad magiſterium promoueri : ſi ſit idoneus: alioquin illum de quo ipſe generalis: predicta deliberatione ꝑmiſſa de conſilio predictoꝝ duodecim prefatis Miniſtro prouinciali uel guardiano mãdauerit in tali caſu debeat ad magiſterium ꝑſentare. Cum aũt hmõi fratres aſſumpti fuerint ad magiſterium:& in uniuerſitate ſua pfecerint curſum ſuũ fiant lectores alibi in locis ſolẽnibus: ut in lectura ualeãt utiliter occupari.

Aliis autem conuentibus habẽtibus ea ſtudia que in ordine generalia nuncupantur gñalis Miniſter in capitulo generali prouideat de idoneis lectoribus & Bachalariis de cõſilio Miniſtrorum & magiſtroꝝ qui erunt in loco dicti capituli. Vbi aũt ex incidenti cauſa haberet alicui uel aliquibus ſtudiis: extra generale capitulũ prouidere: prouideat de cõſilio.io.diſcretorũ fratrũ: de idoneitate & ſufficientia perſonaꝝ notitiam habentium: & nihilominus de conſilio Miniſtri ꝓuincialis:ac cuſtodis de cuius prouincia uel cuſtodia erit frater ad predicta aſſumendus: ſi comode eorum preſentia poſſit haberi generali & prouincialibus Miniſtris ac cuſtodibus guardianis & diffinitoribus magiſtris & diſcretis ac lectoribus predictis & aliis quibuſcunq; ad quos hoc pertinuerit in uirtute ſancte obedientie diſtricte precipimus:ne in eligendis uel aſſumendis ſeu mittẽdis aut deputandis ſeu promouendis in Pariſienſi: Oxonenſi: Cantabrigẽſi: ſiue in aliis ſtudiis ſupradictis magiſtris:lectoribus:ſeu Bachalariis:uel ſcolaribus:aut in prouiſionibus eiſdẽ ſtudiis faciẽdis:de ipſis uel aliquo ſeu aliquibus predictorum minus ſufficientes preponant ſcienter magis ſufficientibus odio:gratia :ſeu fauore. Predicti uero magiſtri lectores & Bachalarii:legentes theologiam:dictis philoſophorum nõ multum inſiſtãt:ſed que theologice poſſunt tractari: ptractent theologice:& dictis cõmunibus antiquorũ & approbatorum doctoꝝ:prout ſcdm deum & ueritatem poterunt ſe conforment. Magiſtri & lectores alii legentes:textum Biblie debeant inſiſtere circa dubia que fiunt iuxta ipſam:& circa dicta ſanctorum catholicorum patrum:ac gloſarum ordinariarum biblie memorate. Circa fratres ſiquidem tam ad Parienſe ꝗ̃ ad alia ſtudia generalia ordinis tranſmittendos prouide duximus ſtatuendum ꝙ illi qui ad huiuſmodi ſtudia extra ſuas prouincias: de debito tranſmittuntur per ſua prouincialia capitula eligantur : electores autem meliores & magis ad hoc idoneos eligere in uirtute ſancte obedientie teneantur. Alii uero qui ad huiuſmodi ſtudia de gratia ſunt mittendi non mittantur:ſine generalis Miniſtri licentia ſpeciali:& ſine ſui Miniſtri & prouincialis capituli approbatiõe precedenti. Miſſi uero ſiue de gratia ſiue de debito ſi fuerint minus idonei ad ſcientiam capeſcendã:uel male cõuerſentur ibidẽ:ſeu pacis & cõuentuũ: ſeu

ſtudentium fuerint turbatores per mi
niſtrum uel guardianum in eius abſcē
tia de conſilio diſcretorum loci in quo
ſtuduerint ad eorum prouintias tranſ
mittantur. Numerus aūt ſtudentium
de gratia recipiendoꝝ in ſingulis con
uentibus ſtudia generalia habentibus
taxetur in capitulo generali ſcd'm ſta-
tum & conditionem conuentuum eo
rūdem ultra quem numerum nullum
recipere teneantur. Ad predictum aūt
pariſienſe ſtudium de ſingulis prouin
tiis non poſſint ſimul mitti uel in eo re
cipi niſi duo ſtudentes de gratia: nec
iſti: nec alii de debito mittendi poſſint
pro lectoribus reuocari: niſi ſtuduerit
per duos annos ibidem. Cum aūt ſtu
dentes in generalibus ſtudiis conſtitu
ti ad ſuas redibunt prouintias: litteras
teſtimoniales guardiani & lectoris lo-
ci in quo ſtuduerint: de ſua conuerſa-
tione & ꝓfectu aut deffectu in ſtudio
ſecum portent quas ſuis miniſtris oſtē
dere teneantur. Et ut profitiendi occa-
ſio ſtudentibus prebeatur ꝑdicti guar
diani & lectores non d ent huiuſmo-
di ſtudentibus teſtimoniales litteras ni
ſi ſic fratres de conſilio loci in quo ſtu
duerint uel maior pars numero eorū
conſuluerint eis dari. Ipſis uero guar-
dianis & lectoribus & aliis fratribus de
conſilio in uirtute ſancte obediētie in-
iungimus ut peribeant fidele teſtimo
nium ueritati de huiuſmodi ſtudentiū
conuerſatione: profectu: & deffectu &
de aſſiduis uel non aſſiduis ſcolarū &
actuum ſcolaſticorum exercitio ſeu ſe-
quela. Miniſtri autem eorum ipſos le-
ctores non inſtituant niſi laudabile te
ſtimonium per modum preſcriptum
recipiant de eiſdem. Ne autē noua do
ctrina cuiuſuis aut opera per fratres ip
ſius ordinis incaute uel periculoſe cō-
municari aut publicari contingat. Di-
ſtricte ꝑcipimus: ꝙ nouum opus theo
logicum: iuridicum: uel philoſophicū:
ſcilicet librum ſeu libellum: ſummam:
compēdium: poſtillam: expoſitiones:
gloſas: tractatum: uel collationes: ſeu
compillationem queſtionū uel ſermo-
num a quocūq; fuerit editus uel edita
ſeu editum: nullus frater ſine ſubſcrip-
to examine ac miniſtri & capituli ge-
neralis prius obtenta licentia ſpetiali:
intra uel extra ordinem publicare: cō-
municare uel copiare preſumat: ſiquis
autem hoc atentare preſumpſerit om
nibus ſcolaſticis & actibus legittimis:
ac uſu librorum ſe nouerit ipſo facto
eſſe priuatum. Predicti autē opis exa-
men fiat per quattuor fratres eiuſdem
ordinis in theologica facultate magi-
ſtros ad hoc per generale capitulū ſpā
liter deputatos. Qui ad diligenter reſpi
ciendum & examinandum noua hu-
iuſmodi opera examini eorū cōmiſſa:
& ad fideliter refferendum per obediē
tiam aſtringātur qui completo exami
ne per ſe uel per litteras generali mini
ſtro & generali capitulo referre teneā-
tur que approbatione uel reprobatio-
ne digna repererint. Quorum rellatio
& approbatio uel improbatio in libris
ordinis regiſtrentur.

De expenſis ſtudentium euitan-
dis. Cap. decimum.

ORdinamus etiam ꝙ ꝑ ꝑn
cipiis magiſtrorū dicti or-
dinis in theologia uel Ba
chalariorum ſententias in
coantium ſeu occaſione ꝑncipioꝝ nō
expēdāt in cibis uel potibus niſi ſemel

dũtaxat quãtũ ſufficit etiã prò una mò derata refectione conuẽtus loci ĩ quo fiẽt hmõi ꝑncipia. Ceteri uero Bachalarii: lectores: aut curſus in Biblia faciẽtes: ſeu qui uis alii ſtudentes tam piſius ꝙ in aliis particularibus ſtudiis: pro nullo principio: uel actu ſcolaſtico ſuo uel alieno quicquã expendãt. Porro qa nõnulli dicti ordinis habitũ eiuſdẽ religionis geſtantes: ſed a puritate ac cõitate ipſius recedentes ꝓcurante ſatore malorũ ſub ſimulata quadam ſanctitatis ſpecie: damnatas p ſacroſanctã Romanã eccleſiã hereſes: dogmatizare: predicare: defendere: & approbare preſumũt ſuaqꝫ doctrina & predicatiõe ſacrilega: & peruerſa: corda ſimpliciũ dãnabiliter corrũpere & deprauare conantur. Diſtricte precipimus: ut cõtra tales & quoſlibet alios dicti ordinis fratres: qui talia uerbo uel ſcripto ꝓſumpſerint: ſicut cõtra hereticos debite procedatur: & contra fautores: defenſores & receptores eoꝝ procedi debeat iuxta canonicas ſanctiones. Illos etiã qui auſi fuerint doctrinã: poſitionẽ: uel opinionem per dictam eccleſiã reprobatã: docere: predicare: defendere uel approbare: aut per eandẽ eccleſiam approbatã reprobare animaduerſione canonica decernimus puniẽdos. Diſtrictius etiã ĩhibemus: ne quis frater dicti ordinis opinionem de fide uel de moribus ſuſpectam: aut p magiſtros ſacre theologie cõiter reprobatã: dogmatizare: predicare: defendere: uel approbare preſumat. Quibuſcũqꝫ fratribus dicti ordinis qui aliquẽ eiuſdẽ ordinis: ſciuerint uel audiuerit talia facientes: in uirtute ſancte obedientie iniungimus: ut ꝗcito cõmode poterunt ſuperiori ipſius debeant nunciare: qui ante omnia eis diſtricte ꝑcipiat ne talia ulterius recitet uel attentet: donec ſuper his plena ueritas ſit diſcuſſa. Pro cuius diſcuſſione idem ſuperior ad aliquos de uicinioribꝰ theologie ſtudiis lectores feſtine recurrat & ſup his ueritate cõperta: fratri talia dogmatizanti: predicanti: defendenti: ſeu approbãti: aut quibuſcũqꝫ aliis fratribus ei fauẽtibus: uel eum defendentibus: ꝓut culparum eoꝝ qualitas ſeu ꝓſumptio temeritatis exegerit de conſilio diſcretorũ loci prefati ſtudii: debitam penam ĩponat: & ad reuocãdum cum effectu predictã opinionẽ erroneam ĩpos moneat & inducat: ꝙ ſi pertinaciter parere contẽpſerint nec a talibus forte deſiſtere uoluerĩt: eos de predictoꝝ conſilio carceri mancipet: & detineri faciat mancipatos: donec efficaciter paruerint & deſtiterint a predictis & nihilominus predictus ſupior de premiſſis oĩbus: plenã & fidelem relationem faciat in ꝓmo ſequẽti capitulo Generali: in quo quidẽ qđ ſuper eos faciẽdũ fuerit plenius ordinetur. Diſtricte etiã inhibemus: ne poſtꝗ ſuper negotio fidei q̃ſtio ſeu dubitatio aliqua ſuper ꝗ fuerint opiniones aduerſe: uel diuerſe: deducta fuerit ad apoſtolice ſedis examẽ ꝗꝗ ex tunc alteram partẽ determinate eligere uel approbare preſumat: ſed ſuper ea ſedis eiuſdẽ iudiciũ ſeu declaratio expectetur. Preterea ordinamus ꝙ magiſtris: lectoribus: bachalariis: in ſtudiis generalibus legẽtibus per cõuẽtus locoꝝ ubi leguntur de uite neceſſariis debeat prouideri: alias aũt expenſas ſiue pro itinere ſiue pro librorũ uectura conuẽtus de quo mittentur habeat ꝓ-

curare:moderatas tñ & prius a Miniſtro generali uel prouinciali taxatas. Si aũt conuẽtus nõ ſufficiat ad expenſas hmõi miſtrandas faciat eis dictus generalis uel ꝓuincialis ꝓuideri p cõmunitatem cuſtodie uel ꝓuincie de qbus aſſumuntur de predictis expenſis. Quãdo aũt remittẽtur prouideant eis cõuẽtus a quibus recedũt. Et ſi conuẽtus hmõi nõ poterunt ꝓuidere faciat eis ꝓuideri dictus generalis uel ꝓuincialis p cuſtodias uel prouincias cuius erunt:pro ut ſupra in caſu alio eſt prouiſum.

De libris legatis ordĩ uel pſone.c.xi.

RVrſus ordinamus ꝙ de libris donatis uel legatis cui uis cõitati ſeu perſone ordinis:de qbus donãtes prouide diſpoſuerint fiat id dũtaxat ꝙ diſpoſitum uel ordinatũ fuerit p eoſdem. Libri uero fratrum decedẽtium: quos ipſi fratres dum uiuerẽt: a cõitate prouincie:cuſtodie:uel cõuẽtus habuerãt:libere ad illam cõitatem a qua eos habuerãt reuertantur. Illi uero libri q fratribus aliter ꝙ̃ ſupradictũ eſt obuenerint uel obuenient ſeu de quibus p donãtem ſeu legãtem expreſſe nõ fuerit ordinatum ipſis fratribus decedẽtibus ad coꝝ conuẽtus libere reuertãtur. Nec libri ad conuẽtũ aliquẽ pertinẽtes diſtribuãtur uel alienẽtur: ſed de ipſis muniãtur plene conuẽtus: ita ꝙ de Grãmatica:Dialectica:Philoſophia & Theologia habeãtur in ipſo cõuentu libri duplicati:uel amplius multiplicati:ſcdm magnitudinẽ:numeroſitatem:conditionẽ & ſtatum cuiuſlibet conuẽtus. Poſtꝙ̃ uero conuẽtus fuerit libris premiſſis hoc modo munitus de aliis libris fiat diſtributio. Primo fratribus eiuſdẽ conuẽtus habilibus & indigẽtibus:deinde ſi facta diſtributiõe hmõi ſuperfuerint libri uel ſi in ipſo cõuentu fratres nõ fuerint habiles uel indigentes diſtribuãtur aliis fratribus de eadem cuſtodia tñ cuius eſt dictus cõuentus. Diſtributiões aũt huiuſmodi fiant per Guardianũ de cõſenſu cõuentus de licentia Miniſtri. Decedẽtibus aũt ipſis fratribus libri qui eis fuerãt diſtributi ad ipſum conuentum a quo habiti fuerãt libere ut ꝑmittitur reuertãtur modo cõſimili aliis diſtribuendis de nouo:prouiſo tñ ꝙ meliores ſeu utiliores libri ſemp remaneãt in cõuentu pro munitione predicta. Libri uero ad cõitatem cuſtodie pertinentes:diſtribuãtur in prouinciali capitulo fratribus eiuſdẽ cuſtodie tñ:p Miniſtrũ & diffinitroes: iuxta diſpoſitionem cuſtodis & fratrũ diſcretoꝝ ſeu uocalium ut eoꝝ uerbis utamur ipſius cuſtodie. Libri aũt ad cõmunitatem prouincie ꝑtinentes diſtribuantur in prouinciali capitulo per Miniſtrũ de conſilio & aſſenſu diffinitoꝝ & cuſtodum. Inſuper ordinamus ꝙ libri cõmunitatis prouincie non poſſint extra prouinciam:nec libri cuſtodie extra cuſtodiã cuius erunt diſtribui ꝙꝙ diſtributiones predicte:& perſone quibus fient regiſtrari debeant per illos p quos hactenus conſuetum eſt in ordine fieri. Et regiſtra huiuſmodi fideliter cuſtodiri:nec per illos quibus libri ꝑdicti fuerint diſtributi dicti libri poſſint diſtrahi commutari uel uendi ſeu quomodolibet alienari:niſi aut ꝓ melioribus uel utilioribus libris: & tunc de conſenſu & licentia miniſtri:& illo-

rum per quos fuerūt diſtributi. Quod
ſi contra preſumpſerint puniantur pe
na que pro grauioribus culpis in ordi
ne cōſueuit imponi. Vt autem libri in
ipſo ordine melius ualeant conſerua
ri. Ordinamus ꝙ Guardiani in ſua no
uitate infra unū menſē poſtꝗ offitium
guardianatus aſſumpſerit & in con
uētu ſuo fuerint teneantur in preſen
tia conuentus ſui facere fieri inuenta
rium de omnibus libris qui in ipſo cō
uentu tunc fuerint eiſdem libris dicto
cōuētu realiter demonſtratis. Ipſi etiā
Guardiani libros qui tempore admi
niſtrationis ſue conuentui obuenient
in preſentia ipſius conuentus cum in
uentario recipiant: & hmōi inuentaria
renouentur annis ſingulis & legantur
in preſentia conuentus: libris ipſis etiā
tunc ut premittitur realiter demonſtra
tis. Legātur etiam tunc ibidem littere
ſeu regiſtrū: & tunc nihilominus in di
cto inuentario cōſcribantur ſuper li
brorum diſtributionibus ſupradictis
confecta. Ordinamus ꝙ libri fratrū de
cedentium in loco romane curie: per
procuratorem ordinis remittantur cō
munitati prouincie: cuſtodie ſeu con
uentus ad ꝗ ſeu quē ſcd̄m premiſſam
noſtram ordinationem debent remit
ti. Veſtes uero cōmunitati curie dicti
loci applicētur. Si uero pecunia fuerit
pro neceſſitatibus huiuſmodi fratrum
in loco romane curie decedētiū: apud
aliquem in dicto loco repoſita ualorē
quattuor florenorum excedens: & do
minus pecunie nō reuocauerit: ad ali
quem ſpiritualem amicum cōuentus
eorūdem fratrum decedētium remit
tatur: ꝙ ſi pecunia dictam ſummam
pecunie nōn exceſſerit pro procurato
ris offitio expēdatur. De rebus autem
aliis parui ualoris: ſi que fuerint predi
ctus ꝓcurator & guardianus dicti loci
romane curie: diſponāt prout eis ſcd̄m
deū uidebitur expedire. De omnibus
aūt aliis inuētis tam retentis ꝗ remiſ
ſis: dictus ꝓcurator ordinis: cum Guar
diano & diſcretis loci dicte curie: inuē
tarium faciāt & ipſum ad conuentum
fratris defuncti ꝗcitius poterunt deſti
nare procurent.

De donis & legatis factis frībus. c. xii.

QVilibet etiā frater dicti or
dinis cui aliqd ſine deter
minato uſu legatū: donatū
uel pro quo deponi cōtin
get: poſtꝗ huiuſmodi legatū: donatū
ſeu depoſitum ad eius notitiam perue
nerit Cuſtodi aut Guardiano ſuo uel
eius Vicario ꝗcito comede poterit de
beat fideliter reuelare. Hoc idem face
re debeat quicūqꝫ frater alius habens
noticiam predictorū. Guardianus au
tem ſi frater cui donatum ſeu legatū
uel pro quo depoſitū fuerit ſit habilis
ad ſciētiam capeſcendā ꝓuideat ei ſeu
ꝓuidere procuret ſcd̄m legati uel do
nati uel depoſiti quātitatem: & ſcd̄m
fratris ipſius idoneitatem de libris ad
eius ſtudium oportunis. Si autē hmōi
frater libris non indiget aut ubi libris
indigeret prouiſo de libris ſufficiēter
eidem aliqd de legato uel donato ſeu
depoſito hmōi ſupereſſet Guardianus
eius hmōi legatum: donatū ſeu depoſi
tum: uel id quod facta ꝓuiſione hmōi
ſuperſerit in comunes ſui cōuentus ne
ceſſitates: conuerti ſeu diſpenſari pro

curet:& neceſſitatibus eius cuius con-
templatione oblatum:datum ſeu ob-
latum fuerit fauorabiliter ſtudeat ſub
uenire.Pro hõi tamẽ uel per quauis
alia ſupra uel infraſcripta cõſtitutione
felicis recordatõis Bonifatii pape.viii.
predeceſſoris noſtri que incipit. Sup
cathedram:in nullo intendimus dero
gare. Inhibemus inſuper ne fratres
dicti ordinis equitaturas eorum uſui
aplicatas:ultra uſum expletum:aut le-
ctiſternia eorum ordini non congruẽ
tia:ſeu alia exceſſiua:aut argentea uel
aurea uaſa ſeu alia iocalia pretioſa te-
neant.Sed ſi eis talia donari:legari uel
aliter obuenire contingat:uel iam for
ſan donata ſeu legata ſunt: uel aliter
obuenta eiſdẽ in libros uel in res alias
quibus fratres ipſi poſſunt uti licite:ꝑ
ut de aliis ſupradictum eſt conuertan-
tur:niſi fuerint repoſita ſeu cõmodata
uel per dñm reuocata. Quod ſi ſupio-
ribus ſuis infra tres menſes poſtq̃ hu-
iuſmodi noſtra ordinatio in prouintia
li eorum capitulo fuerit publicata pre
dicta nõ reuelauerit ut premittitur cõ
uertenda & ex tunc ea retinere preſũ-
pſerint:pena proprietarii puniantur.

De elemoſynarum memoria & de
ſuffragiis faciendis. cap.xiii.

ORdinamus etiam ꝙ i quo
libet conuentu ſeu loco di
cti ordĩs ſit deinceps unus
liber in quo ſcribantur fi-
deliter noĩa & cognomina benefacto-
rum:& benefitia ſeu elemoſyne fratri-
bus pro uiuis ſeu defunctis impenſa.
Et talium benefactoꝝ noĩa & cogno-
mina & benefitia: ſeu elemoſyne eoꝝ
infra ebdemoda in qua facta fuerint
in capitulo fratribus recitentur & ſuf-
fragia ibidem fiant ꝑ benefactoribus
ipſis & orationes:& miſſe: pro ipſis be
nefactoribus:fratribus imponãtur ibi
dem ſcd'm ꝙ Guardiãↄ uel eius Vica
rio uidebitur fatiendum: noĩa etiam
& cognomina illorum qui loca dicto
rum fratrum in toto uel in parte fun-
dauerint:aut fratribus edifitia conſtru
xerint:ſeu conſtrui fecerint:uel eis no-
tabilia donaria fuerint elargiti: ipſa
quoq; benefitia eorũdem:anno quoli
bet in capitulo recitẽtur & pro eorum
aĩabus a fratribus in ſpãli oretur. Per
hoc autem non intendimus in aliquo
derogare:ordinationibus:ſtatutis: uel
obſeruantiis rationabilibus dicti ordi
nis:ſcd'm que predicta debent recitari
frequentius.

De iuramento generalis ſeu prouin
tialium miniſtroꝝ & alioꝝ. cap.xiiii.

ORdinamus etiam ꝙ dein-
ceps generalis miniſter in
ſua nouitate anteq̃ ſuum
offitium exequatur tenea-
tur iuramentum preſtare in preſentia
generalis capituli:ſi tempore electio-
nis ſue ibi pñs fuerit uel ſi abſens fue-
rit pñte conuentu loci in quo eum de
cretum ſue electionis recipere contige
rit ſub forma que ſeqtur.Ego frater.A.
miniſter generalis ordinis fratrum mi
norum ab hac hora ĩ antea fidelis ero
ſancto Petro ſancteq; Romane eccle-
ſie:dñoq; noſtro dño pape ſuiſq; ſuc-
ceſſoribus canonice intrantibus:non
ero in conſilio: nec in facto ut uitam
perdant aut membrum:uel capiantur
mala captione: conſilium quod mihi
aut per ſe:aut per litteras:aut per nun-
tium mãifeſtabunt ad eorum dãnum
nulli pandam. Vocatus ad ſinodum

ueniam niſi fuero prepeditus canónica prepeditione:In correctionibus iuditialibus grauium criminum & in ꝓuiſionibus:promotionibus:confirmationibus:deſtitutionibus & repulſionibus faciendis de perſonis dicti ordinis fideliter & ſecundum deum & regulam beati Franciſci puram & rectam conſcientiã me habebo:ſic deus me adiuuet & hoc ad ſancta dei euangelia. Simile iuramentum preſtabunt miniſtri prouintiales ſtatim cum fuerint cõfirmati in preſentia primi prouintialis capituli & nihilominus ꝙ ſubiectionem & reuerentiam & obedientiam a ſanctis patribus conſtitutam ſecũdum regulam beati Franciſci generali miniſtro & ſuis ſucceſſoribus canonice intrantibus uel ſubſtitutis exhibebunt q̃diu in obedientia & unitate ſancte romane eccleſie fuerint. Ordinamus etiam ꝙ diffinitores capitulorum generalium & prouintialium anteq̃ ſua exequantur offitia preſtent in preſentia ipſorum capitulorum corporaliter iuramentum:ꝙ ſuum offitium fideliter exercebunt.Electores etiam generalium & ꝓuintialium miniſtrorum anteq̃ ad electionem procedant in preſentia dictorum capitulorum iurare teneantur ꝙ nullum elligent quem ſciãt uel credant indignum.Ellectoribus autem cuſtodum & guardianorum diſtricte per obedientiam iniungimus quatenus in eligendis ſe habeant ſecundum deum & puras & rectas conſcientias eorundem.Ipſis etiam cuſtodibus & guardianis in uirtute ſancte obedientie iniungimus ꝙ in commiſſis ſibi offitiis diligenter & fideliter ſe habeant.

De familia & expenſis generalis miniſtri & ratione reddenda. cap.xv.

PReterea ordinamus ꝙ generalis miniſter duos fratres notabiles prouidos & diſcretos habeat ſocios: unum ciſmontanum & alium ultramontanum per eundem de conſilio prouintialium miniſtrorum & in generali capitulo habito aſſumendos & ſi eos uel alterum eorum mori uel impediri contigerit loco eius uel eorum alium uel alios ſecũdum modum premiſſum de conſilio aliquorum diſcretorum debeat ſubrogare & nihilominus habeat duos fratres alios dicti ordinis boni teſtimonii ſocios & duos honeſtos famulos quibus duntaxat debeat contentari.Eidem autem generali & prefatis ſociis & famulis prouideatur moderate in ſuis neceſſariis per conuentus ſeu cuſtodias uel prouintias prout eſt hactenus in ordine conſuetum.Ipſe uero generalis miniſter ꝓ ſe & his qui erunt ſecum non permittat imo fieri prohibeat exceſſiuas expenſas.De his uero que ſibi romane ꝑſone uel offitii: dari legari uel offerri undecunq̧ contingent: per unum de predictis ſotiis reddat in capitulo generali debitam rationem.

De uiſitatiõe gñalis miſtri. ca.xvi.

ORdinamus etiam ꝙ generalis miſter teneatur omnes prouintias dicti ordinis tribus duntaxat exceptis inferius deſignatis infra decem annos poſtq̃ ad offitium miniſteria-

tus aſſumptus fuerit perſonaliter uiſi-
tare & in uiſitando eaſdem prouintias
illum ordinem teneat qui expedien-
tior uel expeditior uidebitur capitulo
generali. Et poſtq̃ uiſitauerit unam
prouintiam: nunq̃ poſtea cauſa uiſita-
tionis ad eam reuertatur priuſq̃ om-
nes relique prouintie ab eo fuerint ui
ſitate. Quod ſi forſan aliquis caſus ar-
duus emerſerit propter quem prouin-
tia uiſitata plus aliis que uiſitande fue
rint indiguerit uiſitari: tunc dictus ge-
neralis: ſi per miniſtrum prouintialem
& prouintiale capitulum prouintie ui
ſitate fuerit requiſitus uel generali ca-
pitulo: uel ipſi generali miniſtro pro-
pter magnam neceſſitatem uel ma-
gnum periculum uidebitur fore ad eã
dem prouintiam cauſa uiſitationis in
termiſſis aliis prouintiis redeundum:
poſſit ad eandem cauſa uiſitationis re
dire prouintiam ne animarum pro-
fectus aliquatenus negligatur. Vbi
autem ex quauis cauſa rationabili hu
iuſmodi uiſitationis ordinem interru-
perit ipſa cauſa ceſſante eundem ordi
nem uiſitandi reſumat. Et ubi uiſita-
tionem predeceſſor dimiſerit ibi ean
dem uiſitationẽ debeat inchoare ſuc-
ceſſor. Si uero eundem generalem mi
niſtrum contingerit legitime impedi
ri ꝙ perſonaliter uiſitare non poſſet:
tunc per alium uel alios idoneos di-
cti ordinis fratres huiuſmodi uiſitatio
nis offitium exequatur. Ad tres uero
prouintias ut prefertur exceptas quas
generalis miniſter non teneatur perſo
naliter uiſitare uidelicet Hibernie. Gre
cie ac Terre ſancte infra eoſdem de-
cem annos mittat dictus generalis
fratres idoneos & diſcretos ad huiuſ-
mōdi uiſitationis offitium exequen-
dum de conſilio generalis capituli de
putandos qui ipſas prouintias uiſita-
re teneantur tam publice q̃ priuate.

De uiſitatione miniſtrorum ꝓuin-
tialium. cap. xvii.

Singuli quoqꝫ miniſtri pro
uintiales illi uidelicet qui
paruas prouintias habent
ſingulis annis: qui uo ma-
gnas habent prouintias de triennio in
triennium ad minus conuentus & alia
loca prouintiarum ſuarum uiſitare &
complere in eis uiſitationis offitium
teneantur: ꝙ ſi rationabili cauſa ceſſan
te nō fecerint a ſuis miniſteriis debeãt
amoueri. Prefatus quoqꝫ generalis mi
niſter teneatur fideliter facere relatio-
nem in capitulo generali de ſtatu pro-
uintiarum que per eum fuerint uiſita-
te. Et quilibet prouintialis miniſter in
eodem capitulo generali hoc idem fa
cere teneatur de ſtatu ꝓuintie ſibi cō-
miſſe & quicunqꝫ alii qui prouintias
uiſitabunt.

De deſtitutione & renouatione mi
niſtrorum prouintialiũ. cap. xviii.

Quia uero circa electionẽ
& inſtitutionem miniſtro-
rum prouintialium eſt per
conſtitutionem felicis re-
cordationis Clemẽtis pape quinti pre-
deceſſoris noſtri ſuffitienter prouiſum
nihil ſuper hoc duximus innouandũ
Sed cum eadem conſtitutio in deſtitu
tione eorũdem prouintialium mini-
ſtrorum ſeruari uoluerit ꝙ hactenus

in ipſo ordine extitit obſeruatum ob-
ſeruantiam huiuſmodi cum quibuſdã
noſtris ordinatõibus uel additionibꝫ
deiceps uolumus modo ſubſcripto in
ordine ipſo teneri uidelicet ꝙ in capi-
tulo generali prouintiales miniſtri ſi
preſentes fuerint per ſe renuntiare te-
neãtur:uel per litteras ſi abſentes quo
rum renũtiatio a generali miniſtro uel
ab eis qui tenebunt capitulum loco
eius cum aſſẽſu capituli generalis:ſeu
maioris partis numero eiuſdem ſi ui-
debitur admittatur.In capitulo autem
prouintiali quũ deſtituẽdi fuerint de-
ſtituantur per predictũ generalem uel
uiſitatorem ſuper hoc ſpãliter deputan
dum de conſenſu ipſius ꝓuintialis ca-
pituli ſeu maioris partis numero eiuſ-
dem.Extra uero dicta capitula non de
ſtituantur niſi pro graui crimine noto
rio euidentia rei legittime probato ſeu
confeſſo:ſiue pro inſuffitientia manife
ſta uel pro ſui regiminis inutilitate ꝓ-
bata & tunc fiant huiuſmodi deſtitu-
tiones per dictum generalem ſeu uiſi-
tatorem cum conſilio & aſſenſu duo-
decim proborum & diſcretorum fra-
trum uel maioris partis nnmero eorũ-
dem & preſertim cuſtodum prouintie
cuius eſt miniſter ſi cõmode haberi po
terit preſentia eorundem cuſtodum &
ueriſimiliter iidem cuſtodes non pre-
ſumantur ſuſpecti.Quod ſi quis predi
ctorum miniſtrorum extra predictum
capitulũ generale ſponte uel abſolute
renuntiare uoluerit & cum inſtantia
petierit ſe abſolui poſſit generalis mi-
niſter renuntiationem huiuſmodi ad-
mittere ſi ei uidebitur rationabiliter
admittenda.

De familia & expenſis miniſtrorum
prouintialium & ratiõne reddenda
per eos. cap.xix.

q Vilibet etiam prouintialis mi
niſter de conſilio prouintialis
capituli unum ſocium proui-
dum & diſcretum aſſummat q̃ ſi mori
aut impediri contingat alium ſubro-
get de conſilio diſcretorum & nihilo-
minus habeat unum fratrem ſcripto-
rem fidelem & unum honeſtum fa-
mulum & his tantum debeat conten
tari cuilibet in neceſſitatibus ſuis pro
uideatur per conuentus ſue prouintie.
Ipſe uero prouintialis pro ſe & his qui
ſecum erunt non permittat imo fieri
prohibeat exceſſiuas expenſas. De his
autem que ſibi ratione perſone uel of
fitii offerri legari uel dari undecunq;
contingat in capitulo prouintiali red-
dat fideliter rationem.Quum autem
predicti generalis uel prouintialis mi-
niſtri de loco ad locum conducentur
a fratribus prouideatur ne huiuſmodi
conductus fiant in cibis uel alias ſu-
perflue ſiue inmoderate expenſe: nec
habeant a conuentu niſi duos fratres
qui eos ducant pro expenſis huiuſmo
di faciendis.

De cuſtodum & guardianorum el
lectione & confirmatione. cap.xx.

STatuimus inſuper ut de-
inceps guardiani in ſingu
lis locis conuentualibus
dicti ordinis eligantur per
conuentus eorundem locorum die ad
celebrandum ellectionem huiuſmo-
di per eorundem uicarios conuen-
tuum aſſignata. In quorum ellectio-
nem nullus uocem habeat niſi qui

ſaltem.xxv.annū ſue etatis attigerit & in ſacris fuerit ordibus cōſtitutus: nec in hmōi electione uocem habeant fratres alii nō cōuentuales licet morētur ibidem q̄ erūt de prouinciis alienis niſi eiuſdem loci lectores exiſterēt. Electio aūt Guardiani Pariſiēſis fiat ut hactenus eſt conſuetū. Cuſtodes uero in die que apud eos craſtinū diffinitionis ꝓuincialis nūcupatur eligātur per fratres diſcretos cuſtodiarū: q̄bus de cuſtodibus fuerit ꝓuidēdum ex parte cōuētuum uel capitulorꝫ cuſtodialiū more ſolito ad capitulū ꝓuincie tranſmiſſos. Guardiani uero in hmōi electione uocem nō habeāt niſi ꝑ capitula cuſtodialia uel ꝑ ſuos conuētus fuerint pro diſcretis tranſmiſſi. Si uero cuſtodem aliquē ꝑ quattuor menſes ante ꝓuinciale capitulum moti uel ab offitio abſolui uel moueri cōtingat: de ſingulis cōuētibus ſue cuſtodie ſinguli diſcreti per conuentus electi ad principalem locum cuſtodie die certa per illius loci principalis guardianum aſſignata conueniant pro electione huiuſmodi celebranda. Dictarum uero electionū tam Cuſtodum q̄ guardianorum cōfirmatio pertineat ad generalem uel prouincialem miniſtrum. Et ſi ad electiones huiuſmodi per uiam ſcrutinii procedatur & uotis in diuerſa diuiſis electiones plures in diſcordia celebrari cōtingat illa que a maiori parte numero omnium uocē in dicta electione habentium: nulla zeli uel meriti colatione habita fuerit celebrata exceptione ſeu contradictione quacūqꝫ partis alterius non obſtante: per dictū miniſtrum de conſilio diſcretorum de ordine: prius tamen ex offitio prout ſpectat ad ipſum diligenti examinatione premiſſa confirmetur uel infirmetur: prout eis ſcd̄m deum uiſum fuerit expedire. Et ſi fuerit infirmata ad dictos electores electio reuertatur: niſi eligerent ſciēter indignum quo caſu ad dictum Miniſtrum illa uice ipſo facto ꝓuiſio deuoluatur & eadem fiat deuolutio: ſi dicti electores die predicta ad eligendum Guardianum ſeu Cuſtodem ut premittitur aſſignata uel ordinata Guardianum uel Cuſtodem eligere ꝑtermittāt. In electionibus quoqꝫ predictis uel confirmationibus eorundem non intendimus electores ſeu cōfirmatores formis aut ſolemnitatibus aliis quibuſcūqꝫ a iure ſtatutis arctari.

De inquiſitoribus ad capitulū mittendis. Cap. xxi.

Ceterum circa etiā inquiſitiōes que ad generalia uel ꝓuincialia capitula ſolent mitti que apud eos uiſitationes uocātur. Auctoritate p̄ſentium ordinamus: q̄ nulla mittatur ad capitulū ḡnale que nō fuerit prius ꝑ ꝓuinciale capitulū diſcuſſa: examinata: probata legitime approbata a maiori ꝑte numero ipſius ꝓuincialis capituli: fideliter cōſcripta: lecta: & ſigillata corā oībus ſigillis Miniſtri cuſtodis & guardiani loci in quo capitulū celebratur. Vbi aūt facto ꝓuinciali capitulo aliq̄d adeo graue emergeret: q̄ ſine periculo graui uſqꝫ ad ſequēs ꝓuinciale capitulū differri nō poſſet: tunc ꝑ Cuſtodem guardianū & fratres loci ubi illud contigerit: prius diſcuſſum & examinatū de cōſilio Miniſtri uel Vicarii prouincie deſtinetur capi. ḡnali. Quod ſi di-

ctum miniſtrum tangeret:tunc p predictos modo conſimili diſcuſſū & examinatum de conſilio uicarii mittatur. Si aūt dictum uicarium tangeret:tunc eodem modo diſcuſſum & examinatum mittatur per predictos de conſilio dicti miniſtri ad dictum capitulū gn̄ale. Nulla etiam inqſitio uel uiſitatio ad capitulum puintiale portetur:niſi pus fuerit diſcuſſa pbata examinata legittime & in terminis explicata & approbata a maiori parte numero fratrum loci in quo fiat fideliter conſcripta lecta & ſigillata corā oībus fratribus ipſius loci ſigillo. Quādo aūt diſcutientur mittenda ad capitulum gn̄ale uel prouintiale diligenter grauia examinentur & ſpāliter inquiratur de ſcientia:uiſu:auditu:loco:tp̄e: modo & de aliis circūſtantiis ad factum ptinentibus & hec forma in inqſitione ſeu uiſitatione qualibet obſeruetur. Ordinamus etiam ꝙ ea que in hmōi inqſitionibus ſeu uiſitationibus reperta fuerit conſcripta per integrum cū nomībus denuntiantiū:accuſantium: deponentium:& depoſitionibus teſtium : & nō ſolū cōcluſiōes atteſtātiū:ipſe atteſtationes ex integro tranſmittantur ut quilibet & a quo dictū fuerit plenius agnoſcatur:nec in hmōi uiſitationibus cuiuſcūq; accuſatio:denuntiatio ſeu depoſitio recipiatur:niſi prius ab eodem accuſante:denūtiante:ſeu deponente: de calūnia & malitia ac ueritate dicenda preſtito iuramento inſinuētur & exponantur etiam anteq̄ recipiantur:accuſationes:denuntiationes ſeu depoſitiones huiuſmodi accuſatoribus ſeu denuntiatoribus cum teſtibus pene excōmunicationis & alie contra calūniatores ſeu falſo deponentes per ſtatuta dicti ordinis prouide ut dicitur promulgate.

De denuntiationibus & inquiſitionibus exceſſuum. Cap. xx

VT autem circa correctionē exceſſuum delinquentium fratrū deinceps certius procedatur & uia calūniis precludatur. Statuimus ut exceſſus enormes fratrum de quibus aliquis condēnatus:aut cōuinctus legitiie:ſeu iuditialiter confeſſus uel qui e uidentia rei erunt notorii regiſtrentur in libris ordinis in quibus talia ſolent ſcribi. Enormes autem intelligi uolumus in hoc caſu illos pro quibus in dicto ordine grauiores & confuſibiles pene conſueuerunt imponi. Si uero exceſſus enormis ocultus tamen per unum ſolum contra aliquē dicti ordinis fratrē alias bone fame alicui ſuperiori ipſius ſecrete denuntiari contingat:non recipiatur hmōi denuntiatō ut ꝓponitur cauſa ad inquiſitionem ſeu diſcuſſionem iuditialem non procedatur:niſi denūtiās requiſitus per ſuperiorem corūdē dicat ſe fore paratum ea que ſic dixit & prout ea denuntiat deponere ut teſtis & in preſentia denuntiati iurare nec regiſtretur talis denuntiatio in dictis libris ordinis niſi prefatus ſuperior ueriſimiliter credat uel exiſtimet poſſe ſuper denuntiatis exceſſibus teſtes alios idoneos reperiri. Poſſit tamen ſuper eis huiuſmodi denuntiatio per ipſum ſuperiorem recipi ut denuntiatio q̄to breuius poterit in ſecreto maneat ſi & prout diſcretioni ſue uidebitur facien-

dum. Vbi autem denũtiatór ſeu teſtis alius idoneus ſup hmõi occultis exceſſibus poſtea appareret poſſit ſupior ad ſecretam ſi ei uiſum fuerit etiam ſi denuntiatus abſens & remotus extiterit informationem pcedere tam primum ꝙ ſcd'm: & quoſcunqꝫ alios teſtes idoneos recipere recepto ab eis prius corporali iuramento: informationẽqꝫ huiuſmodi & in prefatis libris regiſtraretur tamen infra biẽnium ꝙ cito comode poterit ſuper predictis iuſtitiam facere teneatur. Quod ſi infra predictũ biẽnium prefatus ſuperior denuntiatũ non uocauerit & ea de quibus delatio ſiue contra eum informatio ſeu regiſtratio facta extiterit ei non expoſuerit ut prefertur ipſo elapſo biẽnio informatio ſeu regiſtratio ſeu proceſſus huiuſmodi ipſi denũtiato nocere nõ poſſit. Si uero plurium ſingularium pſonarum teſtimonia contra fratrẽ aliquẽ ſuper exceſſibus eiuſdem generis habeãtur ex quibus probabiliter reddatur ſuſpectus tunc ad ueritatis inqſitionem pleniorem etiam ſi expediens uidebitur per arctationem pſone contra ꝙ habebunt hmõi teſtimõia procedatur ſecundũ modum ſuſpitionis & qualitatem exceſſus ac ſtatum & cõditionem perſone. Et ſi crimen per inqſitionẽ huiuſmodi non probetur ipſeqꝫ denũtiatus remaneat infamatus donec indicatur ei purgatio uel alio modo puideatur ordinis honeſtati & fame denũtiati. Contra tñ ĩfamatos apud bonos & etiã graues unius denũtiatio de enormi exceſſu licet ſecrete facta fuerit ſcribatur & in prefatis libris ordinis regiſtretur & ad inqrendum ueritatem exceſſuum put próxime de aliis premittitur pcedatur etiam ſi expediẽs uidebitur per artationem pſonarum ipſarum ſcd'm modum ſuſpitionis: qualitatem exceſſuum: & ſtatum ac coditionem pſonarum. Et ſi exceſſus per inqſitionem hmõi nõ probetur ipſi quoqꝫ remaneant infamati donec indicatur eis purgatio uel prout permittitur prouideatur aliter fame fratrum ipſoꝝ & ordis honeſtati. Ceterum miniſtris cuſtodibus & uiſitatoribus diſtricte precipimus: ut ea que ut premittitur fuerit regiſtrãda fideli ſcripture comẽdẽt & toto regiminis ſeu offitioꝝ ſuorum tẽpore cuſtodiant diligenter: diſtricte nihilominus precipientes eiſdem & aliis quibuſcunqꝫ dicti ordinis ne libros predictos ſeu acta que in ipſis notata uel ſcripta fuerint uel aliquid de eis deleant: ſubtrahant: comburant: uel alias deſtruãt ſiue mutent uel hoc fieri mãdent per alios: uel permittant ſine generalis miniſtri ſpãli licentia & expreſſa. Quod ſi quis predictorum hmõi libros ſeu acta uel aliquid de eiſdẽ ſcienter & malitioſe delere: ſubtrahere: comburere: deſtruere ſeu mutare ſine predicta licentia: aut alia in eis falſo ſcribere uel ſcribi facere: uel ſi quiſꝙ prefati ordinis dictis miniſtris cuſtodibus ſeu uiſitatoribus inferior ipſis ignorantibus uel inuitis clauſuras uel ſigilla ſub quibus huiuſmodi libri ſeu acta ſeruãtur frangere uel aperire ſcienter uel malitioſe preſumpſerit ſententiam excõicationis incurrat a qua per generalem dũtaxat miniſtrũ uel per eum cui hoc ipſe duxerit cõmittendum poſſit abſolui. Et ſi de hoc legittime fuerit conui-

ctus pena carceris puniatur. Quando uero p̄dictos Miniſtros. Cuſtodes aut Viſitatores ab offitio remoueri uel eos eidem renuntiare contingerit ſucceſſoribus ſuis libros & acta predicta integraliter tradere & relinquere per obedientiam teneantur. Si tamen contra huiuſmodi ſucceſſores i libris ſeu actis huiuſmodi uel regiſtris aliqua habeantur tranſcribantur plene & integre in libris ſeu regiſtris generalis miniſtri de ipſius miniſtri generalis licentia ſpāli anteq̄ tradantur uel relinquantur ſucceſſoribus ſupradictis & de libris aliis deleantur de quibus libris ſeu regiſtris generalis miniſtri nunq̄ talia aut quecunq̧ alia que in eis ſcripta fuerint deleantur uel immutentur etiam per ipſum generalem miniſtrum ſecundum prout ueritas ſe habuerit perpetuo incorrupta remaneāt in eiſdem. Preterea ordinamus q̧ ſi in prouintia: cuſtodia uel conuentu aliquo fuerit turbatio uel diuiſio inter fratres que per p̄uintialem miniſtrum tolli non poſſit Generalis miniſter per ſeipſum uel p̄ uiſitatorem uel uiſitatores uiſitet huiuſmodi prouintiam cuſtodiā uel conuentum & eos quos repererit talium turbationum & diuiſionum actores: ſi in offitiis fuerint conſtituti eos amoueant ab offitiis ipſis de conſilio diſcretorum prout ſuperius duximus ordinandnm & tam ipſos in offitiis conſtitutos q̄ alios qui non fuerint in offitiis conſtituti ſi uiſum fuerit expediens de ſui expulſione prouintie uel aliter puniant pro ut pacifico ſtatui ordinis expedierit & culpa exigerit eorundem.

De capitulo culparum fiēdo ter in ebdemoda. cap. xxiii.

PRo ſalubri quoq̧ puritatis augmento dicti ordinis. Tenore p̄ſentium duximus ordinandum q̧ capitulum culparum ut audiuimus ſecundum morem in dicto ordine obſeruatum hactenus ſemel dūtaxat conſuetum in ſeptimana teneri fiat & teneatur deinceps perpetuo ad minus tribus diebus cuiuſlibet ſeptimane in quibuſcunq̧ locis conuentualibus eiuſdem ordinis & aliis in quibus erunt ſaltem ſex fratres uel ſupra ac etiam in quibuſcunq̧ aliis in quibus dictum capitulum fieri conſueuit. In quo quidem capitulo culparum quottidiane culpe ac negligentie ſigillatim & ſpecifice plene recognoſcantur & recognite debite puniantur. Ordinent autem & ſtatuant miniſtri & Guardiani in ſingulis locis predictis & preſertim in illis in quibus erunt ſtudentes ſiue ſtudia ſic prudēter horam huiuſmodi capitula celebrandi ſecundum qualitatem perſonarum: uarietatem temporum: & conditionem locorum & aliis omnibus penſatis in talibus que ſecundum datam eis a deo prudentiam uiderint expedire: ita q̧ ipſa capitula plene fieri & teneri ualeant tribus diebus predictis: & dicte culpe & negligētie recitari & puniri prout ſuperius eſt p̄miſſum. Et nihilominus diuinis offitiis: ſermonibus: lectionibus & aliis que expedienda fuerint ſufficienter uacari quēadmodum in pluribus re-

ligioſibus laudabiliter obſeruatur. Preterea ordinamus ꝙ ſi miſter ḡnalis ſeu ꝓuinciales: ſeu cuſtodes uel guardiani: ſiue q̄ uis alii preſidētes dicti ordīs reperti fuerint criminoſi: ſeu ꝑuaricationis ordis: aut btī Frāciſci regule cōtēptores: ſiue notabiliter neglīgētes & remiſſi & ſpecialiter ſi ordinationes & ſtatuta noſtra p̄ſentia: uel ſtatuta regularia dicti ordinis nō faciant quātū in eis fuerit obſeruari ab eoꝝ offitiis ſeu preſidentiis deponantur.

De procuratore. Cap. xxiiii.

Rurſus ordinamus ꝙ ꝓcurator generalis dicti ordīs p miniſtrū generalē in generali capitulo conſtituatur de cōſilio ipſius capituli uel maioris ptis ipſius. Et ꝙ in quolibet capitulo ḡnali reqratur miniſtroꝝ & diffinitoꝝ conſiliū. An uidelicet hmōi ꝓcurator ſit ī offitio retinēdus: an uero amouendus & alius ſubrogandus & ſuper hoc fiat illud ꝙ capitulū uel maior ps dicti capituli numero duxerit conſulēdum. Si tū poſt ipſum generale capitulū ꝓcuratorē ipſum p generalē miniſtrum aut per cōmiſſariū ſuum inſufficientē uel inutilē legitime reperiri contingat idem generalis miniſter de maturo bonoꝝ & diſcretorū dicti ordinis cōſilio ipſum amoueat: & de conſilio eorūdē aliū ſufficiētem & idoneum cōſtituat uſq; ad proximū generale capitulū duraturum. Et modo cōſimili cōſtituatur alius uſq; ad dictū capitulum generale dūtaxat pmanſurus. Si prefatum ꝓcuratorem mori uel infirmitate diutina detineri aut alias ſic īpediri cōtingat ꝙ cōmode exequi offitiū ꝓcuratoris nō poſſit. Et tunc in capitulo noniter inſtituatur idem ſubſtitutus uel alius de ipſius capituli cōſilio ut ſuperius eſt ꝑmiſſus. Si aūt hmōi ꝓcurator natione fuerit ciſmōtanus aſſignetur ei per dictū generalē miniſtrū ſocius ultramōtanus qui ſit ꝓuidus & diſcretus. Si uero dictus ꝓcurator fuerit ultramontanus aſſignetur ei ut predicitur ſocius ciſmontanus. Generalis & ꝓcurator ordīs uictum recipiat a conuētu loci ubi eſt romana curia. Veſtimenta aūt & alia neceſſaria recipiat a miniſtris ꝓuincialibus prout eſt hactenus ordine fieri cōſuetum. De his aūt que a dictis Miſtris recepit & aliis uncūq; obueniētibus ſibi rōne pſone uel offitii in capitulo ḡnali reddat fideliter rōnem: & moderatas expenſas faciat: ab exceſſiuis expenſis ꝓuide abſtinendo uel recepta a dictis Miniſtris expēdat pro particularibus cōuentibus ſeu pſonis uel pro cōibus cauſis & negotiis ſiue pro utilitate cōi ordinis ſupradicti. Caueat aūt ne munera uel donaria recipiat a fratribus dicti ordinis ꝓcurator prefatus. Cuſtodes etiā de receptis & expēſis per eos ſiue ratiōe offitii uel pſone annis ſingulis in ꝓuincialibus capitulis fideliter reddāt rationē. Guardiani aūt & ceteri offitiales ſeu adminiſtratores qcūq; hoc idem in p̄ſentia cuſtodum & cōuētuum ſuoꝝ ſeu ipſorū q per Cuſtodes & conuentus eoſdē ad hmōi fuerint deputati facere teneantur. Nō intēdimus aūt p p̄dicta preiudicare in aliquo cōſuetudini uel ſtatutis ſeu ordinationibus dicti ordinis ſeu ſinguloꝝ locoꝝ eiuſdē ſi que fuerint p que ad reddendū ſepius rationē hmōi teneātur. Premiſſis aūt adicimus ꝙ in reddēdis rationibus ſeu cōputis

p Guardianū ſeu ꝓuiſorem aut quoſcūq; alios officiales ſeu adminiſtratores cōuentus Pariſienſis preſentes eſſe debeant qnq; de ſtudētibus ibidē: qui apud eos aſſiſtentes uocātur: q cōputa hmōi audiant & examinent diligenter & defectus ſi quos reperit in rōnibus ſeu cōputis aut prouiſione uel adminiſtratione ꝑdictoꝝ exponant fratribus de cōſilio ſupradicti cōuentus Pariſiēſis ut ipſum cōſiliū prouideri faciat de remedio oportuno.

De predicatoribus & confeſſoribus. Cap.xxv.

ORdinamus etiā ꝙ prouinciales Miniſtri: extra eorū capitula ꝓuincialia nō eligant uel aſſumant frēs ad predicationis uerbi dei ſeu cōfeſſionū audiēdaꝝ offitia priuſq̄ gn̄alis ſeu miniſtri predicti frēs deputent ſeu aſſumāt ad offitia memorata diligentius examinēt ad eadē offitia ꝓmouendos & recipiant teſtimoniū de ipſoꝝ uita & ſufficiētia a fratribus fide dignis & noticiā habētibus de ipſis fratribus ꝓmouendis: & de eoꝝ ac cuſtodialiū diſcretoꝝ ad ꝓuinciale capitulū trāſmiſſoꝝ cōſilio illos deputent & aſſumāt. Et nihilominus Miniſter generalis q tam intra q̄ extra capitulū fratres predictos ad predicta offitia ualeat aſſumere quū extra capitulū eos aſſumere uoluerit teſtimoniū & cōſilium ſuorū miniſtri & cuſtodis adhibeat & inqrat ſi ꝑſentiam habeat eorūdē: alioqn p ipſoꝝ litteras ſi comode fieri ualeat: & ſi ad dicta offitia aſſumēdi dicto Miniſtro & ꝑfatis diſcretis cuſtodialibus uideantur idonei. Super quo eoꝝ cōſciētias oneramus aſſumantur & ordinentur per ipſum generalē miniſtrum ad offitia ſupradicta. Qui autem ad hmōi offitium confeſſionis aſſumūtur priuſq̄ hmōi offitium exequātur: ſint ſufficienter inſtructi de caſibus ſedi apoſtolice & dioceſano Epo reſeruatis ac de ꝓhibitionibus & penis a iure ſtatutis cōtra ipſos qui temeritate ꝓpria ī caſibus predictis abſoluūt uel in aliis in qbus abſoluere nō poſſunt. Caueant aūt fratres prefati qui ad cōfeſſionum audiēdarū offitium aſſumpti fuerint ut nō paſſim penitētias pecūiarias imponāt. et in caſu in quo pnia pecuniaria īponenda rationabiliter fuerit uel ſatiſfactio indicēda nō mandent eam uel ꝓcurent ſibi uel aliis ſingulis fratribus uel conuētibus ſui ordinis diſtribui uel etiā erogari. Miniſtri aūt cuſtodes & Guardiani cōpellant fratres etiā notabiles ad audiendas confeſſiones nō ſolū potētum & diuitū: ſed etiā pauperū perſonaꝝ. Ordinamus et diſtricte mandamus: qđ cōfeſſiones mulierū audiātur in aliquo patenti loco eccleſie: uel alio honeſto & etiā patenti: & nihilominus ſeruētur que circa hoc ſunt in dicto ordine prouide inſtituta. Per premiſſa aūt nō intendimus ꝑfate cōſtitutioni felicis recordationis Bonifatii pape. viii. predeceſſoris noſtri que incipit. Super cathedram: derogare.

De fratribus eūtibus ſeu mittendis ad partes infidelium. Cap.xxvi.

DE fratribus aūt ad ptes infideliū pro ꝑdicatione uerbi diuini mittendis. Ordinamus ꝙ gn̄alis miniſter nullos frēs licētiet uel mittat ad dictas partēs: niſi prehabito teſtimonio Miniſtri ꝓuincialis cuius erūt frēs mittēdi.

Prouincialis aūt miniſter p obediētiā ſup hoc reqſitus teneatur phibere fide le teſtimoniū ueritati. An uidelicet fra tres hmōi ſint idonei ad mittēdū. Ante uero q̄ hmōi teſtimoniū phibeant fra tres mittēdos de fide & doctrina q̄ ſe quntur uel hactenus ſecuti ſunt iidem miſtri puinciales examinent diligēter: & nihilominus fratrū diſcretoꝝ hmōi fratrum noticiā habētium reqrāt teſti moniū & cōſilium dare p eādem obe diētiam teneātur. Ita ꝙ nullus de ali quo errore uel ſuperſtitioſa doctrina: uel de mala cōuerſatione ſuſpectus ad ptes hmōi deſtinetur. Prouinciales ue ro miſtri nullum ad memoratas ptes mittāt ſine cōſciētia & licētia gnālis mi niſtri: & nihilominus illos quos inde habeant: que premiſſa ſunt per omnia obſeruare.

De adhibendis ad cōſilia fribus: & de mō tenēdo. Cap. xxvii.

PReterea ſalubriter puidemus ordinādum ꝙ Gnālis & puinciales miſtri eorūq; uicarii: necnō et uiſitatores ſuper cōfirmatione uel promotione ſeu puiſione ad offitia ordís: ac etiam ſuper iudiciali correctione grauium criminū cōſilium decem proborū & diſcretoꝝ fratrū nō partialiū: ſed zelum dei habētium reqrere teneātur uel ſex ad minus ubi comode haberi nō poſſent. x. Et auditis rūſis eorum id qd ipſis pſidētibus & maiori ſeu equali parti numero dictoꝝ cōſulētium ui debitur exequātur. Quod ſi maiori pti numero ipſoꝝ cōſulētium aliud q̄ eiſdem pſidentibus uideatur: & ipſis preſidētibus cōſilium ipſius maioris partis minus ſanū uel ſuſpectū apeat: tunc in alio loco ſolēni & oportuno totidē alioꝝ proboꝝ & diſcretoꝝ fratrum: ſemel dūtaxat requirant cōſilium nō perſonam: ſed caſum cum debitis & neceſſariis circūſtantiis ſolūmodo exprimendo: niſi deliberatione prius ſup hoc habita iidem preſidētes uideant fore expediēs nominare pſonam. Quod aūt eiſdē pſidentibus aut maiori uel equali parti numero hmōi cōſulentium ui debitur exequātur. Quod ſi etiā in hoc caſu maiori parti numero hoꝝ conſulētium aliud q̄ preſidētibus uideatur: tūc ſi ipſis preſidētibus ſcdm eoꝝ bonas & rectas conſciētias uideatur aliter q̄ hmōi pars maior numero conſulat iudicādum uel agēdum ſuperiorē conſulāt uel referant negotium puinciali capitulo uel gnāli: prout qualitas ſeu magnitudo negotii gnāli uel prouinciali capitulo ipſum exegerit referēdū. Quibus tam preſidētibus: q̄ cōſulentibus in uirtute ſancte obediētie iniungimus ut poſtpoſitis quorūcūq; precibus & inductionibus odiis & fauoribus ad id qd eis ſcdm deum & ſcdm ſuas bonas conſcientias uidebitur ſna cōſciētia dirrigere teneatur his que circa predicta uel alias ſunt ſupius & īferius ordinata in ſuo robore duraturis. Nullus inſup preſidēs ſuam in cōſilio per ſe uel per aliū aperiat uoluntatem anteq̄ conſiliarii cōſilium dederint ſuper his de qbus ab eis conſilium reqratur: ſed uerbis ſimplicibus & planis illud ſeu illa de qbus fuerit agendum proponat: nec contra aliquē de conſiliariis ipſis ante uel poſt rōne dati uel dandi conſilii turbationem oſtēdat. Ipſis quoq; conſiliariis inhibemus ne ad uerba iniurioſa ſuperba aut ſcienter ſuperflua uel turbationem ſeu īpedimē-

tum preſtantia ſe conuertant: ſed reuerenter & humiliter dent conſilium ſup his de q̃bus fuerit ipendendum.

De dormitoriis: cameris & clauſuris. Cap̃.xxviii.

Ceterum ordinamus q̃ nullus frater habeat cameram clauſam uel a dormitorio ſequeſtratam exceptis miñ ſtris & lectoribus conſtitutis in generalibus ſtudiis: & q̃ in cellis & ſtudiis fratrum nõ habeãtur uelamina uel clauſure: quominus fratres intus exiſtentes patere poſſint aſpectibus aliorum. Magiſtri aũt in theologia etiã non legẽtes & fratres emerite ſenectutis poſſiut: de licentia gñalis uel prouincialis miniſtri habere cameras a dormitorio ſeq̃ſtratas. In dictis aũt cellis & ſtudiis ſeu cameris comedere uel bibere non preſumãt: niſi forte in cameris rõne infirmitatis uel de licẽtia miſtrog̃ & aliqua alia rationabili cã: q̃ ſi contrariũ fecerint ſcdm ſuperiog̃ ſuog̃ arbitriũ pniãtur. Volumus etiã q̃ in locis ordĩs ſufficientes clauſuras nõ habẽtibus clauſure hmõi fieri p̃curẽtur: & q̃ diebus ſingulis infra ſpacium cõprehẽdẽs eccleſiã: oratorium: clauſtrum: dormitoriũ: & ſtudia ad dormiẽdũ uel ſtudia a dormitorio ſepata & ſecrete neceſſitatis locum: fratres oẽs preter infirmos & forenſes ac ſeruitores eog̃ & illos q̃bus conceſſum eſt habere cameras a dormitorio ſeparatas: a completorio uſq̃ ad primũ ſignũ prime diei ſequentis ſe recoligant ſeu includant: ſic q̃ p domos alias: uel porticus aut plateas illo tempore quieti & orationi debito nullatenus euagentur nec ad lectores de nocte preſumant accedere: etiam ſi eog̃ camere fuerint infra incluſionem predictam. Ad infirmos aũt extra concluſionem predictã poſſint de licentia Guardiani uel eius uicarii accedere: ſi caſus neceſſitatis emergat. Loca uero dicti ordĩs que ad hmõi incluſionem non ſunt diſpoſita q̃cito comode fieri poterit diſponantur: & huic ſalubri obſeruantie coaptentur.

De edificiis. Cap̃.xxix.

Preterea uolumus & etiam ordinamus q̃ in locis dicti ordinis eccleſie aut officine ſeu q̃uis alia edificia ſumptuoſa nõ ichoentur nec deſtruantur: niſi deliberatione prius habita diligenti per generalem ſeu prouincialem miniſtrum: cuſtodẽ guardianum: & diſcretos loci: & nihilominus interueniente auctoritate Generalis ſeu prouincialis miniſtri. Et cũ facienda fuerint & inchoanda huiuſmodi edificia caueant diligenter predicti & alii q̃ propter ipſa ſeu occaſione ipſorum conuentus dicti neceſſaria non amittant: nec loca ipſa debitis agrauentur: conſtitutione prefati Clemẽtis predeceſſoris noſtri edita in ſuo robore duratura. Per p̃miſſa uero uel aliq̃d premiſſorum non intẽdimus regule ipſorum fratrum ſeu conſtitutiõnibus ac declarationibus quorũcũq̃ romanorum Pontificum predeceſſorum noſtrorum ſubſtitutis uel factis uel habitis ſuper ea in aliquo derogare quinimo premiſſa omnia & ſingula ſcdm regulam & conſtitutiones predictas in quantũ ipſas tangunt intelligi uolumus & mandamus ſeruari.

De monialibus ſeu minoroſis. Cap̃.xxx.

INſuper qa decet chriſti fa
mulas & deuotas ancillas
que mundanis cōtemptis
illecebris aduerſus princi-
pes tenebrarum & contra ſpūales neq̄
tias pugnature ſe per profeſſionis uo-
tum & diſciplinis regularibus aſtrixe-
rūt in agone pñtis militie ſic per rectū
iter obſeruantie regularis incedere: ut
per perfectam cordis & corporis puri-
tatem: poſt conſumatum curſum mū-
dialis certaminis ſuperne uocationis
brauium conſequi mereantur. Nos ſta
tui monialium ſi que ſūt ſub cura ſeu
regimine fratrum ordinis minoꝝ uel
erunt in futurum ſiue minoriſſaꝝ aut
ſancte Clare ſiue ſancti Damiani ordi
nū ſeu quibuſuis uocabulis nuncupā
tur paterne ſollicitudinis ſtudio proui
dere uolentes auctoritate pñtium. Or
dinamus ꝙ in ſingulis monaſteriis ea
rundem per ꝓuintiales miniſtros eiuſ
dem ordinis minorum de cōſenſu ab-
batiſſarum & conuentuū ſeu maioris
partis earundem numero auctoritate
apoſtolica certus monialiū numerus
ſtatuatur iuxta monaſterioꝝ ipſorum
ſuppetentiam obuentionum & facul-
tatū ita ꝙ ex ipſis congrue ualeant ſu-
ſtentari: ꝙq; ultra dictum numerū nul
la in eis poſſit recipi niſi de apoſtolice
ſedis auctoritate ſeu licentia ſpāli uel
niſi adeo ipſoꝝ monaſterioꝝ faculta
tes ſeu obuentiones excreſcerēt ꝙ plu
ribus poſſent ſufficere cōpetenter. Sed
& tūc prius talis excreſcentia referatur
capitulo generali dictoꝝ fratrum mi-
norum in quo habeant ordinare quot
perſone ex ipſis fructibus uel excreſcē
tibus obuentionibus ultra dictum ſta
tutum numerum poſſint poni. Quū
autem infra dictum ſtatutū numerum
alicuius receptio fuerit facienda talis
receptio fieri nequeat niſi de . miniſtri
generalis uel prouintialis ſpāli licētia
& expſſa quibus diſtricte precipimus
ut anteq̄ hmōi concedant licentiā dili
genter prouideant: ne aliqua pactio il
licita ſeu prauitas ſimōiaca intercedat
Si uero contingat aliqd gratis offerri
monaſterio ab ingredientis parētibus
uel amicis eius uel alterius monialis:
uel penſionem ſeu redditus alicui mo
niali uel quicquid aliud donari uel le-
gari ꝑ abbatiſſam ipſam recipiatur &
in uſu cōi cōuertatur & neceſſitatibus
eius cuius contemplatione oblatum:
donatum ſeu legatum fuerit fauora-
biliter ſubueniatur. Caueant inſuper
prefati generalis & prouintiales mini-
ſtri ne pro concedenda predicta licen
tia ſeu alias uel qua quōcūq; occaſio-
ne ipſius uel quouis aliorū colore uel
figmento queſito aliquid a quacunq;
ſeu quibuſcūq; pſona uel perſonis per
ſe uel per alium ſeu alios ante ipſam li
centiā uel poſtea recipe qñq; pſumant
ſeu recipi a qbuſcūq; aliis etiam ſui or
dinis ſingularibus fratribus uel cōuēti
bus ſeu dari offerri locis uel fabricis
ſeu aliis uſibus qbuſcūq; dicti ordinis
uel locoꝝ ipſius faciant ꝓcurent aut
q̄tum in eis fuerit hoc fieri ꝑmittant
etiā pretextu cuiuſcūq; conſuetudinis
q̄ reputamus potius corruptelā. Si uo
cōtrariū fecerint ipō facto ſnīam excōi
cationis incurrant a qua nequeāt niſi
per ſūmum pontificem preterq̄ in arti-
culo mortis abſolutionis beneficium
obtinere. Et ſi de hoc legittime con-
uicti fuerint ab eorum miniſteriis ſeu
offitiis ꝑpetuo deponantur. Preterea

ordinamus q̄ tam abbatiſſe q̄ alii ſeu alie: qui ſeu que bona & obuentiones dictoꝝ monaſterioꝝ adminiſtrabunt colligent recipēt aut expēdent teneantur ānis ſingulis coram gn̄ali uel ꝓuinciali Miniſtro ſeu uiſitatore & ceteris monialibus ipſoꝝ monaſterioꝝ prouidis & diſcretis ad hoc ꝑ conuētus eorūdem monaſterioꝝ electis de receptis & expēſis ac de his que eis uel que per eas debētur: & de ſtatu in quo monaſteria erunt plenā & fidelem reddere rationē. Ordinamus etiā q̄d deinceps in ſingulis monaſteriis ſiue locis ipſaꝝ in nouitate cuiuſlibet abbatiſſe infra duos mēſes poſtq̄ pacificam poſſeſſionem bonoꝝ monaſterii habuerit in p̄ſentia generalis uel ꝓuincialis Miniſtri ſeu uiſitatoris ipſius monaſterii: & ſex diſcretaꝝ monialium eiuſdē: de oībus bonis eiuſdem monaſterii mobilibus & īmobilibus ſeſeq̄ mouentibus in q̄buſcūq̄ cōſiſtant fiant inuentaria ſeu regiſtra cōſilia duplicata ſigillis abbatiſſe & cōuētus ſigillata: in q̄bus īter oīa contineātur quot extent uel deficiant aīalia & qualia & quanta blada: uina & cetera uictualia: & que & quot & q̄bus monaſterium debet & que & quot & a q̄bus debētur eidē & ſub quibus obligationibus debet uel debētur eidē: & que & quot uaſa ſiue ornamēta uel ſupellectilia & ſimilia in ibi fuerint. Et ſi qua abbatiſſa in bono receperit mōaſteriū ipſum poſtea ad malū ſtatū deduxerit: bona ipſius debitis obligando indebite uel dilapidando: ſeu alienādo ab admīſtratione abbatie remoueatur oīno & alias debite puniatur. Predicta aūt inuētaria ſeu regiſtra clare & ītegraliter ī capitulo ipſius monaſterii p̄ntibus miniſtrō generali uel prouintiali & monialibus conuentus eiuſdē & ad hoc ſpāliter cōgregatis legantur & uulgarizentur q̄bus ſic lectis unū penes abbatiſſā remaneat & alīd penes dictum conuentū & tranſcriptū ipſius penes dictū gn̄alē uel ꝓuintialē miniſtrū. Ceterū cū uniuerſe & ſingule dictoꝝ ordinum moniales ſcd'm earum regulas & conſtitutiones felicis recordationis Bonifatii octaui p̄deceſſoris noſtri ſup hoc editas ſub perpetua in ſuis monaſteriis debeāt permanere clauſura & ī nōnullis monaſteriis monialiū predictaꝝ: ſicut accepimus non uſq̄quaq̄ ſeruētur uolentes cōſtitutiones predictas inuiolabiliter obſeruari. Diſtricte precipimus Mīſtris uiſitatoribus abbatiſſis & quibuſcunq̄ aliis ad quos uel quas hoc ꝑtinuerit ut clauſurā hm̄ōi diligēter teneri faciant & ſeruari: ita q̄ nulli eaꝝ tacite uel expreſſe ꝓfeſſe ſit uel eſſe ualeat quacūq̄ rōne uel cā clauſurā hm̄ōi deinceps egredi facultas niſi forte cauſa plantandi uel edificandi eandem religionem ad aliquem locum alique tranſmittātur uel tāto forte & tali morbo euidenter eaꝝ aliquas laborare cōſtaret q̄ nō poſſēt cum aliis abſq̄ graui periculo ſeu ſcādalo cōmorari. Quodq̄ nulli regulari uel ſeculari uel laice perſone cuiuſcūq̄ preeminentie dignitatis ſtatus uel conditionis extiterit: ingreſſus pateat ad eaſdē ſine apoſtolice ſedis licentia ſpāli: exceptis ſolūmodo perſonis illis quibus in certis caſibus per predictorum predeceſſoꝝ noſtrorum ordinationes & per predictaꝝ monialiū regulas noſcitur eſſe permiſſum. Eiſdem quoq̄ Miniſtris cuſtodibus & Guardianis di

ſtrictius tenore p̄ſentium duximus in-
iūgendum:ut fratres dicti ordinis ſibi
ſubditos arcere ſtudeāt ab acceſſu ad
monaſteria monialiū quarūcūq̄ʒ:iuxta
beati Frācisci regulam & apoſtolica ac
ipſoꝝ ordinis inſtituta penas in dictis
inſtitutis prouide ordinatas eoꝝ trāſ-
greſſoribus infligendo. Quāuis aūt in
regula dictaꝝ monialiū Sancte Clare
ſequens clauſula inter alia ſit inſtituta
uidelicet. Poſſint aūt in ſingulis mona
ſteriis recipi alique licet pauce ſub ſer
uitialiū nomine uel ſoroꝝ ad hmōi ꝓ
feſſionis obſeruantiā aſtringende pre
terq̄ ad articulū de clauſura.&c. Nos
tn̄ honeſtati & fame tam ipſaꝝ moni-
aliū Sancte Clare q̄ minoriſſaꝝ & Sā
cti Damiani predictaꝝ in hac parte ꝓ
uidere uolentes ordinatione preſenti
perpetuo ualitura diſtricte ꝓcipimus:
ꝙ huiuſmodi ſeruitiales ſeu ſorores ad
obſeruantiā profeſſiōis aſtricte & que
de cetero aſtringētur queādmodum &
cetere moniales debeant ſub perpetua
clauſura manere. Poſſint tamē ſingula
monaſteria dictaꝝ monialium habere
aliquas tn̄ paucas mulieres moribus
& etate maturas prouidas & hone-
ſtas:in ſeculari honeſto habitu incedē
tes:que dictam clauſuram nullatenus
ingredi permittant:ſed negotia mona
ſterii ac neceſſitates monialium prout
eis cōmiſſum fuerit fideliter exterius
pagant & procurēt. Porro ſi abbatiſſa
cōtra premiſſa clauſuram ipſam exire
preſumpſerit uel ad exeūdum aliq̄ licē
tiauerit monialem:per Miniſtrū ſuum
de diſcretoꝝ fratrum cōſilio remouea
tur a regimine abbatie. Moniales uero
dictam exeūtes clauſurā in caſibus nō
permiſſis ipſo facto ſint inhabiles ad
quecūq̄ʒ offitia in earū ordine obtinē-
da:& nihilominus ſubdantur penis q̄
pro grauioribus culpis in ipſo ordine
cōſueuerunt imponi. Ad hec diſtricte
prohibemus dictoꝝ ordiniū moniali-
bus in earum dormitoriis cellas habe-
re:ſi quas uero habēt oīno deſtrui pre
cipimus & mandamus per Miniſtros
ſeu uiſitatores in prima uiſitatione q̄
ipendent in monaſteriis earūdem. Cō
traditiones ſi qui ſeu ſi que fuerint ac
dantes eis in hoc auxiliū uel fauorem
auctoritate apoſtolica per cēſuram ec
cleſiaſticā cōpeſcendo. Vt aūt ſalutaria
ſtatuta & ordinationes hmōi per quo-
rum obſeruantiam profeſſores eiuſdē
ordinis eterno regi in puritate mentiū
obſequentes de ſpiritualibus hoſtibus
animaꝝ poterūt deo propitio facilius
triumphare eoꝝ publicationes ſolēnes
ad cūctoꝝ profeſſoꝝ dicti ordinis no-
ticiam deducantur ac deuote & fideli-
ter obſeruentur ab eis:auctoritate apo
ſtolica tenore preſentiū ordinamus ꝙ
ſtatuta & ordinationes predicte inpri-
mis eoꝝ generali & prouincialibus ca
pitulis a principio uſq̄ʒ in finē integre
prout iacent legātur publice:& ſolēni-
ter publicentur eorūq̄ʒ copie ſingulis
Miniſtris prouīcialibus ad prefatū pri
mum generale capitulū cōueniētibus
per Miniſtrum generalē eius & diffi-
nitorum eiuſdē capituli generalis ſigil
lis ſigillate tradantur & etiā aſſignen-
tur. Iidem quoq̄ʒ prouinciales Miniſtri
copiam ſtatutoꝝ & ordinationum hu
iuſmodi ſingulis cōuentibus prouin-
ciaꝝ ſuaꝝ infra duoꝝ menſium ſpa-
tium poſt publicationē earum in ſuis

prouincialibus capitulis factam mittere teneantur. Volumus etiã & auctoritate ſtatuimus ſupradicta: ꝙ in ſingulis cõuentibus dicti ordinis ſtatuta & ordinationes prefate legãtur quolibet menſe ſemel & ꝙ quelibet alia ſtatuta & ordinationes eiuſdẽ ordinis cõtraria his noſtris ordinationibus & ſtatutis ipſo facto omni robore careant & etiã firmitate. Dicti quoqꝫ miniſtri & frẽs dicti ordinis preſentes & poſteri cõtra ordinationes & ſtatuta hmõi qcq̃ ſtatuere uel ordinare aut obſeruantiã aliquã introducere nõ preſumãt: ꝙ ſi ſciẽter preſumptum fuerit auctoritate apoſtolica irritum decernimus & inane & nullius penitus exiſtere firmitatis. Volumus etiã & mãdamus ꝙ ſinguli Miniſtri prouinciales in ſingulis ſuis prouinciis: ſingulis conuentibus monialium predictaꝝ que ſub cura ſeu regimine dictoꝝ fratrum conſiſtũt inquãtum eas tangere uel reputare dignoſcũtur infra dictum terminum ſub eorum diffinitorum ſigillis ſingulas copias debeant aſſignare eaqꝫ eorũ conuentibus legi ac uulgarizari faciant & exponi ac ſub penis contẽtis in eis diſtricte mandari: ut illa deinceps debeant iuiolabiliter obſeruare.

NUlli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatutorum ordinationum uoluntatum & mandatorum infringere uel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autem hoc atentare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum Datum Auinioni quartõ kalen. Septembris pontificatus noſtri anno ſecundo.

HAs igitur chariſſimi fratres apoſtolicas ſanctiones reuerenter audite & cum gratiaꝝ actõe ſuſcipite & obediẽter iplete. Hec enim ordinata ſunt ad noſtratum animarum ſalutem & noſtri ordinis honeſtatem & ad obſeruãtiam regularem que ſi uobis adſint & ſuperent non uacuos uos nec ſine fructu cõſtituent in dñi ieſu chriſti cõmiſſionem. Ideoqꝫ puriſſimam patris intentionem ſtudii laborem fructũqꝫ ſequentem uigilantius atendẽtes uos ipſos & corda ueſtra diſponite quomodo cũcta que in premiſſis ordinationibus ſeu ſtatutis iniuncta ſint uobis diuina gratia aſſiſtente obſeruare poſitis. In premiſſarum igitur receptionis inſpectionis lectionis & publicationis teſtimonium preſentes litteras feci fieri & meo & diffinitorum capituli memorati ſigillis iuxta mãdatum domini pape prefati muniri. Datum Caturcii. xxii. die mẽſis Iunii: anno domini ſupradicto & pontificatus ipſius domini Benedicti pape. xii. anno. ii.

Expliciunt ordinationes dñi Benedicti pape. xii.

Infraſcripta ſunt capitula que continentur in conſtitutionibus infraſcriptis. R.p. Guilielmi Farinerii generalis miniſtri totius ordinis minorum fratrum.

De religionis ingreſſu.	cap. primū.
De qualitate habitus.	cap. z.
De obſeruantia paupertatis & de non recipienda pecunia.	cap. iii.
De modo interius conuerſandi.	cap. iiii.
De modo exterius exeundi.	cap. v.
De occupationibus fratrum.	cap. vi.
De correctione delinquentium.	cap. vii.
De uiſitationibus prouintiarum.	cap. viii.
De electionibus miniſtrorum.	cap. ix.
De capitulo prouintiali.	cap. x.
De capitulo generali.	cap. xi.
De ſuffragiis defunctorum.	cap. xii.

Incipit prologus in generales conſtitutiones ordinis minorum editas aſſiſii i capitulo generali ibi nouiter celebrato.p'Rꝫ·i chriſto patrem fratrē Guilielmū farineriū tunc eiuſdem ordinis generalem miniſtrum.Anno domini. M.ccc.liiii.In feſto Penthecoſtes;

QVoniā ut ait ſapiens:ubi nō eſt ſepes diripietur poſſeſſio:neceſſarium eſt uolētibus regni celeſtis poſſeſſionē preclarā in quā per ſpūm paupertatis intratur cuſtodire illeſam ſepem illi circundare diſcipline. Nequaq̄ enim ſuperfluunt morum obſeruantie regulares:que nō ſolum ad ſpūalis uite concordiam decorem & cuſtodiam ſuffragantur: uerū etiam ut in pluribus intra perfectionis & puritatis regule promiſſe ſubſtantiā includuntur·Et has potiſſime explicare oportet:ne per caliginem ignorantie in tranſgreſſionis foueam incidatur. Nullus igitur de poſſeſſione uirtutis glorietur in corde:ſi diſſipator eſt ſepis in conuerſatione· Si quis enim teſte ſcriptura:putat ſe religioſum eſſe non refrenans linguam ſuam ſed ſeducens cor ſuum huius uana eſt religio.Oportet igitur ori & ceteris ſenſibus:& actibus:& geſtibus:& moribus: ſepem circundatam per honeſtatem regularium ſtatutorum: a uiris perfectis non deſtrui:ſed ſeruari. Ne dum ſepem diſſipant mordeantur a colubro ſecundum ſententiam ſapientis. Nō enim abſq̄ periculo paruipendi poteſt quod cum tanta difficultate:tot laboribus & periculis:tot & tantis deliberationibus pro ſalute animarum a genetali ſtatuitur capitulo:apud quod precipua reſidet auctoritas ordinem gubernandi·Si quis autem grauem reputat horum ſarcinam ſtatutorum hic cogitet apud ſe ꝙ iuxta apoſtolum. Omnis diſciplina in preſenti non eſt gaudii ſed meroris:fructum autem pacatiſſimum iuſtitie exercitatis per eam affert in futurum. Quia uero confuſio eſt tam intelligentie q̄ memorie inimica:expedit ut cōſtitutionū uarietas ad certos titulos reducatur ut uidelicet.

Primo ordinentur: que ſpectant ad religionis ingreſſum· Secundo que ad habitus qualitatem· Tertio que ad obſeruātiam paupertatis· Quarto que ad formam interius conuerſandi. Quinto que ad formam exterius exeundi· Sexto que ad occupationes fratrum. Septimo que ad correctiones delinquētium· Octauo que ad uiſitationes prouintiarum· Nono que ad electionem miniſtrorum.

Decimo que ad capitulum prouintiale· Vndecimo que ad capitulum generale. Duodecimo que ad ſuffragia defunctorum·

Explicit prologus.

De ingreſſu religionis· Cap.pmū

STatuimus in principio ꝙ qui uenientem ad ordinē noſtrum debet in fratrem recipere:diligenter inquirat & attendat ſollicite ꝙ recipiendus ut docet regula ſit fidelis & catholicus

de nullo errore ſuſpectus:matrimonio
nō ligatus per copulam carnalem:cor-
pore ſanus:animo promptus: legitti-
me natus:debitis expeditus:conditio-
ne liber:etate·xiiii·annorum ad minuſ
niſi fuerit a parentibus oblatus: nulla
uulgari infamia maculatus:competē-
ter litteratus: uel ad labores fratribus
honeſtos & utiles aptus:aut talis con-
ditionis exiſtens ꝙ eius receptio: clero
& populo non modicam edificationē
afferat. Si quis autem aliter receptus
fuerit nō admittatur ad profeſſionem
ſine generalis uel prouiatialis miniſtri
licentia ſpetiali cum conſilio diſcreto-
rum. Porro laici non recipiantur ad
ordinem abſq; licentia generalis mini
ſtri·Et nullus pro laico recipiatur ad
ordinem citra·xviii·annum: nec ultra
quadrageſimum:niſi eſſet ꝑſona mul-
tum notabilis uel inſignis: de cuius re
ceptione eſſet edificatio magna in po-
pulo &clero. Nec aliquis de laicatu
ad clericatum aſcendat ſine aſſenſu ca
pituli generalis. Si autem iuxta quod
regula concedit miniſtri cum aliqui-
bus clericis uel laicis diſpenſarent: ut
probationis caputium minime porta-
rent fiat eis tunc iuridica proteſtatio ꝑ
illos qui eos recipient:ꝙ ex tali conceſ
ſione habitus ꝓfeſſorum: nullum ius
acquirent in ordine:q̄uis annus pro-
bationis tranſiret:donec expreſſam ꝓ
feſſionem fecerint iuxta noſtri ordinis
inſtituta. Nulli uero miniſtro: Cuſto
di ſeu Guardiano: liceat recipere ali-
quē eiectum de ordine uel ꝑ ſe egreſ-
ſum de adminiſtratione alterius mini
ſtri:ſiue ſit in noſtro habitu ſiue non.
Inhibemus etiam ꝙ nullus profeſſus
in ordie mēdicantiū ad noſtrū ordinē
recipiatur ꝙ ſi ſecus factum fuerit hu-
iuſmodi receptio irrita ſit & caſſa.
Nec de non mendicantibus aliquis
recipiatur niſi prius a ſuo ſuperiore li-
centia poſtulata. Item nullus pro alie
na receptus prouintia:uel ad ſuā tranſ
latus inſtantiam poſſit ad natiuam re-
dire prouintiam moraturus ibidem:ni
ſi de generalis licentia ſpetiali.

Priuilegium Bonifatii pape.

VOlentibus ueſtro aggrega
ri conſortio qui ſuſpenſio-
nis aut interdicti uel exco-
municationis ſententiis a
iure uel a iudice generaliter ſunt liga-
ti abſolutionis benefitium obſeruata
forma canonica impertiri: ipſoſq; in
fratres recipere:ac eos qui poſt aſſum
ptum habitum uel profeſſionem pre-
miſſam recoluerint ſe talibus in ſecu-
lo fuiſſe ſententiis innodatos: ſecun-
dum formam ipſam uos Generalis &
prouintiales miniſtri & prefati cuſto-
des & ueſtras uices gerentes ualeatis
abſoluere:& cum eis in irregularitati-
bus diſpenſare:ſi talibus forſan fue-
rint innodati ſententiis:uel in locis in
terdicto ſuppoſitis diuina preſumpſe-
rint offitia celebrare uel ordines reci-
pere ſic ligati. Ita tamen ꝙ ſi aliqui
ex huiuſmodi ſententiis propter debi-
tum ſint aſtricti eiſdem ſatiſfaciant ut
tenentur. Volumus nihilominus ꝙ uo
lētes huiuſmodi ueſtro aggregari col-
legio niſi mox poſtq̄ fuerint abſoluti
ordinem ueſtrum intrauerint etiam ſi
ad hoc indutie a prelatis eiuſdem or-

dinis concederentur eo ipſo in prefatas ſententias a quibus eos abſolui cõtigerit relabantur.

Capitulum generale.

C Ompleto uero anno probationis ſi nouitii a fratribus cũ quibus conuerſati fuerint habeant laudabile teſtimonium: de generalis uel prouintialis miniſtri licentia a ſuis cuſtodibus ad profeſſionem recipi poſſint. Et interdum ex rationabili cauſa poſſit miniſter hoc ipſum concedere guardianis. Quam quilibet nouitius fatiat in hunc modum: quũ ad profeſſionem recipitur. Ego frater. N. uoueo & promitto deo omnipotẽti & beate Marie uirgini: & beato Franciſco & omnibus ſanctis: & tibi pater toto tempore uite mee ſeruare regulam fratrum minorum per dominum Honorium papam cõfirmatam: uiuendo in obedientia: ſine proprio: & in caſtitate. Et qui eum recipit promittat ei uitam eternam ſi hec obſeruauerit. Et hec receptio tantum fiat in capitulo coram fratribus ad hoc ſpetialiter conuocatis. Huiuſmodi autem nouitii ante profeſſionem ſint expropriati omnino & nihil pro ſe in teſtamento uel alias faciant reſeruari. Si autem cõuerſatio alicuius nouitii fuerit dubia apud fratres eius ad profeſſionem receptio prouintiali miniſtro penitus reſeruetur. Nullus autem nouitius pro clerico ad profeſſionem recipiatur: niſi totum diuinum offitium ſciat dicere per ſeipſum. Illi uero qui iam ſunt recepti uel in poſterum contra preſentem ordinationem contigerit recipi: non promoueantur ad ordines ſacros: nec mittãtur ad ſtudia: nec ad aliquam preſidentiam aſſumantur anteq̃ perfecte ſciuerit diuinum offitium: ut eſt dictum. Si quis autem cuſtos uel guardianus aliquem predicta neſcientem ad profeſſionem recipere uel ad ordines ſacros promoueri facere preſumpſerit puniatur grauiter per miniſtrum.

De qualitate habitus. Cap. 2.

Vm aũt regula dicat ꝙ fratres oẽs ueſtimẽtis uilibus induantur prout in ſtatutis bone memorie dñi fratris Bonauẽture cõtinetur. Ordinamus & ſtatuimus: ut ueſtimentoꝝ uilitas atendatur in pretio pariter & colore. In omnibus autẽ que ad habitum fratrum ſpectant ad imitationẽ patrũ noſtroꝝ ſemp i ueſtibus reluceat aſperitas uilitas & paupertas. Et ut ignorãtia nemini ſit occaſio delinquẽdi: ordinamus ꝙ oẽs fratres ueſtibus talibus induantur ꝙ nec ſint adeo precioſa ut uidẽtes eos de curioſitate & uanitate notare debeant: nec ita uilia & groſſa ꝙ ipſa uidẽtes in horrorem inducãt & ꝓuocent ad deriſum. Lõgitudo aũt habitus ultra longitudinẽ fratris deferẽtis talis ſit ꝙ nec plica ultra quattuoꝛ digitos ꝓtendatur: nec ita breuis quin corda ex ea ualeat operiri. Latitudo uero. xviii. palmoꝝ nõ excedat mẽſuram: nec ſit minor quidecim. Caputiũ uero

tali modo fiat ꝙ exiſtens in capite extremitas per longitudinē duoꝝ digitorum nō excedat cingulum:nec ꝑ duorum digitoꝝ latitudinem ſupra cingulum debeat remanere. Pānus aūt anteq̄ incidatur ꝑ̄ſentetur cuſtodi uel guardiano cōuentus:qui iudicare teneatur:an pānus prefatus cōueniat noſtre profeſſioni:& nō niſi ſcd̄m alterius eorum arbitrium pānus pro habitu uel mantello aliquo mō ſcindatur. Quod ſi oppoſitū per fratrem aliqnem fuerit atentatū:ipſum cuſtos uel guardianus priuare debeat ipſo pāno. Caueant aūt miſtri cuſtodes & guardiani ne pānos guttatim reſperſos diuerſis coloribus:uel nimiam albedinē uel nigredinem pretēdētes pro habitibus uel mātellis fratres deferre permittāt. Exceſſus etiā quo ad numerū ī habitibus tunicis & mātellis caſtigatione qua cōuenit reprimatur. Et q̄ in premiſſis corrigendis uel aliquo ipſoꝝ fuerint negligētes:tamdiu a uino abſtineant: q̄diu predicta ex eoꝝ culpa remāſerint īcorrecta. Miniſtri etiam ſine moroſa dilatione oēs & ſingulos frēs ſue ꝓuincie teneantur reducere ad uniformitatem habituū & ueſtium ſicut in cōſtitutionibus papalibus cōtinetur. Mantellos quoq̧ de pāno uili & humili frēs habeant:nō rugatos circa collū nec criſpos:nec uſq̧ ad terram ꝑ integrū ſaltē palmum protēſos. Et in forma ſeruetur modus ātiquus & hactenus cōſuetus omni curioſitate penitus abdicata. Nec unq̄ dormiāt frēs ſine habitu: femoralibus & corda niſi manifeſta neceſſitate uel infirmitate cogātur. Quicūq̧ aūt frater repertus fuerit ſine habitu iacere:in terra corā fratribus ſine habitu in ſequēti prādio comedere teneatur. et ſi camiſiam lineam uel de bombice uel de cotone ad carnē portauerit:in ſequēti prādio in terra comedat:habens coram ſe camiſiā pro tobalia uel mantili. Si uero relapſus fuerit in aliquo predictoꝝ uoce actiua & paſſiua ipſo facto ſit priuatus:& per menſem ꝓbatiōis caputio puniatur. Et eiſdem penis ſubiaceant ueſtes ſeculares in ſuis cellis tenētes ſine ſuperioris ſui ſcitu & licētia ſpeciali. Miniſtri & cuſtodes grauiter puniāt illos qui uitioſi fuerit nō cogente neceſſitate portare capitergia ſeu ſudaria circa collum:& almutia alba ſiue rubea de pāno uel de tela. Item quū ordo noſtre profeſſionis quaſi tunica chriſti inconſutilis mira uirtutum uarietate cōtextus indiuiſibilis in plures ordines cēſeatur omnino. Idcirco ordinat Generalis miniſter de concordi cōſilio omnium diffinitorum & cōſenſu miniſtroꝝ & magiſtrorū capituli generalis: ne deinceps ſecta aliqua ex fratribus dicti ordinis exurgere permittatur:que pretendat ꝓbabiliter ex ſeparatione locorum & habituum ipos eſſe animo ſeparatos. Preſertim cum talis ſecta per declaractionem dn̄i Io. pape. xx. & dn̄i Benedicti pape duodecimi. tanq̄ preſumptuoſa & temeraria iudicetur. Item ſani fratres in dormitorio culcitris:linteaminibus & puluinaribus de plūma nō utātur. Cingulum habeatur corda communis & rudis: & omnis curioſitas & ſingularitas ab ea penitus reſcindatur.

Item cum ſecundum regulam calciamenta niſi in caſu neceſſitatis fratres portare non debeant:& per hoc etiam a religioſis ceteris diſtinguantur:ordi-

nat generalis miniſter de cõnſenſu ca pituli generalis & precipit: ꝙ nullus fra ter portet calciamenta ſine urgenti & manifeſta neceſſitate de miniſtri licen tia ſpetiali. Quam licentiam in eius ab ſentia cuſtos uel guardianus aut'uica carii eorũdem dare poſſint cum con ſilio fratrum diſcretorum. Ad quod conſilium fideliter tribuendum teneã tur diſcreti cum fuerint requiſiti. Et ꝗ cõtrafecerit infra octo dies per unam diem naturalem per obedientiam nõ bibat niſi aquam: uel ab omni cocto abſtineat preter panem. Et habeantur calciamenta pro celebrandis miſſis in cõmuni: quibus fratres occaſione miſ ſarum & non alias calcientur. Tonſu ram deſuper aures tam clerici ꝗ̃ laici ſi bi fieri procurent. Ad quindenam au tem ſemper in eſtate radantur. In hie me uero infra tertiam ſeptimanam: et ſit raſura nõn modica ut decet religio ſos. ſ. ut inter ipſam & aures non ſint pluſꝗ̃ tres digiti.

De obſeruantia paupertatis & de non recipienda pecunia. Cap. iii.

PReterea quum regula di cat ꝙ fratres non recipiãt pecuniam per ſe nec per interpoſitam perſonam: & qualiter intelligi debeat per duos ſum mos pontifices. ſ. Nicolaum tertium & Clementem quintum aperte fuerit de claratum: ordiamus ut hoc melius ob ſeruetur ꝙ declarationes predicte ꝙ̃tũ ad iſtum articulum & alia que ptinent ad obſeruantiam paupertatis quater in anno: & ipſe declarationes bis per integrum ad minus in anno legantur ne ignorantia ſit ipſis fratribus occaſiõ delinquendi. Nullus frater quacũꝗ ex cauſa pecuniam apud aliquem depo ni ſuſtineat uel conſeruari ſine licen tia ſpetiali: & ſemper cum conſcientia guardiani: et nulli concedatur niſi pro neceſitate preſenti uel de proximo imi nenti. Quilibet autem frater teneatur ĩfra octo dies poſtꝗ̃ ſui guardiani pre ſentiam habuerit eidem totam elemõ ſynam que pro ipſo quocũꝗ modo ex pendenda uel pro aliis diſtribuenda habebitur integraliter reuelare. Et hoc idem guardianus cuſtodi & cuſtos mi niſtro facere teneatur. Et quicũꝗ hoc facere contempſerit pena proprietarii puniatur: & nihilominus recurſu ad dictam elemoſynam ſit priuatus. Et ei dem pene ſubiaceat quicũꝗ pecuniã ſuper ſe portauerit uel propria manu cõtrectauerit: uel in cella ubi frater fu erit de conuentu retinuerit. Qui uero ſecũda uice repertus fuerit pecuniam ſuper ſe portaſſe uel manu propria cõ trectaſſe pena carceris puniatur. Pe na etiam ꝓprietarii puniatur quicũꝗ libros ſeu res alias quaſcũꝗ ſuo uſui deputatas apud perſonam aliquam ex tra conuentum ſeu locum fratrum de poſuerit abſꝗ ſcitu guardiani: & ali quorum proborum fratrum conuen tus ſeu loci. Teneantur autem miniſtri & cuſtodes per obedientiam de hoc in quirere diligẽter & terminum certum prefigere infra quem ipſa pecunia in res licitas cõuertatur. Simili quoꝗ pe na puniatur qui pro ſe uel pro alio in contrahendis debitis inuentus fuerit uitioſus. Et ſimiliter qui libros uel res alias ſuo uſui deputatas pro ſe uel pro alio pignori ſuppoſuerit ſine ſui mini

ſtri licentia:qui ſuper hoc habeat licentiam concedendi: ut eam poſſit dare cuſtodibus ſi forte uiderit opportunũ Guardiani inſuper res conuentuum uel locorum ſine magna neceſſitate uel euidenti utilitate impignorare nõ audeant: niſi maioris partis fratrum ſuorum maxime ſeniorum habeatur aſſenſus. Caueant autem guardiani & fratres alii ne ſe uel locum aliquem in debita onerosa inducant uel induci permittant abſq; miniſtri conſilio & aſſenſu. Et de his debitis in quolibet prouintiali capitulo perquiratur. Verum pro edificiis conſtruendis:locis etiam mutãdis uel ampliandis & pro libris ſcribendis uel emendis debitum fieri prohibemus:niſi miniſter prouintialis pro cauſa rationabili uiderit diſpenſandum. Nullus inſuper frater libros ſcribi faciat ad uendendum : nec habitos uendat carius in ordine q̃ ſint empti. Et qui ultra acceperit eidem penitus auferatur : & nihilominus puniatur. Inſuper fratres non habeant nec mutuent uaſa aurea uel argentea uel utantur eiſdem uel aliis iocalibus pretioſis Et quicunq; contrafecerit habitu ſpolietur:& de mutuatis nihilominus puniatur ad arbitrium miniſtrorum. Item fratres nullam litteram uel inſtrumentum confici permittant in quibus proteſtentur ſe pecuniam recepiſſe. Sufficiat tamen dicere fore tantam quantitatem pecunie datam uel legatam pro ſua neceſſitate uel utilitate:ab aliqua perſona eſſe acceptam & ſibi plenarie ſatiſfactum.

Circa conſtitutionem quoq; domini Benedicti pape duodecimi ĩ caſu quo uult q libri fratrum decedentium ad eorum conuentus libere reuertantur: intelligimus talium fratrum decedentium dici conuentum pro quo ad noſtrum ordinem ſunt recepti. Quamuis inde uel eius terris non ſint nati. Fratrum autem indiſtincte in prouintiis uel cuſtodiis:ad ordinem receptorum ĩtelligimus eſſe cõuentus illos ex quorũ terriſ originẽ cõthraxerũt. Et ut ĩ p̄dictis deinceps certius procedatur uolumus q quando aliquis frater recipitur in prouintia uel cuſtodia non natiua uel iam receptus extiterit determinetur per miniſtrum determinate ad locum aliquem pertinere. Libri aũt fratrum tranſlatorum de prouintia cuſtodia uel conuentu per incorporationẽ alterius quos tempore ſue tranſlationis habuerint:ad conuentum priſtinũ ipſorum ſecundum q premittitur reuertantur. Qui uero poſt prefatam trãſlationem obuenerint illius erunt conuentus ſeu loci cui frater per miniſtrũ fuerit deputatus. Et de pecunia que pro fratrum neceſſitatibus indiſtincte apud ſpirituales amicos a dãtibus fuerit deputata niſi per dominum reuocetur idem iuditium habeatur. Inhibemus diſtricte ſub pena priuationis librorum & offitiorum ordinis aut pene equalentis cui hec pena non competit:q nihil permittatur deponi in locis fratrum in auro uel argento: gemmis ſeu alia quacũq; re pretioſa ſolis libris exceptis:niſi aliquis neceſſitatis articulus emergat:quem fratres ſine ſcãdalo uitare non poſſent. & nunq̃ fiat ſine cõſilio diſcretorum & licentia guardiani uel uicarii:ita q uideatur ab ip-

ſis quid & qnãtum ſi fieri permiſerit ꝗ deponit: & cui & qualiter reddi debeat & hoc ſub ſcriptura autentica uel deponentis ſigillo ſi habet: & ſemper cũ proteſtatione ꝙ fratres deponentibus de cuſtodia nullatenus tenebuntur. Talia uero depoſita ſemper in cõmuni loco a guardiano aſſignato ſeruentur: & eo modo quo accepta fuerint reddantur cum idonea cautione. Miniſtri: Cuſtodes: Guardiani: Procuratores: & alii offitiales: ceteriq; fratres de collatis & expenſis ac ſuo conſilio & aſſenſu ad diſpenſandum cõmiſſis reddant debitam rationem: ita ꝙ miniſtri in prouintiali capitulo & cuſtodes ibidem corã fratribus ſue cuſtodie: guardianus ac procurator ſemel infra. xv. dies coram aliquibus fratribus diſcretis loci uel conuentus ad hoc communiter aſſignatis. Alii fratres miniſtro uel cuſtodi cum fuerint requiſiti. Ipſi uero miniſtri & cuſtodes teneantur de his congruis temporibus requirere rationem. Eccleſias etiam & alia edifitia que conſiderato fratrum inhabitantium numero exceſſiua merito debeãt reputari fieri de cetero firmiter prohibemus. Paramenta etiam & uaſa eccleſiaſtica decentia in numero & magnitudine ſufficientia competenter a fratribus habeantur. Et in his miniſtri & cuſtodes inuigilent ut omnis ſuperfluitas euitetur. Nullum etiam notabile edifitium de cetero conſtruatur uel deſtruatur ſine licentia & diſpenſatione miniſtri. Et qui contrarium fecerit uel conſuluerit per miniſtrum de loco irreuocabiliter expellatur: & aliis penis grauioribus puniatur. Cuſtos uerõ ſtatim ꝓdictum exceſſum teneatur denuntiare miniſtro. Inhibemus etiam per obedientiam ꝙ nullus frater per ſe uel per alium inducat aliquam perſonam ad faciendum ſeu ordinandum aliquam elemoſynam perpetuam uel ad uitã ſibi uel alteri fratri uel etiam ordini exhibendam. Et ſi aliqua talis fuerit ordinata nullo modo a fratribus uel ab aliquo nomine ipſorum in iuditio exigatur uel exigi procuretur. Si quis autem contrarium attentauerit ſcienter inducendo uel in iuditio exigendo uel exigi faciendo modo predicto ipſo facto ſententiam excõmunicationis incurrat a qua per miniſtrum uel eius uicarium poſſit abſolui. Precipimus per obediẽtiam omnibus fratribus ſingulorum conuentuum uel locorum ne conſentiant cuſtodibus uel guardianis ſeu eorum uicariis in pactionibus uel conuentionibus cum clericis faciendis uel quibuſcunq; perſonis ſine miniſtri licentia expreſſa uiua uoce ſeu ſua littera ſpetiali. Et quicunq; contrafecerit ab omni actu legittimo ſit ſuſpenſus: nec reſtitui poſſit niſi per generalem miniſtrum: uel per illum cui in ſpetiali duxerit cõmittendum. Et eidem pene cuſtodes & guardiani & eorum uicarii ſubiaceant: ſi talia quoquo modo facere attentabunt. Hanc autem conſtitutionem de pactionibus perpetuis & rebus notabilibus intelligi declaramus. Et caueant fratres pro poſſe ab omni ſcandalo clericorum & irreuerentia prelatorũ. Et tp̃e generalis interdicti ſcd̃m formam ſtatuti dñi Clemẽtis pape q̃nti matricibus eccleſiis ſe confor

mēt. Mandat & precipit capitulū generale ꝙ fratres de his funeralibus: que ad eos de rōne eoꝝ qui apud illos ſepeliuntur obueniunt libere curatis exhibeant canonicā portionem. Et ſummo ſtudio caueant ne occaſione ipſius canonice portionis in romana curia uel alibi lites moueant cum curatis. Vbi aūt irrationabilia grauamina ratione uel occaſione portionis predicte curati ipſi ingererent fratribus noſtris: ꝙ ad ſedem apoſtolicā uel obſeruatores noſtroꝝ priuilegioꝝ recurrere oporteret ſtudeāt prudēter & cū deliberatione anteꝗ lites incipiant iuris peritorum cōſilia ſalubria habere & ab eiſdem informationem recipere an iuſtitia ſit ꝑ eis: et in dubio nullatenus ad litigandū procedant. Ceterū cum noſtro ordine aliqui frēs fuerint & ſint excellentes in deuotione & obſeruātia ſtrictiori noſtre profeſſionis: uult ipſe generalis miniſter cū generali capitulo uniuerſo: ꝙ ſic uiuētes p prelatos bene tractentur & fauorabiliter in ſuis deuotionibus nutriantur: ſicut ſemper in noſtro ordine fieri cōſueuit. Quia uero dn̄s per prophetam dicit. Ecce ꝗ bonum & ꝗ iocūdū habitare frēs in unū: Ideo ordinat generalis miniſter cum ſupradicto generali capitulo conſtitutione preſenti ꝙ frēs deinceps indifferēter in cōuentibus habitent: ſcd̄m diſpoſitionem miſtrorum & cuſtodum: et in heremitoriis idem fiat. Caueant aūt predicti prelati ne frēs aliquos ad heremitoria mittāt pro reſidētia ibidē faciēda: niſi ſolidos & probatos in obſeruātia regulari: ubi fieri poterit bono modo. Item qcūq̧ frater noſtri ordinis profeſſor aſſerere ꝓſumpſerit publice uel occulte ꝙ frēs rem ſibi neceſſariam nō poſſint emere uel ſolutionē facere pro re iam empta de elemoſyna pecuniaria p nūcium illius a quo res emitur: uel illius a quo eiſdem frībus elemoſyna datur: uel per aliquem aliū uolētem facere elemoſynam preſentatum aut iminentibus neceſſitatibus ad ſpiritualem uel familiarem amicū apud quem per dn̄m pecunie uel nuncium auctoritate eiuſdem domini depoſita fuerit pecunia ꝑ neceſſitatibus fratrum diſpenſanda recurrere abſq̧ hoc ꝙ cēſeantur ſue regule tranſgreſſores ipſo facto ſentētiam excōicationis incurrant: cum hec aſſertio cōtraria ſit declarationi & determinationi domini Gregorii pape noni ſpecialis ꝓtectoris & familiaris cōſiliarii beati Franciſci manifeſtiſſime cōtradicat. Eidē etiā pene ſubiaceant q temerarie aſſerūt ꝙ ex arbitrio miniſtroꝝ & cuſtodū fratribus quādo uiderint & certa ſcientia & experiētia probauerint ꝙ uite neceſſaria pro comunitate conuentuum & locorum de mendicatis quottidie uel ꝑ curatis nō poſſent uiuere abſq̧ cōgregatiōe grani & uini in granariis & cellariis: predicta congregatio grani & uini nobis minime conueniat ſcd̄m noſtre regule puritatem: que aſſertio declarationi domini Ioānis pape. xx. contradicit expreſſe. Si uero contra duas conſtitutiones predictas pertinaces extiterint eis oppoſita aſſerendo in predicatione diſputatione uel priuata informatione ſi per teſtes idoneos de his conuicti fuerint pena carceris puniantur: nec liberari debeant niſi a ſuis aſſertionibus cum proteſtatiōe ꝙ nunꝗ recidiuabunt deſiſtant.

De modo interius conuerſandi.c.iiii.

q Vũ ſcđm regulam teneamur duas quadrageſimas ieiunare:& intermedia ſuadeatur cũ benedictione diuina:ex huius benedictionis amore. Statuimus ꝙ tali hora comedant fratres: ꝙ qui nolunt ieiunare non grauentur.ſ.hora ſexta. Obſecrat tamen generalis miſter cum generali capitulo ꝙ omnes fratres in ipſa quadrageſima intermedia.ſ.bti Frãciſci in cõuentu ſint una refectione cõtenti ad amouendas multas deordinationes & obtinẽdam benedictionẽ paternam exceptis minutis debilibus & infirmis. Apoſtoloꝝ uigilie ieiunẽtur intus & extra beatoꝝ Philippi & Iacobi:Ioãnis euangeliſte:& Barnabe tñ exceptis. Vigilia beati Bartholomei ieiunetur:& feſtum fiat ſcđm morem patrie. Vigilia autem beati Franciſci ieiunetur. Ieiunia regule in cibo quadrageſimali ſeruẽtur:& quadrageſime obſeruãtia a quinquageſima inchoetur.

Circa eſum carnium fratres tẽperate & ſtricte ſe habeãt & de ſero ĩ locis ſuis nullo tempore carnes comedãt exceptis infirmis & hoſpitibus de nouo uenientibus:quibus poſſunt tãtum primo ſero quo uenerũt de carnibus prouideri:exceptis illis etiam qui poſt prãdiũ ueniſſent:predicaſſent: & manualiter artificibus & queſtoribus pro comuni utilitate tota die laborantibus:niſi carnes in prãdio comediſſent. Caueãt fratres in feſtis ſancti Nicolai uel Innocẽtium uel quibuſcũqꝫ aliis feſtis ueſtes extraneas:religioſas:clericales:uel ſeculares:uel mulıebres inducre:aut nouitates alias diſſolutas ĩducere etiã ſub pena amotionis confuſibilis de conuẽtu. Ordinamus inſuper ꝙ ĩfirmis fratribus fratres infirmarii & alii fratres infirmorum ſeruitiis deputati ſtudeãt cum diligẽtia & ſedulitate eis ſeruire. Miſtri uero cuſtodes & guardiani eorũqꝫ uicarii eis ſeruiri facere & de cunctis neceſſitatibus prouidere uel prouideri facere teneantur. Et hoc de comunibus elemoſynis: niſi pro neceſſitate fratris ĩfirmi indiſtincte fuerit aliqua elemoſyna deputata. Et ut hoc melius obſeruetur uolumus & mãdamus miniſtris & cuſtodibus:ut in ſuis cõuentibus & locis ĩ quibus erũt ſiqui fuerint infirmi perſonaliter uiſitent: & inquirãt ſollicite qualiter cõſuetudinarie prouidetur & ſeruitur infirmis. Et ſi aliquos defectus cõpererint fratres qui fuerint in his culpabiles:ſcđm defectus & culparum exigẽtiã puniãt: & defectus prout poterunt faciãt emẽdari. Cuſtodes autem in quolibet loco ſue cuſtodie deputent unum fratrẽ qui in eius abſentia infirmos fratres frequenter uiſitet & guardianum & procuratorem & infirmarium prout uiderit expedire ſollicitet:ita ꝙ ut premiſſum eſt bene prouideatur & ſeruiatur infirmis. Porro miſtri ſi quos cuſtodes uel guardianos uel eorum uicarios legittime deprehenderint in premiſſis notabiliter deliquiſſe ĩpos ſicut crudeles uel nimium negligẽtes in ꝓuinciali capitulo a ſuis offitiis debeãt amouere. Infirmarios uero & alios ſeruitores quos in huiuſmodi offitio repererint deliquiſſe:ſcđm qualitatem delicti debite ſubiiciant diſcipline. Viſi

tatores etiam in prouintiis quas uiſi-
tant de hoc articulo ſingulariter inqui
rant. Et ſi aliquas prouintias in hoc ui
tioſas inuenerint fideliter ueritatem ſi
gnificent capitulo generali. Item or-
dinamus ꝙ guardiani non poſſint in-
dui de quacūq; elemoſyna: nec pannū
recipere ꝑ ueſtitu: donec omnibus fra
tribus indigētibus ſui loci de ueſtimē-
tis ſcd̄m apoſtolica inſtituta fuerit pro
uiſum. Indigētes aūt intelligātur: qui ꝑ
obediētiam requiſiti dicunt ſe elemo-
ſynam non habere nec habere poſſe a
conſanguineis uel amicis de qua poſ-
ſint ſibi de ueſtibus hmōi prouidere.

Fratres omnes hoſpites recipiātur in
uiſceribus charitatis maxime ueniētes
de extraneis prouintiis & longinquis.

Et quādo frēs ꝑdicatores ad loca ue-
nerint noſtra: uelut fratres noſtri ordi
nis benigne recipiātur & charitatiue.
Et ſeminātes inter eos & nos zizaniā
& ſcādala grauiter puniātur. Ipſi uero
hoſpites in locis ubi ultra tres dies mo
ram cōtraxerint dicāt in capitulo cul-
pas ſuas: & dicta culpa acceptaq; peni-
tētia egrediantur. Item cum illius ſū-
me opus gratie qua homo cōiunctus
eſt deo in unitate pſone legitur in miſ
ſa genuflectātur fratres omnes. Et ad il
lud uerbū euangelii. Verbum caro fa-
ctum eſt. Et ad illud uerbū ſymboli. Et
homo factus eſt. Et ad illud uerbū euā
gelii. Ecce ancilla domini. Et ad illud
uerbū euangelii. Procidētes adoraue-
runt eum. Et ad illud uerbū apoſtoli.
In nomine ieſu omne genu flectatur.
Et alibi ſicut in ordinario poſitum in-
uenitur. Et ad illud aūt altiſſimum ſa-
cramētum diligēter ſe preparent om-
nes fratres. Et ut hoc melius fiat ordi-
namus ꝙ fratres ſinguli determina-
tos de cōſcientia guardiani habeāt cō
feſſores quibus bis ad minus cōfitean
tur in qualibet ſeptimana. Fratres ue-
ro nō ſacerdotes de quindena in qnde
nam ſemper comunicare teneātur in
miſſa cōuentuali: niſi remāſerint de li
centia preſidentis. Et de hoc ſint ſolli-
citi guardiani: ut per utriuſq; ſacramē
ti frequētiam ſancte conuerſationis in
utroq; hoīe puritas obſeruetur. Ordi
namus etiam ꝙ procurator ordinis in
curia romana & eius ſocii: anteq̄ ſuū
offitium exequantur preſtent generali
miniſtro uel illi cui in ſpeciali duxerit
cōmittēdum corporale iuramētum ꝙ
ſuū offitium fideliter exequētur. For-
ma autem iuramēti eſt iſta. Ego frater
N. ordinis minoꝝ fratrum & reuerēdi
patris gn̄alis miniſtri in romana curia
procurator promitto eſſe fidelis di-
cto ordini & R̄. patri generali mīſtro
ac eius offitio & ſucceſſoribus eius ca-
nonice intrātibus ī aſſumendis: proſe
quēdis: & defendēdis oībus cōmiſſum
mihi ꝓcurationis offitiū tangentibus:
nec unq̄ uerbo uel ſcripto nec facto cō
ſcius ero alicuius conſilii: tractatus uel
informationis: que in preiuditiū dicti
ordinis uel ipſius gn̄alis mīſtri & eius
offitii ac ſucceſſoꝝ eius poſſint & ua-
leāt redūdare. Et de cōmiſſo mihi pro
curatiōis offitio fideliter quātū potero
& ſciuero ſcd̄m deū & conſcietiā rectā
me habebo. Sic me deus adiuuet: & ad
ſancta dei euāgelia. Ordinamus etiā
cōſtitutione preſenti ut ꝓcurator ordi
nis in romana curia nouiter inſtitutus
a ſuo predeceſſore uel ſocio tam priui
legia litteras & inſtrumēta cauſaꝝ or-
dīs in romana curia ſtatū & quecūq; ꝑ

curationis offitium tangẽtia ſub inuẽ-
tario & ſpeciali regiſtro recipiat in pre
ſentia guardiani loci curie predicte &
aliquoꝝ diſcretoꝝ fratrũ per procura-
torẽ nouiter inſtitutũ ad hoc ſpeciali-
ter uocatoꝝ. Guardianus uero oĩa q̃
predictus ꝓcurator recipiet faciat co-
piare & in arca in qua ſigillũ cõuentus
cõſeruatur illam copiã diligẽter cuſto
diri ꝓcuret ut qñ ordinabitur alius ꝓ
curator ex collatione ſcripturaꝝ procu
ratoris antiqui & guardiani predicti
colligi ualeat ſi ea que eidẽ ꝓcuratori
per predeceſſorẽ eius fuerãt tradita in
tegre & fideliter cõſignẽtur. Et iſte mo
dus deiceps ſub forma que ꝑmittitur
a ꝓcuratore ordinis & guardiano loci
curie ꝑ obediẽtiam teneatur. Itẽ ordi
namus ꝙ ꝓcurator & ſocius eius tene
antur ad gñale capitulũ accedere:& tã
de cauſis motis in cõciſtorio & in au-
diẽtia tangẽtibus ordinem & ꝓuintias
q̃ de receptis & expẽſis reddant debitã
rationẽ. Item ordinamus ꝙ dictus ꝓ-
curator ĩmediate poſt miſtros reſignet
offitio:& ibidem de ſua idoneitate &
ſufficiẽtia uel cõtrariis diſcutiatur. Et ſi
maiori pti capituli uiſum fuerit ꝙ ne-
gligẽter & inutiliter ſe habuerit in ꝓſe
quẽdis cauſis ordĩs ſua reſignatio ad-
mittatur & ꝓuideatur de alio: ꝓut in
ſtatutis dñi Benedicti pape.xii.plenius
cõtinetur. Item in aſſumendis & pro
ſequẽdis cauſis ordĩs ꝓcurator & eius
ſocius ſi bono modo fieri poterit ſemp
debeant eſſe ſimul. Item q̃libet mini-
ſter ab uno capitulo gñali uſq; ad ſe-
quens capitulũ generale ꝓcurare ſtu-
deat tres florenos pro aduocatis & de
fenſoribus cauſaꝝ noſtraꝝ in loco cu
rie romane & ordĩs Sãcte Clare. Qui-
libet etiam inquiſitor heretice prauita
tis pro cauſis ſui offitii defendendis
tres florenos procuratori ordinis uel
eius ſocio mittere teneatur. Qui procu
rator debeat eos aduocatis & procura
toribus cauſaꝝ fideliter aſſignare.

De modo exterius exeũdi. Cap.v.

NVllus frater uadat pedes
uel eques ſine fratre: uel ſi
ne fratre ſocio alicubi cõ-
moretur. Ad mõaſteria au
tem ſanctimonialiũ quarum eſt nobis
cura cõmiſſa nullus frater accedat: ni-
ſi ex offitio predicationis: cõfeſſionis:
uiſitationis: uel ex ſpeciali miniſtri
ſui licentia in ſcriptis obtenta. Nec ali-
quis per miniſtrum licentiatus cum
aliqua ſorore ſine fratre ꝑſente & uer-
ba audiente loquatur: niſi miniſter ex
cauſa rationabili cum aliquibus ma-
turis honeſtis fratribus & etate proue
ctis in ſcriptis duxerit diſpenſandum.
Si quis autem contra preſentem ordi-
nationem ad aliquod monaſteriorum
memoratorum accedere uel cum ſoro
re loqui ꝑſumpſerit priuatus ſit ipſo fa
cto uſq; ad annum acceſſu ad mona-
ſteria monialium quarũcũq; niſi forte
cauſa ꝑdicationis: ubi tunc alius habe
ri non poſſet: ita tamen ꝙ cum ſoro-
ribus non loquatur. Si tamen frater ta
lis conditionis exiſteret: ꝙ cum pena
prepoſita non grauaret cuſtos eum pu
nire probationis caputio uſq; ad mi-
niſtri prouincialis uel generalis aduẽ
tum teneatur. Et ut diſcurſus inuti-
les compeſcantur miniſtri extra ſuam

prouintiam fratres non mittant abſq̃ neceſſitate uel euidenti utilitate certum eis in litteris obedientialibus terminum prefigentes reuertēdi. Cuſtos etiam extra ſuam cuſtodiam ad miniſtrum uel alias guardianus extra guardianie ſue terminos fratres non mittat niſi pro urgenti neceſſitate uel euidenti utilitate uiderit faciendum prefixo eis breui & certo termino reuertendi. Et quotiens quis contrafecerit predictorum totiēs ieiunet in pane & aqua.

Fratribus ſine teſtimonialibus litteris ſui prouintialis miniſtri extra ſuam prouintiam & cuſtodis extra ſuam cuſtodiā euntibus caputia & omnia que portant auferantur & non reddantur niſi in caſu excuſabili de conſilio diſcretorum. Hoc idem fiat ei qui ſine ſocio uadit uel moratur ſiue eques ierit ſiue pedes. Nullus quoq̃ frater extra ſuā prouintiam ſine licentia prouintialis miniſtri uel ex cauſa multum rationabili ad preſentiam Generalis miniſtri preſumat accedere: q̃ ſi contrarium p aliquem attentatum fuerit: ſciat q̃ per eundem generalem miniſtrum ad miniſtrum ſuum prouintialem confuſibiliter remittetur. Fratres non comedant uel bibant in uillis: caſtris: ciuitatibus uel oppidis ubi morantur fratres niſi cum dñis terrarum & prelatis & uiris religioſis in domibus eorum. Nec interpretatiue quilibet cenſeatur prelatus aut domſus terrarū. Quod ſi quis contrarium fecerit infra octo dies a uino in una completa refectione abſtineat per obedientiā ſalutarē. Nec mulieres in domibus fratrum comedere permittantur niſi miniſtris aliter aliud uideretur. Nec ad interiora conuentuum admittantur: niſi de licētia guardiani uel eius uicarii cum conſilio diſcretorum: qui eis teneātur ſocietatem fratrum honeſtorum idoneā aſſignare. Fratres uero quū in itinere fuerit ſi ad loca ubi morantur fratres tempore comedendi uel hoſpitandi peruenerint ad fratres ueniant ad comedendum & hoſpitandum cum eis uel ſaltem ad excuſandum ſe rationabiliter apud eos niſi māifeſta neceſſitate fuerint impediti. Et contrarium facientes ſi legittime fuerint deprehēſi ſemel in terra comedant coram fratribus in cōuētu. Omnes fratres ſuas prouintias exeuntes in ſingulis locis fratrum infra diem naturalem: ex quo ad loca ipſa peruenerint uel citius ſi fuerint receſſuri guardianis uel eorum uicariis per obedientiam ſuas obedientias oſtēdere teneantur. Ipſiq̃ guardiani uel eorum uicarii ſub eiuſdem diſtrictione precepti dictas obedientias requirere teneantur: ſi fratres prefati in oſtēdendo eas fuerint negligētes. Inhibemus etiam diſtricte ne aliquis in uia uel alibi portet pecuniam alicuius: nec burſarium ſecum ducat. Sed ſi contingat aliquos fratres pro aliqua cōmuni utilitate ordinis uel euidenti neceſſitate ire prolixius in qua probabiliter uideatur q̃ non poſſint mendicando uictualia neceſſaria inuenire: per aliquem honeſtum nuntium cui aliqua elemoſyna debito modo committatur ab aliquo cuius auctoritate illam recipiat & expendat poſſit neceſſitatibus fratrum ſic euntium ſubueniri. Prouiſo tamen q̃ huiuſmodi elemoſyna in ho

neſtis cibariis & aliis neceſſitatibus tē-
perate & ſtricte ſicut decet paupes ex-
pendatur. Et qcūq cōtrafecerit alia de
cā ducēdo uel aliter expēdēdo p quali
bet refectiōe ſuſcepta duobus diebus
in pane & aqua abſq diſpēſatione de-
beat ieiunare. Frēs trāſeuntes p uiam
nihil acqrant in uillis in qbus moran-
tur frēs p quas trāſitum faciunt niſi de
licētia cuſtodis uel guardiani. Et obe
diant eis q̄diu morantur ibidē: & de
manifeſtis offēſis quas faciūt correctio
ni ſubiaceant eorūdē. Frēs nihil por
tent in uerbis uel ſcriptis qd poſſit re-
dūdare in ſcādalum alicuius. Et ſcien
ter cōtrariū faciētes pbationis caputio
uel alia pena puniātur arbitrio miſtro
rū ſcdm qualitatē delicti. Si cōtingat
aliquē fratrem onerosum uel periculo
ſum ab una puincia trāſſerri ad aliam
ad morādum: teneatur miniſter firmit
a cuius puincia egreditur frater ſigni-
ficare miſtro ad quē mittitur piculoſas
cōditiones ipſius ut eidem ſicut expe-
dit caueatur. Et hoc idē faciat gn̄alis.
Teneatur aūt miſter cōditiones eius ſi
gnificare cuſtodi ad cuius cuſtodiam
trāſſert fratrem: uel guardiano ſi mitti-
tur ad cōuentū: & cuſtos ſimiliter guar
diano. Et hoc tali mō fiat ut frīs infa-
mia caueatur. Item miſtri q frēs ſuos li
centiāt ad indulgētiā portiūcule expri
mant in litteris eoꝝ licentiā p̄dictā cō-
tinentibus: q frēs ipſi ante. vi. kalēdas
auguſti puinciā ſcti Frāciſci nō intrent
& poſt habitā indulgentiā infra. v. dies
ipſam puinciā exire teneantur. Miſter
uero puincie ſcti Frāciſci ſignificet mi
ſtris ſuis trāſgreſſores cōſtitutionis pre
dicte uel gn̄ali miſtro ſi prope foret: &
ad hoc firmiter teneatur. Ordinamus
q nullus miſter poſſit licentiare fratres
ad puinciā ubi reſidet romana curia
uel ſedes apoſtolica. Et ſi qs frater ſiue
licentia gn̄alis miſtri cōtrariū atentare
preſumpſerit ipſo facto omni actu legi
timo ſit priuatus. Item uult gn̄alis mi
ſter cum capitulo uniuerſo q pcura-
tor ordis deinceps librū habeat in quo
culpas graues fratrū q ſequntur locū
romane curie debeat actitare uel regi
ſtrare. Item nullus frater accedat ad lo
cum romane curie etiā cum licētia ge
neralis miſtri: niſi ſecū litteras teſtimo-
niales ipſius puincialis miſtri detule
rit. Quod ſi frater punitus fuerit carce
re uel in actis puincie ita notatus q iu
ſte poſſit puniri: miſter pcuratori ordi
nis mittere teneatur quecunq fratrē il
lum cōtingūt ſub clauſis litteris p obe
dientiam ſalutarem. Et niſi dictus frater
litteras prouincialis miniſtri procura
tori ordis exhibuerit ipſius fratris ma
las conditiones detegētes: procurator
ipſum tanq̄ ſuſpectum q uenerit ſine
licentia: ſine mora de loco curie expel
lere teneatur: nec in hoc deferat litte
ris generalis miſtri. Omnia uero que
contra talem fratrem miniſter ſcripſe
rit in libro actuum procuratoris ordi
nis dictus procurator in preſentia ſocii
ſui ſcribere teneatur. Item inhibemus
q nullus frater in romana curia extra
conuentum dormiat nec moretur niſi
in libratis dominoꝝ Cardinalium uel
notabilium prelatorum uel principū
q ſecum fratres ordinarie tenent. Et q
cūq cōtrafecerit per procuratorem de
loco curie cōfuſibiliter expellatur. Pro
curator tn̄ ordinis in caſu in quo mi-
niſtros uel ſacre theologie magiſtros
uel alios fratres notabiles infra locum

ſuum nō poſſet cōmode collocare:ho
ſpitia honeſta ad eoꝝ prouiſionem aſ
ſignet in uilla. Item ſtudentes q ua-
dunt & redeunt de Pariſius uel ad ſtu
dia mōtis Peſulani Toloſe & Lugdūi.
ſiue ad alia quecūq ſtudia per locum
romane curie nullatenus trāſeāt. Alio-
quin ex ordinatiōe preſenti ſtudiis eis
conceſſis ſe nouerint eſſe priuatos. Illi
uero q de ſtudiis per locū romane cu
rie redeunt promotione habita uel ha
bēda priuētur:donec per generalē mi-
niſtrū ſecum fuerit diſpēſatum. Item
nullus frater inter ſeculares maxime
ꝑncipes & magnates zizaniam diſcor
die ſuſcitare aut etiam promouere uer
bis uel factis directe uel indirecte pre-
ſumat:nec ſe de iuribus eoꝝ de qbus
inter eos cōtrouerſie occurrerent quo-
quo modo temerarie intromittat. Et ſi
qs fuerit inuentus in hoc ſcelere uitio
ſus carceri mancipetur.

De occupationibus fratrū. Cap.vi.

q Vū regula dicat ꝙ fratres q-
bus dedit dn̄s gratiam labo-
randi laborent fideliter & de-
uote. Ordinamus ꝙ tam clerici q̄ laí-
ci compellantur per ſuos ſuperiores in
laboribus ſibi cōpetētibus exerceri. Et
ſi q inuenti fuerint notabiliter otioſi p
miniſtrū & cuſtodē uoce actiua & paſ-
ſiua priuentur & ab oībus promotio-
nibus retrahātur. Quod ſi ſuperiores
in hoc fuerint neglígētes a uiſitatori-
bus puniantur:q diligenter inquirant
qualiter hec conſtitutio obſeruetur. Si
alicubi fratres indigent obſequiis pue
roꝝ ſecularium honeſtos accipiant &
ſecuros q ad interiores officinas nō ad
mittantur ſine neceſſitate per miſtrum
de conſilio diſcretorum iudicata. Sed
magis ipſi fratres pro chriſto humilita
tis offitia nō recuſent. Nullus frater ꝓ
cōfeſſione audienda ſeu alia quacūq
de cauſa iuxta mulierē ſtet uel ſedeat:
niſi ipſe & ſocius libere poſſint mutuo
ſe uidere. Et caueāt fratres omnes a ſu
ſpectis cōſortiis & colloquiis prolixis
mulierū. Et qui contrafecerint a ſociis
accuſentur. Itē nullus frater a mulie-
re uotum cōtinentie requirat ſeu obla
tum recipiat:aut ad faciendū ſibi obe-
diētiam inducat. Et qui cōtrafecerit a
miniſtro per ſex mēſes probationis ca
putio puniatur. Et ad hāc penam inſli
gēdam miniſtri firmiter teneātur. Itē
fratres nō ſint iudices uel arbitri que-
ſtionum:nec de aliis offitiis ordinē no
ſtrum indecētibus ſe aliqualiter intro-
mittant. Et qui cōtrafecerit oībus acti-
bus legitimis ſit priuatus. Ad ocioſi-
tatem uitādam lectores incipiant lege
re a feſto ſancti Frācíſci:& uſq ad ter-
minum ſui ꝓuincialis capituli ſuas or
dinarias cōtinuent lectiones. Et qui in
diſcōtinuatione ſuarū lectionum no-
tabiliter inuenti fuerint uitioſi priuen
tur per miniſtrū omnibus gratiis que
lectoribus conceduntur:& in ſequenti
anno in nullo offitio ponantur. Nota-
bile uero diſcōtinuationis uitiū gene-
ralis miniſter de cōſilio diſcretoꝝ fore
determinat:quādo lector nulla longa
egritudine:uel alio impedimēto legiti
mo fuerit prepeditus:& in āno qnqua
ginta nō legerit lectiones. Et in hoc ca
ſu hmōi lectoribus penam premiſſam
inferri iubet:& ad eam inferēdam mi-
niſtros ꝓuinciales cōſtringit. Arceātur
aūt fratres clerici ad ingreſſum ſcola-
rum cum non fuerint circa offitia ſibi
iniūcta occupati. Et qui ocioſitati de-

diti uel fuerint negligentes de intrãdo ſcolas graui ſubiaceãt diſcipline uel de loco ſtudii emittãtur. Tẽporibus autẽ uacatõnũ cogantur fratres clerici aliq̃ bus lectionibus occupari:necnõ & ratione huius ſtudii ab humilitatis obſequiis & diuinis offitiis nullatenus eximantur. Studẽtes extra ſuas ꝓuincias alibi q̃ Pariſius morãtes confeſſiones nõ audiãt mulierum:niſi talis caſus cõtingeret:ꝙ aliqua uellet cõfiteri cuius linguam nullus alius non intelligeret de cõuẽtu. Et ſi miniſter aliquos inuenerit notabiliter inſolentes:uel in ſtudio negligentes eoſdem ad ſuas remittat prouincias de cõſilio diſcretorum. Item ordinamus ꝙ fieri nõ ualeat diuiſio uel cõmutatio ſtudii Pariſienſis: niſi tm̃ de uno anno integro:niſi ex caſu infirmitatis:uel ex aliqua cauſa que per cõſiliũ Pariſiẽſe fuerit rationabilis iudicata. Item frẽs ſacros ordines nõ recipiant ſine ſui miniſtri licentia uel cuſtodis:cui miniſter prouincialis hãc licẽtiam dederit. Et quicũq; cõtrafecerit a ſuſcepto ordine ipſo facto ſe nouerit eſſe ſuſpẽſum. Nec promoueatur ad ſacerdotium niſi etatis ſue.xxv. annum attigerit. Nullus frater per ſe uel per alium quoquo modo procuret cõmitti ſibi uel alteri fratri aliqua negotia procuranda per reges:principes barones:prelatos:ſeu comunitates:aut ꝙ maneat aut equitet cum eiſdem. Nec etiam aliquis nimis ſe ingerat curiis prelatorum uel quorũlibet dominorum uel dominaꝝ. Si quis autẽ contrarium fecerit procurando cõmitti ſibi negocia uel ſuam cum perſonis extra ordinem manſionẽ:ipſo facto omnibus offitiis ordinis & promotionibus habeatur indignus. Et ſi ſacerdõs ſit ipſo facto ſuſpenſus ſit a confeſſionibus audiẽdis. Ordinat generalis miniſter cũ generali capitulo uniuerſo: ꝙ fratres qui ad generalia ſtudia theologie tranſmittuntur de debito ꝑ ſua capitula elligãtur. Itẽ bachalarii Oxonie & Cathabrigie uadant tẽpore debito taliter ꝙ ſint ibi in principio anni precedentis lecturam eis debitam ad opponendũ ſicut eſt in eiſdem ſtudiis conſuetũ. Quod ſi tempore debito nõ fuerint:& eos cauſa legitima non excuſauerit iuditio maioris partis conſilii conuẽtuum predictorũ Oxonie:& Cathabrigie ille uel illi qui oppoſuerint in eorum defectu debeant legere ſententias in anno illo aliis bachalariis aſſignato qui in oppoſitionibus huiuſmodi defecerunt. Et illi bachalarii qui cõmiſerunt defectum opponẽt in ãno ſequẽti in quo debuiſſent legere & legãt poſtea ſentẽtias in conuẽtu. Similiter bachalarii lecturi ſentẽtias Pariſius debeãt ãno precedẽti lectionem eorũ ãteq̃ bachalarii alii in ſtudio incipiant ſententias acceſſiſſe: itaq; in omnibus principiis incipientium ſentẽtias debeãt intereſſe. Quod ſi ut ꝓdicitur nõ fuerint:nec ſe legittime excuſauerint iuditio maioris ꝑtis cõſilii Pariſiẽſis illis bachalariis q̃ imediate poſt eos legẽt poſtponi debeãt:tam in choro q̃ in cõciliis:hoſpitio & in ſcolis. Itẽ frẽs q̃ elligũtur ad legẽdas ſñias i ꝓdictis ſtudiis:uidelicet Pariſius Oxonieñ. & Catabrigieñ. in offitio miſterii fuerint abſoluãtur:nec cum miſteriatus offitio illuc accedere ualeãt ullo modo. Itẽ deinceps capitula prouintialia non ſcribant generali capitulo pro promotio-

ne alicuius fratris ad offitia lectionum
aut ad ꝓmotionem uel electionem ad
ſtudia. Sed p miniſtros & diſcretos ge
nerali capitulo de hmõi fiat plena in-
formatio: qui de ſufficientiis fratrū ſua
rum prouintiaꝝ ueniāt plenius infor-
mati. Item lectores & bachalarii in ge
neralibus ſtudiis conſtituti ſuas conti-
nuent lectiones maxime a feſto beati
Fran. uſqꝫ ad feſtum Penthecoſtes: ꝙ
ſi notabiliter diſcontinuauerint uel ꝑ-
termiſerint per ſuos miniſtros prouin
tiales denūtietur generali capitulo: ut
de aliis loco ipſorum debeant celeriter
ꝓuidere. Item ordinat generalis mi-
niſter cum uniuerſo capitulo generali
ꝙ inquiſitores noſtri ordinis ſuper he
retica prauitate ſolum per duos annos
remaneant in inquiſitionis offitio. Et
anno quolibet in capitulis prouintiaꝝ
in quibus gerunt inqſitionis offm̄ de-
beant intereſſe & computum reddere.
Ibiqꝫ de ſuis exceſſibus & defectibus ī
inqſitionis offō per illos quibus exceſ-
ſus uel defectus noti fuerint debeant
uiſitari. Et ſi notabiliter inuenti fuerint
in dicto inquiſitionis offō uitioſi: mini
ſter uel uicarius q preeſt capitulo cum
aſſenſu diffinitoꝝ & conſilio diſcreto-
rum fratrū cū nota confuſionis eos de
ponere: & in loco eoꝝ alios ſubſtitue-
re teneatur. Si uero aliqs eoꝝ adeo in
qſitiōis offm̄ laudabiliter exercuerit ꝙ
ſine offitii detrimento & preiuditio fi-
dei completis duobus annis a ſupradi
cto offō non poſſent remoueri fiat de
hoc informatio generali miniſtro. Et
interim illi fratres tam laudabiliter ſe
hñtes ex ordinatione pñti & ꝓuintia-
lis capituli remaneant etiam in inqſi
tionis offitio uicarii: donec a miniſtro
generali ſuper confirmationem ipſoꝝ
inqſitoꝝ reſponſio habeatur. Itē ubi
cūqꝫ inquiſitoribus ſufficienter proui-
detur a cōitate uel a dñio aliquo uel rō
ne offitii iuditio miniſtri de cōſilio di
ſcretorum conuentus in quibus morā
tur nullo modo eis de uictu prouideāt
uel ueſtitu.

De correctione delinquentiū. c. xii.
Bonifatius papa.

A D augmentum continuū
religiōis & ordinum quos
romana ſuſcepit & appro
bauit eccleſia paternis ſtu
diis intendentes & conſiderantes attē
tius ꝙ nō intermiſſa ſedulitas diſcipli
ne & religiōis ordines ſupradictos ſta-
tuſqꝫ regulares ſalubriter dirigit & con
ſeruat: ꝙqꝫ ſi eam perire uel remitti cō
tingeret: ordo quilibet collabi neceſſa
rio cogeretur: penſanteſqꝫ ſi regulariū
perſonarū correctio rimas iuris & api
ces ſequeretur huiuſmodi rigor lente
ſceret ac multiplici laxatione torperet:
Nos ueſtris ſupplicationibus inclina-
ti uobis auctoritate apoſtolica indul-
gemus ut ad correctiones & punitio-
nes fratrum eiuſdem ordinis delinqn
tium infligendas ꝑlati ordinis ſupra-
dicti ad quos hec eadem ſpectare no-
ſcuntur rimulis & apicibus eius poſt
poſitis libere procedere ualeant ſcd'm
conſuetudines approbatas & genera
lia facta & fienda ordinis inſtituta.
Nec uolumus eiſdem licere fratribus
ab eiſdem correctionibus & punitio-
nibus aliquatenus appellare preuia
deliberatiōe & maturitate debita ob-
ſeruetis. Capitulum generale.

ORdinamus ꝙ nullus fra-
ter prouintiali miniſtro in
ferior: niſi ex ſpāli genera-
lis uel ꝓuintialis miniſtri
licentia poſſit aliquem fratrem abſol-
uere A peccato inobedientie cōtuma
cis. Proprietarie rerum detentionis.
Lapſus carnis. Furti rei notabilis.
Iniectionis manuum uiolēter. Falſi
teſtimonii in iuditio facti. Cōpoſitio
nis uel ꝓiectionis aut publicationis li
belli famoſi. Falſificationis ſigilli cu-
iuſcūq; perſone notabilis. Falſe crimi
nationis in īfamiā cuiuſcūq;. Dicimus
aūt inobiam contumacem quādo qs
trina monitione ꝑmiſſa factis cōgruis
interuallis per diem naturalem inobe
diens perſeuerat. Quare pñti ordina-
tione ſtatuimus ꝙ ſi qui fratres diuina
ꝑmittente iuſtitia & hoſtis antiqui pro
curante fallatia quod abſit prememo-
ratis criminibus fuerint irretiti pro ab-
ſolutiōis benefitio ad miniſtros uel ad
prefatos eoꝝ cōmiſſarios recurrere de
beāt: ut poteſtatem tenebraꝝ effugiāt
ſine mora. Miniſtri uero & eoꝝ com
miſſarii diligenter attendant ꝙ miſeri
cordie oleum infundētes: uinū iuſtitie
infundere non ōmittant: ut. ſ. de peni-
tentia debita penitentibus non modi-
cam gratiā facientes: iniuriam qdem
paſſis in perſona: fama: ſeu rebus aliis
ſatiſſactionem debitam fieri fatiāt: uel
eos qui fecerint iniuriam nō abſoluāt.
Talis aūt abſolutio in foro qdem ob-
tenta ſecreto non debet correctionem
iuditialis fori: ſi crimen probatum fue
rit impedire. Si tñ frater penitēs inſti-
gāte ſe ſpiritu anteq̄ ſit delatus uel ac-
cuſatus de crimine fatiem miniſtri co-
ram teſtibus in confeſſione ꝓuenerit
indulgemus & cōcedimus ꝙ miniſtri
de plenitudine poteſtatis & gratie a pe
nis extremis de memoratoꝝ conſilio
teſtium fratrem penitentem quo ad ex
trinſecum forum quietare ualeant alia
qdem minus confuſibili impoſita pe-
nitentia ſalutari. Hoc aūt intelligimus
de primo recurſu: & ſemp cum ꝓteſta
tione ꝙ ſi relabantur in illa de quibus
fuerāt getati ad ſtatum priſtinū redu-
cantur ſi de relapſu ipſoꝝ ꝓbatio ſuffi
tiens habeatur. Nullus cōfeſſor poſ-
ſit abſoluere de tactibus īpudicis enor
mibus: niſi qui de lapſu carnis habue-
rit licentiā abſoluendi. Et q in tactibus
hmōi conſuetudinarie fuerint deꝑhen
ſi & moniti canonice ſe non correxerit
puniātur ſicut de lapſu carnis. Si tñ
ꝑdicti tactus eſſent multum enormes
abſq; mōitiōe premiſſa puniri poſſint
ſi miniſtris uidebitur de cōſilio diſcre-
toꝝ. Et de ſollicitantibus ex certa ſciē
tia ad pctm̄ carnis idem iuditium ha-
beatur. Item cuſtodes non poſſint ab-
ſoluere a ꝑdictis etiam in ꝓuato com-
miſſis niſi p miniſtrum ſpāliter cōmit-
tatur eiſdem. Item ſi aliqs ꝓuintialis
miniſter cōmittat alicui ſubditoꝝ ſuo
rum auctoritatem ſuam ſup illis caſi-
bus qui miniſtris ꝓuintialibus reſer-
uantur: ſi contingat miniſtrū mori uel
ab offitio miniſterii amoueri talis cō-
miſſio penes illum cui facta fuerat re
maneat donec miniſter in ꝓuintia ha-
beatur. Et quicūq; confeſſor ex certa
ſciētia ꝑſumpſerit a ꝑdictis abſoluere:
ſuſpenſus ſit ipſo facto a confeſſioni-
bus audiendis: nec reſtitui poſſit niſi p
ꝓuintialē miniſtrū. Et quicūq; in hoc
uitioſus fuerit deꝑhenſus legittime pe
na carceris puniatur. Si qs aūt auſus

fuerit affirmare ꝙ qlibet ſacerdos poſ ſit abſoluere a peccato ſup quo nō habet cōmiſſam auctoritatem & maxie de ꝑdictis:& correctus reuocare noluerit:tanꝗ errās & ſubuerſor carceri mācipetur.

Bonifatius papa octauus.

GEneralis & ſinguli miniſtri ꝓuintiales & eoꝶ uicarii ac etiam cuſtodes in ꝓuintiis & cuſtodiis ſibi cōmiſſis:fratribus conſtitutis ibidem: necnō & fratribus aliis eiuſdem ordinis interdum ad eos declinātibus undecūqꝫ abſolutione & diſpenſatione indigētibus ſiue priuſꝗ intrauerit ordinē ſiue poſt in caſibus exceſſerint:ꝓ quibus excōis aut interdicti:aut ſuſpēſionis incurrerint ſnias a iure uel a iudice gnāliter ꝓmulgatas: & hmōi ſententiis inodati:aut in locis ſuppoſitis eccleſiaſtico iterdicto diuina offitia celebrantes uel ſacros ordines ſuſcipiētes:ſic ligati notam irregularitatis incurrerint abſolutionis & diſpenſationis benefitium ualeant impтiri:niſi adeo grauis & enormis exceſſus fuerit ꝙ ſint ad eandē ſedem merito deſtinādi. Fratres etiam quos pro tpe uos generalis & prouintiales miniſtri:necnon & uices ueſtras gerentes ac etiam uos cuſtodes in proprios confeſſores habueritis abſolutionis & diſpenſationis benefitium uobis quum expedierit ualeant impтiri:iuxta formam conceſſionis ſup abſolutione & diſpēſatione frūm eiuſdem ordinis ueſtri ſuperius uobis facte & infra.

Inhibemus inſup uniuerſis fratribus ueſtri ordinis ne aliqs eorū niſi in neceſſitatis articulo aliis ꝗ ꝑlatis ſuis peccata ſua confiteri preſumant uel aliis ſacerdotibus eiuſdem ordinis ſcd̄m regulam & ipſius ordinis inſtituta.

Capitulum generale.

SInguli fratres de conſenſu guardiāi determinatos habeant confeſſores:quibus bis ad minus confiteātur in qualibet ſeptimana. Ab excōicatione pro iniectione manuū uiolenta poſſit cuſtos abſoluere uel guardianus ſi cuſtodis pn̄tia infra diem naturalē haberi non poſſit:aut uicarius:guardiani ſi cuſtodis uel guardiani pn̄tia infra triduum minime poſſet haberi. Hoc aūt tam priuilegiū ꝗ ſtatutum non intelligitur de iniectione atroci uel de iniectione ſubditi in prelatum. Nullus incarceretur niſi pro manifeſto & enormi exceſſu. Enormem āt dicimus exceſſum uel ratione grauis peccati: ut eſt lapſus carnis: inobedientia contumax:& pfidia hereſis:uel rōne circūſtātie : ſicut eſt furtū rei notabilis:uel notorie factum ſeu etiā qa frequenter i teratum:& de ſimilibus idem iuditiū habeatur. Declaramus ꝙ oēs qui pena carceris puniūtur eo ipſo actibus legitimis ſint priuati. Vnde ꝗuis liberentur a carcere non ꝓpter hoc reſtituūtur ad actus predictos:niſi hoc eis benefitiū explicite impēdatur. Omnis.n.carceri mancipandus hitu ordīs ſpolietur. Si frater fecerit aliqd ꝓpter quod merito penam carceris debeat ſuſtinere:guardianus uel cuſtos uel eoꝶ uicarii de conſilio diſcretoꝶ poſſint eū detinere ſiue ſit eoꝶ ſubditus ſiue non donec ꝑ miniſtrū qd ſit agendum de tali fuerit diffinitū. Hoc aūt intelligimus debere fieri qn̄ cōmiſſus exceſſus eſt rei euidē

tia manifeſtus. Habeãtur aũt boni car
ceres fortes & multiplices ſed hũani.

Quicũq frater per ſe uel p alium ſi
gillum uel litteras plato℞ uel pncipũ
gñalis uel puintialium miniſtro℞ ſeu
alia℞ notabiliũ pſona℞ falſificare pre
ſumpſerit ipõ facto ſniam excõis incur
rat. Et ſi legittime fuerit dephenſus car
ceri mancipetur. Quod ſi falſificauerit
ſigillum uel litteras gñalis miniſtri nõ
abſoluatur ab excõne nec liberetur a
carcere ſine ſpãli gñalis miniſtri mãda
to. Quicũq frater litteras eorũdem
malitioſe p ſe uel p alium deſtruxerit
uel impedierit ne mittantur eiſdẽ reti
nuerit uel apuerit ſuſpenſus ſit ab om
ni actu legittimo ipſo facto. Et cui hec
pena nõ cõpetit pbationis caputio pu
niatur. Et hoc intelligimus tã de litte
ris quas ipſi aliis mittũt q̃ de illis q̃ ip
ſis ab aliis trãſmittũtur: nec releuẽtur
niſi per ſuum puintialem miniſtrum.
Si autem fuerint generalis miniſtri p
ipſum generalem tm̃modo releuẽtur.
Predicte autem pene ſubiaceãt qui ſu
periorum litteras ſibiipſis miſſas lege
re uel aperire diſtulerint malitioſe. Et
qui retinuerit apuerit uel reddere di
ſtulerint litteras miſſas ſociis genera
lis uel prouintialium miniſtrorum ſeu
etiam miſſas ab eiſdem. Si qs frater
tacito proprio nomine uel ſub nomi
ne alieno litteras uel libellos famoſos
ediderit eos mittendo proiciendo uel
quomodolibet exponendo in infamiã
alicuius ipſo facto ſententiam excõnis
incurrat. Quod ſi editi fuerint in infa
miam generalis uel prouintialis mini
ſtri non poſſit reſtitui actor eorum niſi
ſolum per generalem miniſtrũ uel ab
eo cui ipſe in ſpãli duxerit cõmittẽdũ.
Si uero aliarum quarũuis pſona℞ iſa
miam tangat per puintialem dũtaxat
miniſtrum eorum actor poſſit rele ua
ri. Et qcũq in hmõi legittime fuerit
deprehenſus carceri mancipetur. Mã
dat generalis miniſter de uoluntate &
aſſenſu capituli generalis uniuerſis mi
niſtris & cuſtodibus q grauiter puniãt
improperantes ignominioſas culpas
& penas & graues iniurias irrogantes.
Et hoc idem faciant guardiani de con
ſilio diſcretorum. Si autem frater ali
qs ore blaſphemo de pſona ſũmi pon
tificis uel de conſtitutionibus apoſtoli
cis oblõq temerarie pſũpſerit: & in hoc
legittime deprehenſus fuerit pena car
ceris uel priuationis uel probationis:
uel alia pena competenti ſcd'm quãti
tatem blaſphemie per eũ coram quo
deprehenſus fuerit de conſilio diſcreto
rum puniatur. Quicũq frater quam
cũq perſonam falſo & ſciẽter de crimi
ne infamauerit in occulto non niſi a
miniſtro uel cuſtode poſſit abſolui. Si
uero in publico non abſoluatur niſi a
miniſtro impoſita ſibi pena criminis
de quo falſo & ſcienter alium infama
uerit. Nec aliquis iſtorum abſolui ua
leat a predictis niſi primo prout pote
rit reſtituat famam infamate perſone.

Si autem de ueris in publico ipſum
iſamauerit puniatur ad arbitrium mi
niſtrorum. Ideo diſtricte precipimus
fratribus uniuerſis q nullus in ſecreta
collocutione ſub ſigillo confeſſionis
aliquid dicat quod uergat in infamiã
alicuius: uel quod poſſit inter fratres
diſſenſionem aliquam generare. Itẽ
qcũq frater ſciẽter pcũm in cfeſſiõe ſi
bi dtectum quoquo mõ ſcripto: ſigno
vbo: uel facto reuellauerit ipõ fcõ ſen

tẽtiam excoicationis incurrat. Et ſi le-
gittime fuerit dephẽſus carceri manci
petur. Item frẽs deinceps nõ defferãt
ambaſſiatas quaſcũq3 quarũcũq3 pſo-
naꝝ extra noſtrũ ordinẽ: niſi prius ex-
ponãtur puincialibus miſtris uel eoꝝ
uicariis uel cuſtodibus ſeu guardia-
nis in abſentia eorũdẽ. Ipſiq3 añq̃ pmit
tãt frẽs pdictos ambaſſiatas aſſumere
exponãt prius conſilio diſcretoꝝ. Et ſi
eis uiſum fuerit q̃ ambaſſiate p ordĩe
ſint honeſte & nõ nociue acceptẽtur p̃
habita licẽtia a ſuo ſuperiore ad quẽ p
tinebit hmõi licẽtiã ĩpertiri. Precipi-
mus p obediẽtiã in uirtute ſpũſſcĩ ut
nullus frater p ſe uel p quãcũq3 aliam
pſonã interpoſitã ſuadeat uel ſuaderi
faciat alicui plato regi uel principi cõi
tati caſtro uel uille ſeu alicui perſone
extra noſtrũ ordinẽ exiſtẽti ut aliquid
ĩmutetur de ſtatu ordĩs noſtri uel ordi
natione alicuius puincie: uel diuiſiõe
uel unione puintie uel cuſtodie: uel
quocũq3 frẽ ſeu frĩbus de loco aliquo
amouendis. Et qcũq3 ſciẽter cõtrafece-
rit ex nunc nos gñalis & puinciales mĩ
ſtri & diffinitores gñalis capituli talẽ
frẽm cõtra pceptum pdictũ ſciẽter fa-
ciẽtem excõicamus ĩ ſcriptis: & ab om-
niũ ordinũ exequtione ſuſpendimus:
oĩq3 actu legittimo puamus: nec abſol
ui a dicta excõicatione: ſeu a dicta ſuſ-
pẽſione releuari poſſit: niſi p gñalẽ mĩ
ſtrũ uel puincialem uel eius uicarium.
Et cui hec pena nõ cõpetit pbationis
caputio puniatur: ac ſine ſpe redeũdi
de ſua puincia expellatur. Itẽ qcũq3
frater cuiuſcũq3 cõditionis exiſtat p ſe
uel p aliũ: p ſe uel p alio quoquo mõ
pmotionem pcurauerit in noſtro ordi
ne p pſonã aliquã extra noſtrum ordi
nem exiſtentẽ: uel q̃ in aliquo loco po
natur uel remoueatur: uel q̃ nõ poſſit
remoueri ſniam excõicationis ĩcurrat:
& oĩ actu legittimo ſit priuatus: & illa
promotione & oĩ actu careat ipſo fa-
cto: nec reuelari debeat niſi de cõſen-
ſu ſequentis capituli generalis. In uir
tute ſpũſſcĩ p obediẽtiam inhibemus
diſtricte ne qs cauſam depoſitionis ge
neralis: puincialis: cuſtodis ſeu guardi
ani uel eoꝝ exceſſum ſeu correctionẽ
aut ſecretum capituli cuiuſcũq3 ſeu diſ
ſenſionem diffinitoꝝ uel fratrũ: uel ali
qd aliud unde ordo noſter poſſit tur-
bari uel infamari ſciẽter audeat extra
noſtrũ ordinem publicare. Et ſi qs ta-
lium fuerit dephenſus omni actu le-
gittimo & offitiis ordinis p miniſtrum
priuetur. Et cui hec pena nõ cõpetit p
bationis caputio puniatur: uel etiam
grauius ſcđm q̃ miniſtro uidebitur de
cõſilio diſcretoꝝ. Itẽ frẽs nõ releuen-
tur ad offitia ordĩs niſi p puincialẽ mĩ
niſtrum de cõſenſu prouincialis capi-
tuli uel maioris ptis eiuſdem. Nullus
frater cõuictus de crimine ppt̃ quod
merito ſcđm noſtri ordĩs inſtituta car-
cerari deberet promoueatur ad ſtu-
dia generalia: uel ad lectiõis offitia uel
plationis ſine prouincialis capituli aſ-
ſenſu. Si tñ aliquis frater iam emenda
tus fuerit & correctus de cuius graui-
bus culpis in ſua puincia fama publi-
ca nõ extitit: miniſter puintie illius de
cõſilio & aſſenſu quattuor pboꝝ & di
ſcretoꝝ fratrum cuſtodie pdicti fratris
eũdem fratrem ualeat abſq3 reqſitione
aſſenſus capituli puincie ad offitia or
dĩs: put ſcđm deum ſibi uiſum fuerit
releuare. Iniũgit tñ generalis miſter p
obediẽtiam oĩbus miſtris ordĩs: ne iu

hoc aliquẽ partialitatem oſtendant: mi nus infames exponendo capitulis: & magis infames ſecrete ſine aſſenſu ca pituli releuando. Predicta aũt releua tio ad ꝓmotionem pariſienſis ſtudii mi nime ſe extendat. Nullus inſuper fra ter hñs in ordine offm̃ aliquod ꝑlatio nis uel lectionis ſi apoſtatauerit cũ no tabili ſcãdalo reſtituatur in ppetuum abſ dispenſatione gñalis miniſtri.

Item qcun frater dep̃henſus fuerit tunicã: pecuniam: uel res alias ludere ad taxillos pena carceris puniatur. Et qcũ taxillos tenuerit aut ad taxillos iocoſe luſerit pro p̃ma uice in terra pa nem & aquã comedat: pro ſecũda acti bus legittimis ſit priuatus. Si aũt ter in hoc fuerit dep̃henſus carceri mãcipe tur. Item qcũ frater deteſtabiles er rores contra fidem catholicã uel cõtra bonos mores maxime in deteſtando fructus pnĩe & auſteritates uite: & i ex altando carnalẽ amorẽ p̃dicauerit ſeu dogmatizauerit publice uel occulte pe na ppetui carceris puniatur. Et qlibet miniſter teneatur diligẽter inqrere de erroribus ſupradictis. Item nullus fra ter habeat ſeu teneat poſtillam fratris Petri Ioãnis ſup apocalipſim. Et qcũ contrafecerit pena carceris puniatur: niſi ſuo ꝓuintiali miniſtro ipſam red diderit infra menſem poſtq̃ ſibi conſti terit de mandato. Alia aũt eiuſdem fra tris Petri opuſcula ſuo miſtro ſine mo roſa dilatione reddere teneatur. Si fra ter fratri uel alteri pſone minabitur in pſona: uno menſe ipoſitum ſibi per mi niſtrum uel cuſtodem portare ꝓbatio nis caputiũ teneatur. Si uo manum le uauerit uel aliqd ad percutiendũ acce perit cõtra fratrem: ei ꝓbationis capu tium tribus menſibus imponatur ꝑ al terum predictorum. Si autem non gra uiter percuſſerit: predictam probatio nem portet per annum impoſitam per miniſtrum. Si autem grauiter percuſſe rit: uel ad percutiendum grauiter lapi dem uel aliqd aliud proiecerit: uel gla dium uel aliquid aliud eduxerit. Vel q etiam arma offenſionis portauerit: uel in cella uel alibi retinuerit pena carce ris puniatur. Quod ſi frater aliquis fra trem alium uel ſecularem enormiter uulnerauerit uel mutilauerit: uel ali cui uenenum dederit perpetuo carce ri mãcipetur. Et eidem pene ſubiaceat qui hec eadem uel ſimilia per aliũ fieri fecerit uel procurauerit uel ad huiuſ modi facienda inuentus fuerit machi nari. Qui per malitioſam concordiam ſeu per conſpirationem aduerſus ali quem: & maxime aduerſus ſuperiorẽ ſe erexerit: omnibus offitiis ordinis & omni actu legittimo ſit priuatus: quo uſ per ſatiſfactionem cõdignam per generalem uel prouintialem miniſtrũ fuerit reſtitutus. Non intelligitur autẽ malitioſa concordia quãdo ſubditi uo lunt generali miniſtro uel alteri ſuo ꝑ lato aliquid intimare. Sub intermina tione anathematis prohibemus ne ali quis uerbo uel facto aliquo modo ad diuiſionem noſtri ordinis laborare pre ſumat. Si quis autem cõtrarium ex de liberatione fecerit: ipſo facto ſententiã excõmunicationis incurrat. & ſi legitti me fuerit deprehenſus carceri manci petur. Fratres euidenter notati de ſuſ pectis conſortiis & colloquiis mulieꝝ que in regula prohibentur: ſi admoni ti & correcti ſufficiẽter ſe nõ correxerit: ſi in offitiis fuerint ab omnibus offitiis

bſoluantur uel ſuſpendantur:nec ta-
liter ſuſpenſi ſeu abſoluti reſtituantur
niſi in prouintia ĩ capitulo per miſtrũ.
Si v̊o in offitiis non fuerint:priuentur
libris & omni actu legittio. Et cui hec
pena non competit ꝓbationis caputio
& aliis penis grauioribus puniatur ad
arbitrium miniſtroꝝ: et ad hoc mini-
ſtri firmiter teneantur. Et intelliguntur
ſuſpecta conſortia non ſolum de mu-
lieribus:ſed etiam de ſuſpectis familia
ritatibus quorumcũq;. Quicũq; frater
fuerit cõſuetus a ſocio ſuo fratre cum
mulieribus ſequeſtrari:de quibus iudi
tio p̄lati ſui merito poſſit oriri ſuſpitio
ſi canonice admonitus & correctus ſe
non emẽdauerit: tãq̃ ſuſpectus de mu
lieribus:oĩbus offitiis ordinis & acti-
bus legittimis ſit priuatus. Et ſi taliter
punitus iterato duobus fide dignis te
ſtibus conuincatur de ſeq̃ſtratione pre
dicta:uel ſi ſeq̃ſtrationes hmõi ſuſpitio
nem multum uiolentam fecerint: ſui
prelati iuditio de conſilio diſcretoꝝ &
ꝓbetur legittime:abſq; monitione uel
punitiõe p̄miſſa artetur ad ueritatem
dicendã. Si v̊o unus teſtis fide dignus
de ſeq̃ſtratione predicta appareat con
tra eum & alius đ lapſu carnis artetur
grauius in domo diſcipline.

Capitulum generale.

DIſtricte per obiam precipit
generalis miniſter cum ge
nerali capitulo: ꝙ nullus
frater opationes alchimie:
aut alias quaſcũq; opationes doctrina
rum uel artium ſuſpectaꝝ: que in pu-
blico non docentur aut ab eccleſia re
probate ſunt adiſcere:exercere uel do-
cere:ſeu libros uel ſcripturas continen
tes talia ſcienter retinere preſumat. qui
uero contrarium fecerit ipſo facto ſen-
tentiã excõis incurrat: et ſi legittime
fuerit dep̄henſus pena carceris punia-
tur. Quicũq; inuentus fuerit ꝓprieta-
rius:libris & oĩ actu legittimo ſit priua
tus. Laici v̊o & clerici q̄ libros & offitia
non hñt ꝓbationis caputio puniãtur.
Et ſi q̄s talis in morte inuentus fuerit
eccleſiaſtica careat ſepultura. Poſtrẽo
contra approp̄atores locoꝝ:ſtatuimus
ꝙ miniſtri quũ uiſitant qñ eis uidebi-
tur expedire de hmõi diligenter inqui-
rant & inq̃ri faciant per cuſtodes: et ſi
quos tales inuenerint de ſuis locis ex-
pellere teneantur. Dicimus aũt appro
priatores locoꝝ q̄bus ſi dantur obediẽ
tie recedendi ꝓcurant eas per preces ſe
cularium reuocari:uel qui alios nõ de
ſuis locis natiuis ſeu quos extrãeos re-
putant ſubditos uel p̄latos ſecũ nolũt
habere uel etiã pacifice ſuſtinere. Fra
tres incorrigibiles cum ſuis exceſſibus
conſcriptis & examinatis fideliter p mi
niſtrum uel cuſtodẽ ſeu uiſitatorẽ ad
prouintiale capitulum trãſmittantur.
Quod ſi adeo incorrigibiles fuerint ꝙ
nec culpã humiliter recognoſcere: nec
pniam cõdignam ſubire uoluerint in
carcere macerentur :ſi v̊o pniam acci
piãt & correctionem ꝓmittãt cũ miſeri
cordia eius pnia imponatur : quam ſi
portare contẽpſerint ad conſueta uitia
reuertentes in ſeq̃nti capitulo carceri
mãcipentur. Teneantur aũt fratres per
obiam exeuntes in redditu ſuo ſecrete
guardiano ſuo:exceſſus ſuos notabileſ
intimare. Et ſi unus frater exceſſus al-
terius ſciuerit per duas uias utpote p
confeſſionem & per alium modũ nõ

própter hoc minus tenetur ut predici
tur dicere guardiano & etiã alteri ſuo
ſuperiori ab eo per obíam requiſitus:
quia hoc nullo modo ſigillo cõfeſſio-
nis preiudicat:qn potius ſi taceret ino
bedientie crimen incurreret. Et ſi quis
contrarium fecerit uel aſſeruerit & cor
rectus reuocare noluerit ómni actu
legittimo ꝑuetur. Item dogmatizare ꝙ
frater qui frattem corripit de aliquo ex
ceſſu ſcd'm formã euangelicam in oc
culto nõ tenetur dicere ſuperiori ſuo:
q̃uis ab eo per obiam ſit reqſitus. Simi
liter ꝙ quũ aliqui ſunt ſocii in crimine
non tenetur alter alteꝝ reuellare ſupe
riori:qui põt & debet prodeſſe ac peri-
culis aĩaꝝ precauere:ex ſnĩa totius ca-
pituli generalis diffinitum eſt:hanc do
ctrinam eſſe peſtiferam & non ſanam:
pro eo ꝙ cedere põt in detrimentum
or. & regularis preiuditium diſcipline:
quũ ꝑlati ſcire debeant ſubditoꝝ ex-
ceſſus:non ſolũ ut puniant:ſed ut poſ-
ſint periculis ꝓcauere. Et idcirco oẽm
qui taliter dogmatizat uel tenet priua
mus libris & omni actu legittimo: et ſi
poſt talem pniam ꝑtinax fuerit pena
carceris pũiatur. Nullus frater aliquẽ
de aliquo accuſet cuius ueritas uel fa-
ma ꝓbari non poſſit. qui vͦ contrafe-
cerit ꝓ eo quod frattem cõmiſiſſe aſſe
ruerit penã ſuſtineat que accuſato in-
fligi deberet ſi conuictus fuiſſet. Dici-
mus aũt accuſantem qui corã prelato
ſe obligat per teſtes idoneos ad ꝓban
dum:idem fiat de illo qui ſciẽter accu
ſat aliquẽ de aliquo de quo fuit ſuffi-
cienter correctus: ſi uero in ꝓbatione
infamie de qua tunc accuſat uel in ali
quo defecerit pro culpe modo legitti-
me puniatur. Quicũq̨ frater depoſue-
rit córam quocũq̨ ꝑlato uel uiſitatore
falſo & ſcienter de aliquo crimine con
tra frẽm uel aliquã pſonã: uel ad hoc
faciendum induxerit:uel reuocauerit
falſo:uel ad reuocandum induxerit:ꝙ
uere depoſuit ipſo facto ſnĩam excõis
incurrat:nec poſſit niſi per miniſtrum
puĩtialem abſolui:ita dũtaxat ꝙ ꝓus
ſatiſſatiat prout ſibi poſſibile fuerit in
forma ſcd'm quã depoſuerit uel reuo
cauerit.ſ.publice uel occulte. Diſtricte
per obiam inhibemus ne pſone accu-
ſantes:accuſatis uel aliis aliquo modo
reuelentur: quod maxime de noibus
accuſantiũ miniſtrũ ꝓhibemus:niſi de
crimine accuſati in excuſatione ſua pe
tierit a ſuo ſuperiore ſibi accuſantiũ &
teſtium noĩa reuelari. Inhibemus etiã
per obedientiam accuſatis:ne ſciẽter
de nominibus accuſantium ſe ingrãt:
niſi quum quis de crimine accuſatur
& petit accuſantium ſibi nomina re-
uelari. Et quicũq̨ contrarium fecerit
reuelando uel inquirendo non poſſit
niſi per miniſtrum prouintialẽ abſol-
ui:uel per ipſum cui in ſpetiali duxe-
rint cõmittẽdum. Superiores uero.ſ.
miniſter:cuſtos uel guardianus: ſi in-
quirendo uel reuelando contrarium
fecerint:necnon & ſubditi accuſato-
res eorum reuelantes eiſdem infra ſex
menſes quindecim diebus tantum in
pane & aqua per totum diem ſine diſ
penſatione per obedientiam ieiunare
teneantur:alias abſolutio eorum ſit
inanis. Miniſtri poſſunt uiſitare fra-
tres ſue prouintie publice uel occulte
ac ſigillatim coram ſe uocare: & pre-
ponere uel poſtponere:priuatim uel
publice: ſicut eis uidebitur expedi-
re. Cuſtodes autem uiſitare non poſ-

ſunt publice uel priuate:niſi a miſtris eiſdē ſpāliter cōmittatur. Et ne ſimplicibus fribus ignorātia ſit occaſio delinquendi cuſtos quū uiſitat regulā & cōſtitutiones tam apoſtolice ſedis q̄ ordinis ad uiſitationē hmōi ptinentes eis in uulgari diligenter exponat. Ordinamus etiā ꝙ nullus miniſter puintialis a penitētia quā īpoſuit uiſitator:& nullus cuſtos a penitētia quā īpoſuit miſter:nec guardianus a pnīa quam īpoſuit cuſtos:nec aliqs inferior a penitētia guardiani abſoluat aliquē ſine licētia īponētis. Et ſi cōtrarium factū fuerit ipſa abſolutio ſit inanis. Quia in pleriſq; ſtatutis:pene:excōicationis: ſuſpēſionis:& priuationis exprimuntur:nolumus frēs obligari ad illas niſi ſciēter & ex deliberatione cōtrarium faciētes. Item ubicūq; in cōſtitutionibus continetur aliqua cēſura excōicationis ſuſpēſionis & ſimiliū:ubi non ſit iam lata ſnīa:ſed tm̄modo cōminatio de futuro:nec ibi exprimitur a quo īponi debeat uel infligi:intelligitur ab eo infligi debere corā quo legittime pbatur exceſſus:dūmodo talis exceſſus correctio ptineat ad eūdē. In priuatione uero offitioꝝ ordīs ītelligitur puatio nō ſolum plationis ſed confeſſionis:predicationis lectiōis:diffinitionis:uiſitationis:& ellectionis:ad capitulū p diſcreto. In priuatione uero actuū legittimorū:nolumus ꝙ intelligatur priuari exequtio ordinū:uel teſtificatio in iuditio niſi ſpecialiter exprimatur. Ne labor capituli gn̄alis ſit inanis: & in cōtēptum ueīat ordīs diſciplina: Miſtri cuſtodes & guardiani cōſtitutiones diligēter faciāt obſeruari:quas qlibet guardianus in ſuo loco ſtudeat habere:& in ſua cuſtodia reſeruare:cauendo ne extraneis publicētur:ipſas etiā faciat ſemel ī mēſe:uel infra duos ad minus fribus ſuis legi:maxime ſeptē prima capitula:que oēm tāgunt cōitatē. Si quos uero inuenerint diſcolos cogāt eos ad plenā obſeruātiā penaꝝ que in ipſis cōſtitutionibus ſunt taxate. Et ſi eoꝝ cōtumatia exegerit etiā grauiores īponāt. Nec penas eis taxatas cōmutent:niſi fuerit heſitatio in ɔſcia:obliuio ī memoria:uel in corpore īpotētia faciēdi. Cōceditur tn̄ miſtris in caſu & in ſpāli:atq; ex cauſa rōnabili cōmutare penas hmōi:ac etiā mitigare. Quod ſi ex eoꝝ remiſſione ſoluatur ordīs diſciplīa accuſentur capitulo gn̄ali. Ordinat gn̄alis miſter cū capitulo gn̄ali uniuerſo:ꝙ ſi cōtingat mori gn̄alem miſtrum acta ordīs: ac ſigillum miſterii offitii ſigillentur ſigillo puintialis miſtri ſi pſens fuerit:& ſocioꝝ eiuſdē generalis cuſtodis & guardiani loci in quo cōtigerit eū morī uel uicarioꝝ eorūdē in abſentia predictoꝝ:ſigillis etiā aliquoꝝ fratrum ſolēnium ſi q fuerint in cōuētu: q̄ ſic clauſa & ſigillata tradātur eiſdem ſociis generalis:qui ea teneantur obſeruare fideliter & tradere ſucceſſori miſtro generali p obediētiam ſalutarem. Si uero multū diſtaret terminus futuri capituli generalis poſſint tradere ſic clauſa & ſigillata miſtro prouintiali: qui clauſa & ſigillata ad gn̄ale capitulum proxime celebrādū fideliter portare debeat & tradere ſucceſſori gn̄ali miniſtro p eādem obediētiam ſalutarem. Si uero aliquem miniſtrū prouintialem grauiter cōtigerit infirmari acta ſue prouintie:& ſigillū ſui offitii in pſentia ſui ſocii:cuſtodis in cuius cuſtodia fuerit: &

guardiani in cuius conuentu infirmatur uel in eo℞ abſentia: uicario℞ eorūdem faciat claudi & ſigillari in aliqua archa tuta que tribus ſeris claudatur: quarū una cuſtodi predicto: alia ſocio eiuſdē miniſtri: alia guardiano tradatur. Et predicti ſeruēt predicta acta ſucceſſori miniſtro fideliter aſſignanda p obedientiam ſalutarem. Quod ſi pdictus miniſter morte preuētus non poſſet hoc exequtioni mandare: idem faciāt eiuſdem ſocii cum cuſtode & guardiano in cuius cōuentu moritur ſicut eſt expreſſum. Caueāt aūt miniſtri prouintiales a multitudine cōſtitutionum prouintialium & quorūlibet preceptorū: ppter obliuionis & tranſgreſſionis periculū euitandum.

Innocentius papa. iiii.

V T apoſtatas & inſolētes ueſtri ordinis: niſi ueſtris ſalubribus monitis acquieſcāt excōicare: capere: & ligare: & carceri tradere: ſi uidebitur expedire poſſitis auctoritate pſentium uobis cōcedimus facultatem.

Capitulum generale.

V Olentes apoſtatis uiā precludere nos generalis miniſter & prouintiales miniſtri & diffinitores capituli generalis excōicamus in ſcriptis oēm fratrem apoſtatātem ab ordine noſtro & ex decreto preſentis ſtatuti: anathematis ulculo inodamus. Intelligimus aūt apoſtatantem oēm qui ſine licentia uel cōtra obediētiam ſuperio℞ ſuorum per terras: loca: ſeu patrias cū habitu uel ſine habitu cum ſocio uel ſine ſocio iuerit: uel uagabundus fuerit: ac generaliter abſq eiuſdē ordinis licētia diſcedētem. Ordinamus etiam q oīs apoſtatans ab ordīe noſtro carceri māncipetur. Quicūq frater incarceratū fratrem a carcere liberauerit uel cōſentiēs fuerit ut recedat ſine licentia miniſtri: uel ſi ppter negligētiam guardiani uel eius uicarii ſeu cuſtodis ſibi aſſignati: frater incarceratus manus ordis euaſerit: tam liberans q̄ cōſentiēs: tam guardianus ſeu eius uicarius q̄ cuſtos fratri incarcerato aſſignatus: ſi de premiſſis conuicti fuerint carceri mancipentur. Item quicūq frater ſine generalis miniſtri licentia: quā nullus ei inferior dare poſſit prelationem: quācūq extra noſtrum ordinem receperit ſicut apoſtata noſtri ordinis habeatur: nec in locis fratrum recipiatur: ſed tanq̄ excōicatus ab uniuerſis fratribus euitetur. Idem de illis ſtatuimus qui promoti ſunt quo℞ uita infamis in ſcādalum noſtri ordinis noſcitur redundare. Et nullis huiuſmodi licentia cōcedatur: niſi prius reſignent ordini libros & res alias prout in priuilegio apoſtolico cōtinetur. Poſtq̄ cuſtodibus ſufficienter innotuerit fratrē aliquem uel aliquos ab ordine de ſuis apoſtataſſe cuſtodiis ipſum uel ipſos in ſingulis ſuarum cuſtodiarū conuentibus: in capitulo fratribus congregatis: bis in anno excōicatum uel excōicatos nominatim expreſſe denuncient ſeu denunciari faciant: uſq quo de talium apoſtatarum abſolutione per documenta legittima eis facta fuerit fides. Miniſtri uero prouintiales anno quolibet in ſuis prouintialibus capitulis in die diffinitionis omnes ſuarum prouintiarū apoſtatas

publice denuntient ſeu denuntiari faciant excōicatos: donec ut predicitur ꝺ eorū abſolutione cōſtiterit eis. Quilibet miſter ꝓuintialis habeat ordinariā iuriſdictionem auctoritate generalis miſtri: excōicandi: capiendi: incarcerādi: ac pena alia puniēdi ſuper oēs apoſtatas aliarum prouintiaꝵ in ſuis prouintiis. Idem poſſint cuſtodes & guardiani in caſu neceſſitatis: & fratres alii auctoritatē habeāt apoſtatas noſtri ordinis capiendi. Caueant aūt miſtri & cuſtodes ꝙ nō permittāt apoſtatas ſuos ſiue alterius prouintie in ſcandalū ordinis euagari. Apoſtate qui in ſuis locis ſeu cuſtodiis cōmode recipi: corrigi uel cōuerſari nō poſſunt ꝑ prouintialem miſtrum de cuſtodia ad cuſtodiam: uel ſi neceſſe fuerit ꝑ generalē miſtrum de prouintia ad prouintiam trāſmittantur: eorūqꝫ cōditiones & demerita cuſtodibus ad quoꝵ cuſtodias & miſtris ad quoꝵ prouintias ꝑ miniſtros de quoꝵ fuerint ꝓuintiis fideliter intimētur: ut hi qui ipſos trāſlatos habebunt regere conſpectiores eſſe ualeāt circa eos. Nullus igitur apoſtata uolēs redire ad ordinem repellatur: ſed iuxta mandatum dñi pape ſalua ordīs diſciplina recipiatur: & ſaluti anime ſue ut ꝓmiſſum eſt cōſulatur. Nec eiiciatur qſq̄ profeſſus ab ordine ſed prouideatur peſtilētibus de remedio tranſlationis predicte uel de uinculo perpetue diſcipline.

De uiſitationibus ꝓuintiaꝵ. c. viii.

q Vū regula dicat ꝙ fratres qui ſunt miſtri uiſitent & moneāt fratres ſuos: & hūiliter & charitatiue corrigant eos: ad preſtandum eis adiutoriū & negligētiam corrigendam: ordinamus ut a tertio in tertium annū ꝑ uiſitatores ſpāles uiſitetur totus ordo. Ita ꝙ quelibet ꝓuintia habeat unū uiſitatorem: cui detur unus ſocius diſcretus qui ſuccedat ei in uiſitatione tēpore infirmitatis uel mortis: cū quo poſſit habere collationē in dubiis & cōſilium non expreſſis eoꝵ noībus de quibus agitur ſi fieri poterit bono modo. Teneātur aūt miſtri & diffinitores prouidere bona fide de fratre idoneo rōne honeſtatis diſcretionis & zeli ad tale offitiū exequēdum. Quē ſi āte egreſſum de ſua ꝓuintia mori contigerit uel aliter īpediri miſter conuocatis cuſtodibus quādo bono modo intereſſe poterit: & aliquibus diſcretis de diuerſis cuſtodiis de uiſitatore uel ſocio in caſu cōſimili iuxta ꝓmiſſas cōditiones idonee poſſit & debeat ꝓuidere: et ad hoc tam miniſtri q̄ conſulentes firmiter teneātur. Quod ſi alter iſtorū poſt exitum de ſua ꝓuintia & ante ingreſſum ꝓuintie uiſitande deceſſerit uel aliter fuerit legittime impeditus: teneatur cuſtos illius cuſtodie: uel guardianus illius loci in cuſtodis abſentia ſupſtiti ꝓuidere de ſocio uſqꝫ ad ꝓuintiam uiſitādam: tuncqꝫ primus cuſtos ꝓuintie uiſitāde teneatur ſibi ſufficiētem ſocium aſſignare ac ſi in ſua cuſtodia deceſſiſſet. Ordinetur aūt in generali capitulo que ꝓuintie debeāt uiſitari: ita ꝙ poſt ſecūdū capitulū ꝓuintiale uiſitatores ꝓuintiaꝵ tali tꝑe incipiant uiſitare: ꝙ expleta uiſitatione ꝓuintiali capitulo uiſitatis ꝓuintiis ualeant itereſſe: qđ imediate precedit ca

rint:ſi in offitiis fuerint ab oíbus offitiis abſoluantur & ſuſpendãtur.Nec taliter ſuſpenſi ſeu abſoluti: reſtituantur niſi in capitulo prouintiali per miniſtrum.Si uero in offitiis nõ fuerint priuentur libris & omni actu legittimo. Et cui hec pena nõ competit: probationis caputio & aliis penis grauibus puniatur ad arbitrium miniſtrorũ. Et ad hoc miniſtri firmiter teneantur.Et intelliguntur ſuſpecta cõſortia nõ ſolum de mulieribus:ſed etiam de ſuſpectis familiaritatibus quibuſcũq;. Quicũq; frater cõſuetus fuerit a ſocio ſuo fratre cum mulieribus ſequeſtrari:de quibus iuditio ꝑlati ſui merito poſſit oriri ſuſpitio:ſi canonice monitus & correctis: nõ ſe emendauerit:tanꝗ ſuſpectus de mulieribus oíbus offitiis ordís & actibus legittimis ſit priuatus. Et ſi taliter punitus:iterato duobus fide dignis teſtibus conuincatur de ſequeſtratione predicta:uel ſi ſequeſtrationes hmõi ſuſpitionem multum uiolẽtam facerent ſui prelati iuditio:de conſilio diſcretorum:& probentur legittime abſq; admonitione uel punitione premiſſa arctetur ad ueritatem dicendam.Si uero unus teſtis fide dignus de ſequeſtratione predicta appareat cõtra eũ: & alius de lapſu carnis:arctetur grauius in domo diſcipline.Si uero aliquis de inno-
minabili crimine própter quod ira dei uenit in filios diffidentie fuerit: quod abſit notatus & conuictus carceri perpetuo mancipetur.Vbi omni die igne circa ipſum accenſo:corpore denudato:diſciplinatus panem & aquã quottidie comedens defleat uitam ſuam in amaritudine & dolore:circa qd ſi prelati fuerint negligentes ipſo facto ſuis offitiis ſint priuati.

Cap.ii.Regule.

q Vo ad ſecundũ capitulum regule.qualiter uolentes uenire ad ordinem recipiantur. Statuimus & ordinamus illud ſeruãdum fore:quod felicis recordationis Nico. papa tertius declarauit in predicta decretali.Exiit q ſeminat.§.Sed quoniã. Vbi ſic dicit.Sed quoniam in deſideriis noſtris hoc geritur:ut ad dei gloriam ſalus proficiat animarum:ac dictus ordo per quem iugiter ad amorem diuinum affectio chriſtiane religionis accenditur & merito & numero augeatur:cõcedimus & preſenti ſtatuto firmamus licere non ſolum generali:ſed etiam prouintialibus miniſtris perſonas fugientes a ſeculo in fratres recipere:que miniſtrorum prouintialium licentia per ipſum generalem ſi quidẽ expedire uiderit: poſſit artari. Vicarii uero prouintialium miniſtrorum ex offitio uicarie licentiam hanc ſibi nouerint interdictã:niſi per miniſtros eoſdem quibus hoc committere poſſe uicariis & aliis licere decernimus:hoc ipſis uicariis ſpecialiter committatur.Caueant tamen ipſi prouintiales q; hoc non indiſcrete non paſ-

ſim ſed ſic cōſiderate cōmittāt: ſicꝙ
illos quibus hoc committi contigerit
fidelibus conſiliis fulciant: ꝙ omnia di
ſcrete procedant. Nec indifferenter om
nes admittantur ad ordinem: ſed illi
tantum qui ſuffragantibus eis litteratu
re idoneitate: uel aliis circunſtantiis
poſſint utiles eſſe ordini: ſibiꝙ per ui-
te meritum: ac aliis proficere per exem
plum. hec Nicolaus. Statuimus inſu-
per & ordinamus ꝙ nullus recipia-
tur ad ordinem niſi annum quartum
decimum compleuerit: etiam ſi obla
tus fuerit a parentibus: niſi pro ſcan-
dalo euitādo foret filius militis uel ſu
perioris dignitatis. Nec recipiatur ali-
quis ad profeſſionem: niſi annum cō-
pleuerit probationis. Et uenientes ad
ordinem: diligenter examinentur de
fide catholica & de eccleſiaſticis ſacra
mētis: ut ī regula cōtinetur: ita ꝙ ſint fi
deles catholici: & de nullo errore ſuſpe
cti: matrimonio non ligati per copu-
lam carnalē: corpore ſani: animo ꝓm-
pti: legittime nati: debitis expediti: con
ditione liberi: nulla uulgari īfamia no
tati: competenter litterati: uel ad alios
labores fratribus honeſtos & utiles ap
ti: aut talis conditionis exiſtentes: ꝙ eo
rum receptio clero & populo: non mo
dicam edificationem afferant. Et ꝙ ue
uientes ad ordinem: de bonis ſuis fa-
ciant: quicquid dominus inſpirauerit
eis: ſecundum regulam & declaratio-
nem Clementis quinti in. §. Ceterum
quia chriſti confeſſor ibi uerſiculo.
Quum uero facere de reb9 ſuis: quod
dominus īſpirabit eis: ipſam regulam
ingredientibus liberum uelit eſſe: nō
uidetur prohibere: quin liceat eis reci-
pere cōſideratis. ſ. eorum neceſſitati-
bus & moderaminibus declaratio-
nis iam dicte ſi quid de bonis ſuis in-
trans ſicut & ceteris pauperibus ꝑ mo
dum elemoſyne libere uelit dare.

Item de qualitate habitus: quum re
gula dicat ꝙ fratres omnes ueſtimen-
tis uilibus induantur. Statuimus & or
dinamus ut in generalibus ſtatutis ꝑ-
dicti Guielmi continetur ſecundo ca-
pitulo: ꝙ ueſtimentorum uilitas atten
datur in pretio pariter & colore: ita ꝙ
ſemper in ueſtimentis reluceat aſperi-
tas: uilitas: & paupertas: & ut ignoran
tia nemini ſit occaſio delinquendi. Or
dinamus ꝙ omnes fratres ueſtimentis
talibus induantur: ꝙ nec ſint adeo pre
tioſa: ut uidētes ea de curioſitate & ua
nitate notare debeant. Nec ita uilia &
groſſa: ꝙ ipſa uidentes in horrorem in
ducant & prouocent ad deriſum. Lon
gitudo autem habitus ultra longitudi
nem frattris defferentis talis ſit: ꝙ nec
plica ultra quattuor digitos protenda-
tur: nec ita breuis quin corda ex ea ua-
leat operiri. Latitudo uero decem &
octo palmorum non excedat menſu-
ram: nec ſit minor quindecim. Capu-
tium uero tali modo fiat: ꝙ exiſtens in
capite: extremitas per longitudinē duo
rum digitorum cingulum non exce-
dat: nec per duorum digitorum longi
tudinem ſuper cingulum debeat re-
manere: cui longitudini correſpōdeat
proportionaliter latitudo ſecundum
corporum quantitatem. De mantellis
autem. de modo dormiendi. de cami-
ſiis. de cingulo: & de calciamentis. in
omnibus ſeruetur generale ſtatutum
predicti Guilielmi in ſcd'o capitulo.

Cap̄.iii.Regule.

q Vo ad tertiū capitulū regule. de diuino offitio. Statuimus & ordinamus ſeruādam eſſe cōſtitutionem Benedicti.xii.c.i.ubi ſic dicit. Inprimis circa agēdum offitium diuinū in eodē ordīe:auctoritate apoſtolica ordinamus:ꝙ añ miſſaꝝ & horaꝝ ꝑncipia:frēs dicti ordīs oēs quos cā rōnabilis nō excuſat:ad choꝝ concurrāt ꝑparaturi dño corda ſua:ibiq; ſine riſu:murmure:diſcurſu:& abſq; uagis & uanis aſpectibus ſub ſilentio in pace cum debita grauitate ꝑmaneant: cantent:& orent:& uſq; in finem unanimiter pſeuerent. Quia uero eccleſiaſticus cantus : diuine laudis ſacrifiriū: fructuſq; labioꝝ canētium: nō ſolum eoꝝ qui pſallunt:ſed etiā auditoꝝ edificatio eſſe debet:eoſdē frēs hortamur in dño:ut dininas laudes integre:attēte:houeſte:ac religioſe pſoluāt: geſtus leues:& cantus diſſolutos & fractos oīno declinent:tractim pſallant : debito more incepta q̄ ſimul canenda fuerit: ſimul cōtinuent:ſimul pauſent: & cetera ut in dicto.c.habetur.hoc addito ꝙ de cantu in locis ubi pauci ſunt frēs qui nō ſufficerēt ad cantandū:uel alia rōnabili cā:prelati poſſint diſpenſare quum uiderint expedire.

Item de ieiunio illa ſeruentur:que in regula cōtinentur.Idem fiat de nō equitādo ꝑterq̄ i caſu neceſſitatis:attētis ēt uerbis dñi Bonauēture in ſua declaratiōe ſup hoc paſſu:qui dicit. Quod nō debeant equitare nec bigare neq; quadrigare:niſi manifeſta neceſſitate.ſ.ꝓlixi uel impediti itineris uel negotii urgentis:uel infirmitate cogantur.

Cap̄..iiii.Regule.

q Vo ad capitulū quartū regule:ꝙ fratres non recipiāt pecuniā.Statuimus & ordinamus iuxta declaratiōe.Nicolai tertii:& Cle. q̄nti:Martini quarti:& q̄nti.Quod qlibet cōuētus ſiue locus habeat ſuū pro curatorē: iconomū: ſyndicū: & actorē cui oēs elemoſyne pecuniarie & alia q̄ ad pecuniā reduci poſſent integraliter cōſignentur:qui eaſdem diſpenſare debeat legaliter & fideliter ī repatōnem conuētuum & locoꝝ aliaſq; neceſſitates fratrū pro tēpore occurrentes: & ꝙ frēs nullo modo denarios uel pecuniā recipiant.Siqs autem contrariū attētauerit:ipo facto omni actu legittimo ſit priuatus:& pena carceris puniatur. In omnibus aūt que ultra hec magis artarent fratres dicti ordinis:ſiue ex declaratione Clementis quinti:ſiue alia quacūq; declaratione ſummoꝝ Pontificum:uel alioꝝ quorūcūq;:apoſtolica nobis auctoritate cōmiſſa miſericorditer diſpenſamus. Nō aſtringentes propterea eos qui uoluerint predictas declarationes:quin ſuo uoto ſeruare ualeant & tenere.

Item miniſtri & prelati pro neceſſitatibus infirmorum ſollicitam curam gerant eis diligenter de neceſſariis prouidendo:ordinādo infirmarios uel alios fratres deputando ſeruitiis eorūdem: qui deputati ſi culpabiles inuenti fuerint:uel notabiliter negligentes preſidētiū arbitrio puniātur & alia fiant circa ꝑdicta ſicut in ḡnalibus ſtatutis ordinis ꝑdicti Gulielmi.iiii.c. cōtinetur.

Cap̄.quintū. Regule.

q Vo ad q̄ntū capitulū regule. de mō laborādi.Statuimus & ordinamus ꝙ fratres habētes

gratiam laborandi laborẽt fideliter & deuote·&c.ꝑut in regula continetur. Mercesq; laboris ſi pecuniaria fuerit p ſoluẽtem ſtatim conſignetur ꝓcuratori conuentus ſiue loci:ꝙ ſi pecuniaria nõ fuerit conſignetur prelato eiuſdem loci de qua poſſit oĩbus fratribus ibidem cõmorantibus cõiter ꝑut neceſſitas exigerit ꝓuidere:per hoc tamẽ nullus fratrum ꝑ̃ſumat puerorum ſcolas regere in conuentu uel extra ſeculariũ perſonarũ:ſub pena priuationis actuũ legittimorum.

Cap̃.vi. Regule.

q Vo ad ſextum capitulum regule. quod fratres nihil ſibi appropriert. Statuimus & ordinamus ab uniuerſis obſeruandũ. ꝑut regula dictat. Et qui contrarium fecerit:puniatur ut ſupradictum eſt de pecuniariis. Item ꝙ omnes fratres uadãt pro elemoſyna cõfidenter iuxta diſcretionẽ prelati precipiẽtis.cuius arbitrio cõmittimus diſcernendũ·qui congrue mittẽdi ſunt pro elemoſyna.uel q nõ.

Cap̃.vii.Regule.

q Vo ad ſeptimum capitulũ regule de penitẽtia fratribus peccãtibus imponẽda. Statuimus & ordinamus ꝙ nullus frater prouintiali miniſtro inferior niſi ex ſpeciali generalis uel prouintialium licentia miniſtrorũ:poſſit aliquem abſoluere fratrem·a·peccato inobediẽtie contumacis:proprietarie rerum detentiõis: carnis lapſus: furti rei notabilis:iniectionis manuum uiolenter:falſi teſtimonii in iuditio facti: compoſitionis uel proiectionis aut publicatiõis libelli famoſi:falſificationis ſigilli cuiuſcunq; perſone notabilis falſe criminationis i infamiam cuiuſcunq;·Siquis autem contratium attemtauerit: ipſo facto actibus legittimis ſit ꝓuatis.Et ſi legittime fuerit dep̃hensſus.carceri mancipetur.

Cap̃.viii.Regule.

q Vo ad octauum capitulum regule·de ellectiõe generalis miniſtri.Quia langueſcente capite cetera membra dolent.Statuimus & ordinamus·ꝙ ellectio generalis miniſtri canonice celebretur in capitulo pẽtecho.a·miniſtris & cuſtodibus:ut regula dictat.Ipſi autem ellectores:talem in tanta religione ſtudeant habere paſtorem:qui ſciẽtia:uita:moribus:& exẽplo:merito ualeat magis ꝓdeſſe:q̃ ambicioſe preſſe ouibus ſibi cõmiſſis:omni poſtpoſito amore:odio:timore: prece:pretio:uel rãcore:ꝙ ſi ſecus factum fuerit:ellectio nulla ſit.& ellectores uoce actiua & paſſiua ꝑpetuo ſint ꝓuati.

Itẽ ſtatuimus & ordinamus ꝙ gñalis miſter nõ habeat ſecũ plures duobus ſociis notabilibus:uno ciſmontano & alio ultramõtano:addito ſocio ſcriptore & alio ſeruitore: cum uno famulo. Et ꝙ de cetero ſi gñalis ſit ultramontanus:ciſmontanus ſocius teneat ſigillũ ordinis:& ecõtra:ſi gñalis ſit ciſmontanus ultramõtanus ſocius teneat ſigillum ordĩs.Nec poſſit eos gñalis ad libitum cõmutare:niſi morte interueniẽte:uel alia cã legittima & caſu notabili:in loco illius ſubſtitutionẽ alterius ſocii:de cõſilio diſcretoꝝ coartante.

Item ſcdm declarationẽ quattuor magiſtroꝝ·Gñalis non poſſit ĩmutare aliqua ordinata p ipſum & capitulũ gñale:ſine ipſius capituli gñalis aſſenſu:in his q̃ tãgunt regule puritatẽ· Nec poſſit aliquẽ licẽtiare ad curſum magiſte-

tii:niſi fuerit p̄ſentatus p miſtrū ꝓuin-
tialem:q neminem audeat preſentare:
niſi de conſilio & aſſenſu ipſius capitu
li prouintialis.

Item ꝙ p̄dictus generalis nullā exa-
ctionem pecuniariā facere poſſit: nec
ꝓ cōfirmatione miſtroꝝ: neqꝫ ꝓ uiſita
tione ꝓuintiaꝝ:neqꝫ ꝓ magiſterio aut
ueſtiario:uel litteris offitioꝝ aut ſuffra
gioꝝ:ſiue quacūqꝫ occaſiōe uel colore
q̄ſitis:ꝙ ſi ſecus fecerit ipſo facto ſuo
offitio ſit priuatus.Nec teneantur frēs
ſibi ulterius obedire.Et ſi exinde ī po-
ſterū p̄ſumpſerit generalatus offitium
retinere:ꝙ ipſo facto ſit piurus:īfamis:
& inhabilis ad quecūqꝫ offitia uel be-
neficia:honores:& dignitates:tā in or-
dine: q̄ extra ordinem.

Item ꝙ nō faciat uicarios in ꝓuintiis
niſi ex caſibus neceſſariis & oportu-
nis: quibus expletis uicariatus offitiū
ipſo facto uolumus expirare.

Cap̄.ix. Regule.

q Vo ad capitulū nonū regule.
de predicatoribus.Statuimus
&ordinamus ꝙ frēs nō predi
cent in ep̄atu alicuius ep̄i: quū ab eo
fuerit illis cōtradictū:ſed cū omni hu-
militate & reuerentia prelatos eccleſie
d̄beant uenerari.

Item ꝙ nullus p̄ſumat populo predi
care:niſi a generali miſtro uel'a ꝓuin-
tialibus in capitulis ꝓuintialibus: uel
ab aliis q̄bus p generalem miſtrū fue-
rit cōmiſſum examīatus extiterit & ap
probatus: & offitiū predicationis ſibi
cōceſſum.Poſſint nihilominus prefati
miſtri conceſſam p̄dicādi licētiā reuo-
care:ſuſpendere:& artare: quotiens ſi-
cut & qn̄ eis uidebitur expedire:iuxta
declarationē p̄dicti Nicolai tertii in p̄-
fata decretali.Exiit q ſeminat.§.Et q̄a
in eodē.Et ꝙ predicti q̄bus cōmittitur
auctoritas p̄dictā licentiā cōcedendi:
nullū ad p̄dicationis offitiū admittere
debeāt:niſi extiterit admittendus ſacer
dos uel dyaconus:etatis ad minus ui-
gintiquinqꝫ annoꝝ.cōpetentis littera-
ture:uita & moribus comprobatus:cu
ius doctrina merito populi edificari
ualeant ſine ſcandalo.Caueant autem
predicatores predicti omnino ne quā
do predicare preſumant quicq̄ contra
libertatem ſacroſancte romane eccle-
ſie:uel eccleſiaſticis perſonis detrahere
uel q̄d abſit ſcandalum cōtra clerum
uel religionem aliquā excitare:aut per
ſonam aliquā preſentem criminaliter
nominare:ſed potius contra hereſes &
ſciſmata:populos digne & fideliť ani-
mare:& in ortodoxe fidei ueritate fir-
mare.Maxime contra preſentem ſata-
nicam & damnatam hereſim huſiſta-
rum.Contra quos in aliqua parte ſer-
monis prout uidebitur expediens in-
uehatur.Si quis autem temerarie con-
tra ſtatum:honorem:dignitatem:& ec
cleſiaſticam libertatem preſumpſerit
predicare:ipſo facto predicationis offi
tio & omni actu legittimo ſit priuatus:
ꝙ ſi poſt predictam priuationem pre-
ſumpſerit predicare per ſuos prelatos
omni appellatione poſtpoſita:uel alio
ſubterfugio : carceribus mancipetur.

Qui p̄lati ſi in p̄dictis fuerint negligē
tes in eādē penā ſe nouerint incidiſſe:
niſi ratiōabili & legittima cauſa de im
potentia ſe ualeant excuſare.Sup quos
& predictos predicatores delinquētes
ordinarii locoꝝ plenam iuriſdictionē
hēant puniendi & carcerandi ſine alio

proceſſu. Ad quod quũ opus fuerit: ꝑ dicti ordinarii inuocare ualeant brachium ſeculare.

Item ꝙ nullus frater audeat in alienis eccleſiis predicare ad ſcandalum & dedecus ordinis niſi in his terris ubi ꝓ tempore fuerit conſuetum. Vt in quadrageſima: ꝓceſſionibus: & ſimilibus: & tunc nec ſine licentia prelatoꝶ ordinis. Nec predicent nouitates uel materias: que ſcandalum poſſint ueriſimiliter generare.

Cap. 10. Regule.

q Vo ad capitulum decimũ regule: de admonitione & correctione fratrũ. Statuimus & ordinamus ꝙ predictum capitulum diligenter per miniſtros executioni debite demandetur. Addentes inſuper ꝙ miniſter quilibet in ſua prouintia: uno ꝓuido & honeſto ſocio ſit contentus cũ uno ſeruitore. Et ꝙ nullus miniſter: cuſtos guardianus uel lector uel quicũqꝫ alius frater: quicq̃ exigat aliquo colore uel cauſa: ꝙ ſi ſecus fecerit ipſo facto ſuo offitio ſit priuatus: & ſubditi deinceps obedire ſibi minime teneãtur. Et ſi quid aliquis miniſtroꝶ generali miniſtro preſumpſerit cõtribuere: ipſo facto ut ſupra ſuo offitio ſit ꝑuatus. Statuimus inſuper ꝙ miniſtri diligẽter & ſollicite inſtent & inuigilent reformationi ſtudioꝶ per quaſlibet ſuas ꝓuintias: ita & taliter ꝙ cuilibet ſtudenti ꝓ poſſe prouideatur de ſuis neceſſariis: tam pro libris q̃ pro reliquis opportunis: de cõibus elemoſynis per ꝓcuratorem receptis pro quolibet conuentu ſiue loco natiuo fratris ad ſtudium promouendi. Exhortãtes ſtrictiſſime in uiſceribus Ieſu chriſti ceteros fratres aliorum locoꝶ: ꝙ quum uiderint idoneos ad ſtudia promouendos: totis uiribus eiuſdem impendant auxilium: conſilium: & fauorem: in quibuſlibet opportunis: querendo pro eis elemoſynas: recomendando ualentibus ſubuenire eiſqꝫ ſeruiendo in uiſceribus charitatis. Quũ ſcientia donum dei ſit: armatura ad defenſandam ſanctam fidem catholicam: corona ordinis: lumen ueritatis: & uia in tenebris ambulantium populorum. Similiter attendant predicti miniſtri cum omni uigilantia & circunſpectione: ꝙ cerimonie ordinis tã quo ad diuinum offitium: q̃ quo ad ſilentium & alias cerimonias utriuſqꝫ cõitatis: ſpũalis & tẽporalis: ſcd'm antiquas conſuetudines ordinis obſeruentur. Et ſi q̃ ſunt debita depterito cõtracta ſoluantur de expropriatione fratꝶ uel locorum: de uineis & poſſeſſionibus ceteriſqꝫ rebus in ordine repertis: quaꝶ poſſeſſio ſcd'm puritatem noſtri ſtatus non poteſt ordini cõuenire. Et ſi quid ſupereſſe poterit de pretio talium rerum uendendaꝶ: uel ex reddẽda ratione: quorũcũqꝫ fratrum uel miniſtrorum: uel aliorum ſubditoꝶ: aſſignetur procuratoribus locorũ quorũcũqꝫ: per quaſlibet ꝓuintias ꝓ cõi utilitate & cõmoditate eorũdem fratrum uel locoꝶ. Miniſtri aũt & alii ꝑlati corrigant ſubditos ſuos humiliter & charitatiue eos uiſitent ſcd'm regulã delinquentes miſericorditer puniẽdo iuxta tenorem ſeptimi capituli ſtatutoꝶ generalium predicti Guilielmi: & uigeſimiſeptimi capituli ſtatutoꝶ Benedicti duodecimi: uel alias prout eiſdem miniſtris & prelatis melius uidebitur expedire.

Itē cū in eodē ōrdīe aliq frēs fuerint & ſint excellētes i deuotiōe & obſeruātia ſtrictiori ueſtre ꝓfeſſionis. Ordinamus ꝙ tales ſic uiuētes p ꝑlatos ſuos bñ tractētur:& fauorabilit̄ i ſuis deuotionibꝫ nutriātur i ſuis heremitoriis & locellis. Caueāt āt ꝑdicti ꝑlati: ne frēs aliquos ad heremitoria mittant ꝓ reſidētia ibidem faciēda:niſi maturos:ſolidos:& probatos in obſeruantia regulari ubi fieri poterit bono modo.

Itē ꝙ de cetero nullus audeat: cōuentus aut loca:ſeu heremitoria multiplicare:aut de nouo edificare:ſeu edificari facere:nō ſolū ꝓ fr̄ibꝫ:qn ēt ꝓ ſororibus:ſine auctoritate.d.n.ꝑꝑ:dnoꝶ diocesanoꝶ:gñalis:uel ꝓuītialiū miſtroꝶ lnīa:ſine ꝑiudítō cōuētuū ꝓpinquoꝶ:in quoꝶ t̄mīs hec cōtigerit attētari. Salua ēt decretali Boni.viii.i.c. Cū ex eo. De exceſſibus ꝑlatoꝶ lib.vi.

Itē ubi regula dicit:ꝙ ubicūqꝫ ſūt frēs q ſcirēt & cognoſcerēt ſe nō poſſe regulā ſpūalıter obſeruare. Declarāus iuſtā eē cām recurrēdi ad miſtrū:cū tali loco eſt ānexa ꝑpetas:uel cura aīaꝶ:pueros baptizādi:& alia pochialia faciēdi:aut qa ibi dño reclamāte morātur frēs:aut qa pp neceſſarioꝶ penuriā oportet eos i cōgregatiōibꝫ uel q̄ſtibꝫ ſhōeſtis contra regule puritatē:& uſū ordīs gñalē excedere. aut pp ſocietatē ihoneſtā uel iportabilē fr̄ibꝫ:ꝑſertim rudibꝫ & ifirmis:pp hmōi āt cās & ſimiles fratres dn̄t & pn̄t ad ſuos miſtros recurrere:p eoſdē:ide pie & paṫnal̄r amouēdi:& i locis duotis & ſpūalibꝫ collocādi.

Cap̄.xi.Regule.

Vo ad.xi.capi. Regule: ꝙ frēs nō īgrediātur monaſteria monachaꝶ. Statuimus & ordinamus illud eſſe ſeruādū qđ ꝑfat. Nicō. tertius decreuit in eadē ſua decretali. Exiit q ſeminat.§.Deniqꝫ qa cōtinetur Vbi determinat ꝓhibitū eē fr̄ibꝫ ne ingrediātur monaſteria monachaꝶ q̄rū cūqꝫ.Intelligēs noīe mōaſterii:clauſtrū domos:& officinas interiores: ꝓ eo ꝙ ad alia loca ubi hoīes ſeculares conueniūt:pn̄t frēs ipſi cā ꝑdicationis uel elemoſyne petēde accedere:qbꝫ id a ſuperioribꝫ ſuis:ꝓ ſua maturitate uel idoneitate fuerit cōceſſū:exceptis ſp ꝑdictaꝶ monaſteriis incluſaꝶ:ad q̄ nulli datur accedēdi facultas ſine ſedis eiuſdē lnīa ſpāli. Quod ēt Greg.ix.determinauit. Addētes nihilominus:ꝙ ſi qs ſine miſtroꝶ lnīa:aliqđ monaſteriū itrare ꝑſūpſerit:ipſo facto carceri mācipetur. Et diligēter attēdāt miſtri:ꝙ moniales ſibi cōmiſſe:debitā clauſurā ſeruēt:tam frūm:q̄ ſeculariū acceſſus cōpeſcendo ſub interminatiōe maledictōis eterne.

Itē ſtatuimus & ordinamus ꝙ nullus frater de cetero ꝑſumat fieri cōpater uiroꝶ uel mulieꝶ: & q iā cōpaternitatē cōtraxerint:quātū in eis eſt:hoc noīe ſe minime noīari ꝑmittāt: nec ipſi alios nominent. Et qui contrafecerit carceri mancipetur.

Cap̄.xii.Regule.

Vo ad duodecimū capitulum Regule. De eūtibꝫ inter saracenos. Statuimus ꝙ ſeruetur regula & in pn̄ti capitulo & in qbuſcūqꝫ alis capitulis gñalibꝫ:q̄tū poſſibile eſt: ꝓuideatur & diſponatur de bono regimine locoꝶ t̄re ſctē:tā quo ad guardianū:q̄ quo ad alios frēs:ita ꝙ ſp ꝓ gub̄natione illoꝶ locoꝶ elligātur ī capitulis gñalibꝫ de melioribus & deuotioribus fr̄ibꝫ ordīs:q uita:moribus: & doctrina ꝓbati:lucis exēplū ꝑbeāt:& edi-

ficationem pariter infidelibus cũ quibus contigerit conuerſari.

Itẽ ſtatuimus & ordinamus ꝙ ꝓcuratores ordĩs ĩ curia romana nihil exigãt uel extorqͣre ꝑſumãt a fribꝫ aduenientibus uñcũqꝫ:ꝙ ſi ſecus fecerint:ipſo fcõ ſuo offõ ſint ꝑuati.Et ꝓcurator ciſmõtanus tractet negotia frũm ciſmõtanorum.Vltramontanus ãt tractet nogotia ultramontanorum.

Itẽ ſtatuimus & ordinamus ſub eadẽ pena:ꝙ iqſitores heretice prauitatis teneãtur reſtituere cõitati cõuẽtuũ: ubi offm̃ iqſitionis exercẽt:qcqd ſibi aduenire poterit uel cõpetere ex offõ iqſitionis uſqꝫ ad cõdignã ſatiſfactionẽ expẽſaꝝ q̃s i ꝑdcĩs ꝓcepint dũ offm̃ iqſitionis exercẽt.Et ſi eiſdẽ iqſitoribꝫ a cõltate uel ab alia pſona ſpãli cõpetẽtet ꝓuiſũ fuerit de expẽſis:nõ teneãtur ꝑdicti cõuẽtus ꝓuidere eiſdẽ de uictu uel ueſtitu:ꝙ ſi qd ſupfuerit ultra ꝑdictũ uictũ uel ueſtitũ de eo qđ ſibi cõpeteret ex offõ ſuo:conuẽtui natiuo reddatur diſtribueñ coĩter int̃ frẽs.Et ꝙ nullus inqſitor eiuſdẽ ordĩs in offõ iqſitionis remaneat ultra duos ãnos:ſcđm eiuſdem ordĩs generalia ſtatuta dicti Guilielmi.c.vi.§.finali.

Itẽ ſtatuimus & ordinamus ꝙ de cetero nullus ꝑlatoꝝ miſter uel magiſter: aliquẽ frẽm eiuſdẽ ordĩs ꝑſumat aſtringere uel cõpellere ad aliquã pecũiariã ſolutionẽ:rõe cuiuſcũqꝫ gradus ſcolaſtici:uel magiſterii:lectoriatus: bachalariatus:uel alteriuſcuiuſcũqꝫ ſub pẽa ꝑuatiõis gradus:tã i exigẽte:q̃ i cõtribuẽte.

Inſup qa paꝝ ẽ leges cõdere: niſi executioni debite demãdẽtur:uolumus & mãdamus ac ſtricte ꝓcipimus uniuerſis ac ſigulis fribꝫ eiuſdẽ ordĩs ubicũqꝫ fuerint & interrerint:cuiuſcũqꝫ gradus ſeu cõditionis exiſtãt:ꝙ in his oĩbus ſuis pradictis ſuis ꝑlatis teneantur firmiter obedire.ſ.gñali i toto ordine:& miſtris ꝓuintialibꝫ in ꝓuintiis:cuſtodibꝫ i cuſtodiis:guardianis in guardianatibꝫ:ceteriſqꝫ ꝑlatis in his & aliis licitis & hõeſtis q̃ nõ ſũt contra aĩam ſuã & regulã dicti ordĩs.Et ſi qs qđ abſit cõtrafecerit trina admõitiõe ꝑmiſſa factis cõgruis interuallis:poſt quã ſi rebellis & inobediẽs extiterit:carceri mãcipetur. In oĩbus ãt aliis ſtatutis:cõſtitutionibꝫ:ordinationibꝫ:& declarationibꝫ:tã ſũmoꝝ põtificũ:q̃ alioꝝ quorũcũqꝫ:ſiue de nõ edẽdo carnes in feſtiuitatibꝫ natiuitatis:reſurrectionis:& aſcẽſionis dñice:pẽtheco.apoſtoloꝝ Petri & Pauli:aſſũptõnis glorioſe ṽgis ſcti.F.ſ. Antonii.&.ſ. Ludouici epi:uel qbuſcũqꝫ aliis tpibus p regulã uel p eccleſiã nõ ꝓhibitis: ſiue de qbuſcũqꝫ aliis:in aliis cõſtitutionibus poſitis:q̃ nõ ſũt contra legẽ dei: uel ſtatutum eccleſie gñale:auctoritate apoſtolica diſpẽſamus: nolẽtes aliquẽ dicti ordĩs ex ꝑdictis ſtatutis:ſeu conſtitutionibꝫ:ordinationibus:declaratiõibus:de qbus i his pñtibꝫ non fit mẽtio mortalis pcti uinculo alligari:niſi tales eſſent caſus uel exceſſus: q dĩna leges ſeu ſacroſctẽ romane eccleſie gñali ſtatuto merito inducerent ad mortale.Et ubicũqꝫ i aliis cõſtitutionibꝫ eiuſdẽ ordĩs papalibꝫ uel gñalibꝫ pena excõnis ĩponitur q̃tenus in aliã penã tpalẽ ualeãt cõmutari:arbitrio ꝑſidẽtiũ reſeruamus.Snĩas ṽo excõnis in ibi cõtẽtas: auctoritate ꝑfata ex nunc tollimus:remittimus & laxamus:in cõtrariũ faciẽtibꝫ nõ obſtãtibus qbuſcũqꝫ. Predicta ãt ſtatuta cõſtitutiones: ordinationes: ſeu declarationes & reuocationes.Volumus ab oĩbꝫ tã ꝑlatis q̃ ſubditis inte

gre & inuiolabiliter obſeruari. Mãdãtes & diſtricte pcipiẽtes oib9 p̄latis:tã gñali & puĩtialib9 miſtris:q̃ aliis p̄latis ordinis qbuſcũq3:q oia & ſingula ſupradicta ſeruẽt & faciãt ab oib9 inuiolabiliter obſeruari. Quod ſi i pdictis fuerit negligẽtes ipſo facto:ſuis offitiis ſint p̄uati. Et ne alicui ignorantia ſit occaſio delinqndi:ſub interminatione diui iuditii mãdamuſ p̄latis pdictis:qs p quẽ lib9 cõuẽtũ & locũ ad minus ſemel in mẽſe legi faciãt & diuulgari.

Has ãt cõſtitutiões:reformatiões:& ordinationes:p nos Ioãnẽ cardinalẽ legatũ & reformatorẽ p̄fatũ: auctoritate apoſtolica fcãs & ordinatas:alta & itelligibili uoce i pleno capitulo ad ſonũ cãpane ut moris eſt cõgregato: coram multitudine copioſa frũm eiuſdẽ ordis ppea ibidẽ exiſtentiũ de v̄bo ad v̄bũ p organũ uenerabilis & religioſi uiri fris Ioãnis de capiſtrano eiuſdẽ ordis pfeſſoris:legi & publicari fecimus. Et ad ppetuã rei memoriã:p gñalẽ & puintiales miſtros:cuſtodes:diſcretos:& oẽs ac quoſcunq3 frẽs & religioſos dicti ordis pñtes:abñtes:& futuros in oibus & per oia put ſupius late ſcripte ſiit ſub pẽis in eiſdem cõtentis inuiolabiliter teneri & obſeruari mãdauimus & per pñtes mãdamus. Poſt q̃z qdẽ conſtitutionũ reformationũ & ordinationũ: publicationẽ & lecturã:oẽs & ſinguli miniſtri cuſtodes:cuſtodũ:diſcreti:& alii in dicto capitulo exñtes:tã noĩb9 ſuis ppis q̃ ſuoz cõuẽtuũ & frũm pñtiũ & futuroz:dictis ɔſtõnibus ordĩatiõibus & reformatõibus:tãq̃ legittime ſcẽ iuſte factis & ordinatis:nõ coacti nec circũuẽti libere & ſpõte ſine ɔtradictiõe aliq̃ i pleno capitulo acqeuerũt. Et in eiſdem & eoz ſingulis in omnibus & p oĩa cõuſeſerũt:& itelligibili uoce unanimiter clamãdo & dicẽdo cõſentimus ĩ eiſdẽ: ĩ oĩbus & p oĩa:& uolumus ſtare uiuere & mori in iſto ordĩe ſcõ fraternaliẽ ſcdm ɔſtões & reformatiões pdictas. In quoz oium & ſinguloz fidẽ & teſtimoniũ pmiſſoz:pñtes noſtras litteras: ſiue pñs publicũ inſtrumentũ conſtitutiones reformationes & ordinationes hmõi in ſe cõtinẽtes ſiue continẽs: ex ĩde fieri:& p ſecretariũ noſtrũ notariũ publicũ infraſcriptũ ſubſcribi & ſignari mãdauimus:noſtriq3 ſigilli Cardinalatus iuſſimus:& fecimus appenſione cõmuniri. Lecte & in ſcriptis publicate fuerũt he conſtitutiones reformationes & ordinationes ſupradicte: per nos de mãdato noſtro:mõ ſupradicto aſſiſii in monaſterio fratrũ minoz tpe gñalis capituli in pleno capitulo nobis ibidẽ de p̄fati. D.N. pape mandato pſidẽtibus. Sub anno a natiuitate dñi. M.cccc.xxx. in dictione octaua. Die uero mercurii. xxi. meñ. Iunii Pontifi. p̄fati. D.N. pape ãno. xiii. pñtibus ibidem. R̄ndo patre dño Bernardo montis albaneñ. epo: & Guilielmo panze: & Ioãne obgeroloes. Alias frances notariis apoſtolicis familiaribus noſtris: & pluribus aliis:tam clericis q̃ laicis fratribus dicti ordis teſtibus ad premiſſa uocatis ſpãliter & rogatis. Et ego Rodericus gundiſalui de moculeos clericus baganẽſis dioceſis:publicus auctoritate apoſtolica notarius dictiq3 Reuerẽdiſſimi i chriſto patris & dñi mei dñi Ioãnis Cardinalis legati & reformatoris p̄fati premiſſis. &c. Amen.

Expliciũt cõſtões. d. Martini. pp̄ qnti.

Incipiunt ordinationes ſeu cōſtitutiões Beati prīs fratris Ioānis de Capiſtrano ſuper Rugulā fratrū minoꝝ.

VEnerabilibus in chriſto fratribus. Vicariis:Guardianis:ceteriſq; oībus & ſingulis frībribus in qbuſlibet ciſmontanis ptibus cōmorātibus & cōmoraturis ordīs minoꝝ de obſeruātia nūcupatis. Frater Ioānes de Capiſtrano eiuſdē ordīs minimus & indignus ueſter iutilis ſeruulus & obſeqalis:ueſtraꝝ orationū patrotinio ſe cōmēdans:atq; ſeipſum puſillū offerens gratiā optat ſalutarē:uirtutū augmētū religioniſq; ꝓfectū:& que exuperat omnem ſenſum: pacem in dn̄o ſempiternā. Quoniā ut ait Grego. Qūū enim augētur dona:rōnes etiā creſcunt donorū. Tanto igitur altiſſimo famulari ꝓfundiori aſtringimur humilitate cōtinua:quāto potiora nobis quottidie diuina beneficia cumulantur. Noſtis etenim quātis muneribus:quātiſq; donis & ꝑſidiis:nō noſtris meritiſ:ſed ſua clemētia ſeraphiciq; noſtri Beati patris noſtri Frāciſci ꝑcibus amplificauit dominus ꝓlem:adauxit familiā: multiplicauit gemina noſtris tēporibus. Et tā nūero q̄ uirtute:ſciētia ac ut ita dixerimus ſanctitate atq; nobilitate morū: q̄ generoſitate ꝑponderat: poſt humani gn̄is corruptellā & in italia & extra italiam iam uſq; ad fines terre:nouellos palmites atq; ꝓpagines noſtre ſacre religiōis renouate uite pariter & doctrine nō deſinit dilatare. Quas igitur maieſtati diuine de tantis donis:bn̄ficiis: & muneribus nobis īmeritis: ſola ſua exubernati gratia ſūmaq; benignitate collatis:gratiaꝝ actiones debite repēdendas mens noſtra cogitare:lingua ꝓferre uel calamus exprimere utcūq; ualeret. Certe nec unū ꝑ mille millibus reddere ſibi ualeremus. Ego enī ipſe de me fateor īſufficiētiā meā maximā īeptitudinem:improbitatem imbecillitatem infirmitatem : tam ex etate ſenili q̄ ex defectu uirtutis & diligentie ad exercitia ſpiritualia. Et cum in his omnibus meis defectuoſibus partibus ad maius meū preiudicium ꝓpter demerita miſerabilis uite mee:non mihi ualuit excuſatio:qn oportuerit me ſub mittere collum iugo:& debiles humeros ſupponere ſarcine tam grauoſe:ac mee fragilitati & ponderi importabili ſuccūbere ſum aſtrictus ex diſpoſitione illius preſulis:cuius imperio reſiſtere pertinaciter nulli licet. Cōfiſus igitur & ſperans in ſumma bonitate diuina & in ſuffragio orationum meritorumq; operum bonoꝝ ſollicitudinis ueſtre in idipſum diuinū adiutorium: q̄ uiuaces ſitis & prompti ad euellendas radices malarum cogitationū: extirpandas uepres pullulantes inordinatorū deſideriorum:deſtruēdoſq; ramos & palmites iniquorū operum diſperdenda uitia:& crimina diſſipanda: atq; uirtutes plantandas:deſideria ſancta fouēda:& quecūq; bona opera promouēda. Et q̄ ſitis idonei & ſufficiētes ad reprimēdos inſolētes ac girouagos ad cōfortandos imbecilles:& debiles: & fortes ac ſtabiles cōfirmandos. Ex quo ſpeculator datus ſū domui iſrael: ne cuiuſq̄ ſanguis de manibus meis requiratur:nō quidem ad initiēdum uobis laqueum aliquē:ſed ad excuſandū

cõſcientiam meã:necnõ ad exhor-
tãdas oẽs charitates ueſtras.ſ.atq; meã
ut ad ꝓpoſitum nobis certamen una-
nimiter concurramus ad aꝓhendẽ
brauium eterne ſalutis: & adipiſcendã
immarceſſibillẽ coronã glorie ſempi-
terne. Zelo igitur dei motus cogitaui
circa noſtrũ ſtatum uobis aliqua ṽbis
breuibus referare iuxta continentiam
noſtre regule:notũ uobis fatiẽs ꝙ mee
intentionis eſt uigore offitii mihi iniũ
ẽti:ut pro uiribus fragilitatis humane
dilligentius obſeruentur inq̃tũ concer
nunt ſubſtãtiã regule precepto inhibi
torie uel eq̃polenter ſub eadem obli-
gatione qua obligamur regulã obſer-
uare.In aliis autẽ ſub exhortatione &
charitatiua admonitione ad ꝓmouẽ
ueſtrũ aĩum mentes & greſſus ad me-
liorem frugem uberioꝝq; fructuũ in
horea dñi congregãdorum chariſma-
ta meliora.

Incipit uita minoꝝ frũm. Cap̃.i.

PRimo circa primũ capitu-
lum ꝓuidendũ eſt utiliter
de capitibus inſtituendis.
Vñ pro quadã conformi-
tate iurium & conſtitutõnum ordinis.
dico & ordino: ꝙ circa tp̃s cõgregatio
nis fratrũ:ſiue capituli noſtrarũ fami-
liarum:qlibꝫ locus elligat ſuũ diſcretũ
ad cuius ellectionem admittantur oẽs
ꝓfeſſi:preſbyteri:clerici & laici: & ha-
beatur reſpectus ad maiorem partem
fratrum domus uel loci:ſiue conuẽtus
numero dũtaxat:& non zelo neq; me
rito:q diſcreti (ut ꝑmittitur) ellecti cũ
guardianis locoꝝ totius ꝓuintie in lo
co capituli cõgregati.Prio & añ oĩa: in
noĩe dñi q̃ttuor diffinitores elligãt de
fribꝫ coadũatis ibidem uel de exñtibꝫ
de familia in loco congregationis uel
capituli ãñdci.In quoꝝ diffinitoꝝ mãi
bus:pñtibꝫ guardiãis & diſcretis:uica-
rius q ꝓ tpe fuerit reſignet ꝑmitus ui-
cariatus offñi:litteras & ſigillũ.Quo fa
cto ꝑdicti diffinitores:guardiani & di-
ſcreti ꝓuideãt diligẽter & diſcutiant &
examinẽt cõditiones & opa uicarii reſi
gnãtis: & ſicut eis ſcd'm deũ uidebitur
uel illũ religãt uel aliũ magis idoneũ:
ſcĩa:uita:conſcĩa:moribus:et exẽplis:q
cõem uitã frũm ſeq ualeat ſaltem quo
ad cibaria & ueſtiaria:in noĩe dñi elli-
gãt in uicariũ.Cuius ellectio tũc intel
ligatur eſſe canonica:qñ ſaltẽ p maio-
rem ptẽ frũm ꝑdictoꝝ nũero dũtaxat:
ut ſupra fuerit cõcorditer celebrata &
q̃citius fieri poterit a .R.P.M.ꝓuintie
confirmatio poſtuletur iuxta formã in
ſtitutiõis offitii mei: & nullo mõ ultra
triẽniũ cuiuſq; uicarii offñi extẽdatur:
p interuallũ tñ ſeq̃ntis triẽni uel ſaltem
duoꝝ ãnoꝝ licita ſit ellectio ð eodẽ cũ
circũſtãtiis ãñdictis & ĩ qualibet ãnua
congregatione:uicarius cũ diffinitori-
bus ãñdcis & non ſine eis:guardianos
ordinet quorũlibet locoꝝ noſtre fami
lie pñtãdos in capitulo ꝓuintiali ut le
gãtur in tabula iuxta inſtõnẽ ãñdictã
& ut oĩa ſcd'm deũ & rectã conſciam
cautius pagãtur:tã diffinitores & elle-
ctores ꝑfati q̃ ipſe uicarius ellectus in
pñtia totius capituli uel congregatiõis
debeãt ꝑſtare iuramentũ ſcd'm formã
traditã in conſtõnibus Bñdicti ſub ru-
brica de iuramẽto gñalis & ꝓuintialiũ
miſtroꝝ.Nã noſtri uicarii cedũt nobis
loco miſtri.Dignũ eſt igitur & iuſtũ:ꝙ
ſimile iuramẽtũ ꝑſtent ẽt ipſi uicarii ſic
ellecti ad fidelitatẽ:obiam & reuerẽtiã
ſancte ro.eccleſie continuis tpibꝫ ob-

ſeruandas:iuxta contin̄etiā ꝑmi & ul-
timi capituli noſtre regule:ꝗ maxīe pp
inſtātiā:tpa piculoſa & dies malos per
nitioſi ſciſmatis:qđ ut cācer ſerpit ī he
reſim mallediĉtā. Et ꝗlibꝫ uicarius oīa
loca:domos:uel cōuētus:& frēs ſibi cō
miſſos:ſaltē bis in āno ſtudeat uiſitare
& dilligenť inqrere & corrigere ꝗcqd
reppit corrigendū pſonaꝝ acceptione
& īpedimētis iuſtitie ꝗbuſlibꝫ reſecca
tis:cū miſericordia tñ pniam iiūgēdo.

De his qui uolunt uitam iſtam ac-
cipe:& qualiter recipi debeāt. Cap.x.

SEcūdo circa ſcđm capitu-
lū. Dico & determino: ꝙ
nullus recipiatur ad ordi-
nem:q decimū octauū an
nū ſue etatis nō attigerit:& ꝗ uultū ui
rillē potiuſꝗ puerillē oñdat:& ꝗ ſit ido
neus ad honeſtos laboreſ & religionis
onera ſupportanda. Et nullus frūm:iu
uenē quēpiā uel etate pueĉtū adulatōi
bus:ſuaſiōibꝫ uel blāditiis ꝑſumat at
trahere ad noſtrā religionē. Quinimo
uitā noſtrā accipe uolētibꝫ dilligēter &
ſerioſe exponatur rigor potius noſtri
ſtatus:quo ad obīam:pauptatē:& caſti
tatē:& cetera ꝗ in noſtra regula cōtinē
tur. Et modus ēt uiuēdi quo ad peten-
das elemoſynas. Quo ad bonas cōſue
tudīes. & cerimonias ordīs:de ieiuniis:
uigiliis:orationibus:diſciplinis:celitiis
& aliis auſteritatibꝫ uite noſtre:utputa
ſine calciamētis:ſine camiſiis:linteami
nibus:ſine pecuniis in itinere & ubiꝙ
Et oī tpe ſiue ſanitatis: ſiue īfirmitatis
dormire cū hītu & nunꝗ ſine:nec ī pu-
blico ſine hītu appere in cōſpeĉtu ſecu
larīū pſonaꝝ. Quū magiſ expediat noſ
honeſtatē ſeruare:ꝗ quaſcūꝙ ſeculares
mulieres. Nec ſint ꝑcipiteſ uicarii ad re
cipiendum quoſlibet indiſtinĉte: ꝗ ſe
pñtāt ad ordinem:ſed iuxta diſpoſitio-
nem regule & ſtatutoꝝ noſtri ordinis
ꝓlibati. Et illi ꝗ priuſꝗ recipiantur ad
pannos ꝓbationis ut pñt cōmode ſua
bona:ſi qua hñt pauperibꝫ erogētur:
inſtruantur ut de illis faciant teſtm̄: &
de rebus ſuis faciant ſiue diſponant ſi-
cut dñs inſpirauerit eis. Diſponāt etiā
de ueſtimentis ſecularibus:que ſecum
detullerunt uenientes ad religionem:
nec ſeruentur per fratres. Sed ſi uolunt
ipſi ſeruari facere:remittant ea ad do-
mum parentum:uel ad ſuum benepla
citum faciāt alibi reſeruari. Auiſentur
etiam ipſi nouitii ꝙ ſi priuſꝗ habitum
noſtre religionis ſuſceperint:uouerunt
religionis ingreſſum: ſtatim ſuſcepto
habitu:intelliguntur tacite profeſſi. Si
militer ſi in ipſa habitus ſuſceptione:
firmum ꝓpoſitum quiſꝗ habuerit ad
ſeculum non redire:& oīno uitam mu
tare:& in religione perſeuerare:& pari
modo ītelligatur obligatus: ſi infra an
num ꝓbationis firmo propoſito & de-
liberata mente ſe perſeueraturum ſpo
ſpōdeat in uita regulari. Et multo ma
gis ſi efficaciter uoueat. Simile ſi infra
annum probationis ſcienter & ſine ꝓ-
teſtatiōe habitum profeſſorum deffer
rat diſtinĉtum ab habitu nouitiorum
per triduum continuum. Simil.ter ſi cō
pleto probationis anno remaneat in
religione cum habitu ſine proteſtatio-
ne:etiam per ſolum diem naturalem:
tacite profeſſus intelligitur: & obliga-
tus religioni in genere: nec ullo mo-
do licet illi ad ſeculum remāere. Quin
immo ſi ſine habitu religionis appa-
reat in conſpeĉtu ſecularium perſona

rum excõmunicatus eſt & ut apoſtata
iudicatur. Et ſi de facto matrimonium
contrahere preſumeret: aliã maiorem
excõmunicationem incurreret ipſo fa
cto. Auiſandi ſunt etiam ipſi nouitii: ꝙ
q̄q̄ in ingreſſu religionis: ex priuilegiis
ordinis in fauorem religionis conceſ-
ſis: abſolui poſſint a quibuſcunq; cri-
minibus & cenſuris. Imo ſecũdũ quoſ-
dam per ingreſſum religionis cum in-
tentione perſeuerandi: ſane intelligen
do uſq; ad mortem in obſeruantia re-
gulari: conſequitur quis plenariam re-
miſſionem omnium peccatorum &
reſtituitur prime innocentie baptiſma
li. Si tamen depoſito religionis habi-
tu ad ſeculum reuertatur: recidet liga-
tus in omnibus ſicut prius: quia ceſſan
te cauſa: ceſſat effectus. Dignus eſt enĩ
perdere benefitium: qui neſcit uti. Et
aduertendum eſt cautius: ꝙ quando
aliquis profeſſus eſt tacite & obligatus
religioni in genere: non licet fratribus
inferre ſibi uiolentiam ad ſpoliãdum
ſibi habitum uel ad expellendũ eum
per uim de loco. Nam ita incurritur
excõmunicatio maior ex uiolentia illa
te nouitio: ſicut ex illata profeſſo. Be-
ne tamẽ licet prelatis eum artare car-
ceribus & diſciplinare: & corrigere pro
ſuis deffectibus: ſi dicat ſe uelle emen
dare atq; perſeuerare in noſta reli-
gione.

De diuino offitio & ieiunio: & quo
modo debent fratres ire per mon-
dum. Cap. iii.

Tertio circa tertium capitu-
lum. Dico & diſpono: ꝙ
fratres debeant ſe confor-
mare in diuinis offitiis or-
dini: qui pto tempore ſeruat in capella
apoſtolica: ubi intelligitur fons & ori-
go ordinis ſancte Romane eccleſie de
modo offitiandi: ad quem regula no-
ſtra ſe refertur: & idcirco ſicut in capel
la apoſtolica de commemorationibus
antiquis cellebratur offitium: tanq̃ de
feſtis principalibus. ita & nos facere
debemus. Quãq̃ San. dominus noſter
Eugenius papa quartus in hoc relaxa
uerit habenas: ut quilibet ſuo ſenſu
habundet. Et qui nolunt facere de cõ
memorationibus feſta principalia nõ
aſtringantur: laudabilius tamen eſſe
dicit: ſeruare textum regule dicentis.
Clerici faciant diuinum offitium ſe-
cundum ordinem ſancte Romane ec
cleſie. &c. De reliquis autem circa diui
num offitium ſeruetur conſtitutio Be
nedicti q̃maxime ut geſtus leues & cã
tus diſſolutos & fractos in diuinis of-
fitiis & miſſarum ſollẽnitatibus fratres
omnino declinent & uitent. Aduerten
dum ẽ inſuper: ꝙ quando aliquis fra-
ter exſoluit diuinum offitium debet di
cere ne dum illud quod incumberet
ſibi: ſi cum ſocio diceret: ſed etiam qd'
incumberet ſocio: cum quo illud dice-
ret. Sint ergo fratres cauti in prima &
completorio: & in letaniis ſuis tempo-
ribus ſancte romane eccleſie ordinem
ſeruare. De ieiuniis autem dico: ꝙ om
nia noſtra ieiunia more quadrageſi-
mali debeant a fratribus obſeruari.
Aliis autem temporibus de omni-
bus cibis que apponuntur eis liceat
manducare: prout regula dicit. Sint
tamen fratres modeſti & temperati
in uſu carnium ne cuiquam ſcanda-
lum generent in procurando carnes

in plateis & locis publicis: ſiue in foris & nūdinis: tanq̄ glutones p̄ macellos: ſed potius abſtineāt ſi non pñt aliter honeſtius ꝓcurare: memores ṽbi apoſtoli dicētis. Vt nō ſcandalizetur frater meus non māduco carnes in eternū. Et quū pñt honeſte ꝓcurare ſint contēti ſemel in die refectionem ſūmere de cibis carniciniis. Exceptis infirmis: peregrinis: p̄dicatoribus: & aliis fratribus q̄ pro cōi utilitate quottidianis laboribus occupātur. Atendāt etiā diligēter quum circuiunt pro licitis & honeſtis cauſis incōbentibus ordini ſiue pro ſalute animaꝝ ſiue pro ſuſtētatione fratrū: & in domibus religioſoꝝ uel ſecularium pſonaꝝ hoſpitātur: ut ſe cōforment in cibariis cum eiſdem ne ſcādalum eis p̄beant in eſu carniū: ut ſcdm ſanctū euāgelium tale licētiam tempetent cum modeſtia ſanctitatis.

Quod frēs nō recipiant pecuniam. Cap. iiii.

Q Varto circa quartū capitulum. Dicó & ordino: q̄ fratres oīno abſtineant a receptione: tactu: & contrectatione pecuniarū: ſed honeſte & licite neceſſaria ꝓcurādo: ſi cōtingat pecuniariā elemoſynā neceſſario procurari iuxta declarationes apoſtolicas ꝓcuratori iconomo loci integraliter cōſignetur: & p̄ eūdē expendatur ſuis tēporibus: tā ꝓ neceſſitatibus infirmoꝝ & aliis frībus induēdis: q̄ pro aliis q̄buſcūq̄ neceſſitatibus occurrentibus iuxta declarationē. Innocētii quarti in ſua conſtitutione q̄ incipit. Ordinē ueſtrū. qui dicit q̄ fratres poſſint ſi rem neceſſariam aut utilem uelint emere uel ſolutionem facere pro re iam empta: uel nūcium eius a quó res uenditur: uel aliquē alium uolentibus ſibi elemoſynā facere: niſi idē p̄ ſe uel p̄ ꝓprios nūtios: ſoluere maluerit p̄ſentare: & ad ipſum ſi ſoluto empte rei pretio de eiuſmodi elemoſyna remaneat aliq̄d apd eum: pñt etiā fratres pro ſimilibus neceſſitatibus uel cōmodis licite habere recurſum. Si uero pro aliis neceſſitatibus uel cōmodis noīetur aliq̄s uel p̄ſentetur ab eiſdē frībus: pôt ille cōmiſſam ſibi elemoſynā ſicut & dñs & conſeruari uel apud ſpūalē amicū fratrum noīatū uel nō noīatū ab ipſis deponere p̄ eū loco & tp̄e ꝓ ipſoꝝ neceſſitatibus uel cōmodis ſicut frēs expedire uiderint diſpenſandū: ſeu etiā ad pſonas alias uel loca alia trāſferēdū. Ad quos etiā fratres ꝓ hmōi neceſſitatibus uel cōmodis ſana cōſciētia recurrere poterūt. Hec Innocētius p̄dictus. Et caueant frēs oīo ne aliquā elemoſynā pecuniariā ſiue ꝓ ſe ſiue pro aliis frībus uel ſecularibus pſonis de ꝓuītia uel extra ꝓuintiā ꝓcurare p̄ſumant: uel accepta re ſine ſpāli licentia p̄lati ſui. Caueant etiā ꝓtinus ne cōtrahant aliqua debita niſi cum licētia ſuoꝝ p̄latoꝝ & cū modis & formis licitis & conceſſis frībus iuxta declaratione Nicolai tertii in decretali. Exiit q̄ ſeminat. §. Ceterū cū in eadem. de uer. ſig. De infirmis autem ꝓ uiribus noſtre pauptatis ſollicitam curā gerant: ne dū Vicarii & Guardiani: ſed etiā oēs illi frēs q̄bus p̄ Vicariū ꝓuintie uel guardianum loci diligēs fuerit cura cōmiſſa.

De modo laborandi. Cap. q̄ntū.

q Vinto circa q̄ntū capitulū. Dico & ordino: q̄ nullus Guardianus p̄ſumat occupare frēs in

ſupfluis laboꝛib₃ & exercitiis cōꝛpali-
bus:ex qb₃ dīnoꝝ offōꝝ exſolutio ſi-
ue p clericos ſiue p laycos detrimentū
patiatur·Quinimo adeo ſe tēpent ī la
boꝛib₃ & exercitiis āndictis:ut excluſo
ocio aīe inimico:ſctē oꝛationis & deuo
tionis ſpm̄ nō extinguāt·Quod ēt ſane
intelligeñ eſt circa ſpūalia exercitia·Cū
coꝛpalib₃ intermixta:ut neq₃ in p̄dica
tiōnib₃ neq₃ in cōfeſſionib₃:neq₃ ī ſtu
diis ſiue lectionib₃ uel ēt ſpūalib₃ cōſi
liis pſonis regularib₃ uel ſecularib₃ ex
hibeñ adeo ſe occupēt:q̄ dīnas laudes
& oꝛdinatū offm̄ p̄termittāt· Et caueāt
frēs:ne qſq̄ eoꝝ temere īgerat offō uel
exercitio : qđ ſibi ñ eſt comiſſū ī ſcāda
lū fris ſui:cui ex comiſſiōe hmōi offm̄
ptinet.Et nullus p̄ſūat alteꝝ increpare
niſi auctoꝛitatē hēat uigoꝛe offitii ſibi
cōmiſſi.Sed q maioꝛē hn̄t grām diſco-
los īſtruāt in ſpū lenitatis alter alterius
onera poꝛtātes ut adipleāt legem xp̄i.

Quod frēs nihil ſibi appropient & đ
eleōſyna petēda & frib₃ īſirmis.Ca.vi.

SExto circa ſextū cap. Dico
& oꝛdino : q̄ nullus frūm
mioꝝ p̄ſumat aliq̄ rē q̄tū-
libet pui ualoꝛis ſuo arbi-
trio retinere quoquo mō:niſi q̄tū a ſuo
p̄lato uidelicet uicario puītie uel guar
diano ad uſū ſibi cōceſſa fuerit. Exīde
p̄cipio oīb₃ & ſingulis:q̄ ab hinc ī po
ſteꝝ hīta noticia pn̄tiū oꝛdinationū:ql i
bet fraē noſtre familie oīum ciſmōtāna
rū ptiū teneatur & debeat q̄citius cōſi-
gnare uicario puintie uel ſuo guardia
no q̄cūq₃ ad ſuā īſtātiā retinet q̄tūlibet
minima:cū.B.Bernardus dicat·Mona
chus q hēt acū nō ualet acū. Et ca q̄ p
ſuū p̄latū ſibi ad uſū cōcedūtur: gratio
ſe recipiat:ab hiſ āt q̄ ſibi đnegātur oio
patiēt abſtineat.Et nullus p̄ſumat ſub
clauſura q̄cūq₃ aliqd retinere: neq₃ ī lō
co noſtri oꝛdis:neq₃ extra oꝛdinē:niſi đ
lnía p̄lati ſui.Nec audeat qſq̄ aliqd diſ
pēſare uel alicui donare:neq₃ intra oꝛ-
nē neq₃ extra oꝛdinē niſi de lnía prelati
ſui.ſ.uicarii uel guardiani.Nullus īſup
audeat qcq̄ emere uel emi facere : aut
uēdere:uel uēdi facere:niſi de lnía ſui
p̄lati. Ex tūc nō niſi ſcđm modū licitū
& pmiſſū p amicos ſpūales pcuratoꝛes
uel iconomos diſtractio uel ēptio fiat:
iuxta declaratiōnē Nico.iii.ī p̄dicta de
cretalı·Exiit q ſeiat. §·Quia vo dn̄im:
caueāt inſup frēs oīo:ne annuos reddi
tus uel pecuniarias oblationes ī altari:
cippo:uel trūco in aliquo aliquoꝝ no
ſtroꝝ locoꝝ recipiāt uel acceptēt.Neq₃
p modū exactionis quoquo mō pmit-
tāt pcuratoꝛes uel iconomos noſtri oꝛ
dīſ ī iuditiis agere cōtra quēq̄ ad captu
rā pſonalē uel ad uiolētā ap̄heſionē re
rū tpaliū ēt ſcđm oꝛdinē iuditiariū : ex
quo poſſit ɔtra deuotionē noſtre ſacre
religionis ſcādalū exoꝛiri·Attēdāt ēt di
ligēter ne patiātur ānexā p̄pētatē cuiq̄
loco noſtri oꝛdis pmāere:neq₃ uineaꝝ
neq₃ oliuaꝝ:neq₃ aliaꝝ reꝝ quarūlib₃
mobiliū uel imobiliū cōtra noſtre regu
le puritatē·A mutuis āt ſub pignoratōi
bus& permutationibus ceteriſq₃ con-
tractibus & negotiis ſecularibus fra-
tres protinus ſe abſtineant.Tamen pp
curatoꝛē uel iconomū noſtri oꝛdis cū
expedit aliqđ p̄dcōꝝ exeq deuote req-
rāt.Caueāt īſup ne panē uel uinū uel
alia mēdicata ſiue oblata p uſu frūm di
ſtrahāt aut uēdāt uel uēdi faciāt:ſiue p
re alia pmutēt uel p ſatiſfactione fiēda
cuiq̄ tradant.Sed p alios mōs licitos ſa
tiſfieri pcurēt illis qb₃ fuerit ſatiſfactio

rependenda.

De penitentia fratribus peccantibus ī
ponenda. Cap.vii.

SEptīo circa ſeptimū capitu
lū.Dico & ordino: ꝙ oēs
frēs cuiuſlibꝫ loci ſaltē bis
in ebdomada confiteātur
ſuo guardiano uel de conſcīa & aſſēſu
eiuſdē qlibꝫ determinatū ſuū noſtri or
dis hēat cōfeſſorē:& q p̄ſbyteri ſūt iux
ta grām ſibi a dño datā ſe p̄parent & di
ſponāt ad freqntāda miſteria ſacramē
ti. qui vō p̄ſbyteri nō ſūt de qndena ī
qndenā cōicare nō p̄termittāt.Et ſi qđ
abſit alteruter ſcādalizauerit in aliquo
frēm ſuū:p̄uſq̄ cōicet:imo melius p̄uſq̄
dormiat hūiliter ueniā poſtulās recōci
liari ſe fratri ſuo ꝓtinus nō poſtponat
Et qbuſcūqꝫ pc̄tīs recurrēdū eēt ad ge-
neralē uel ꝓuintialē miſtꝝ:ut frūm diſ
curſus ſtrictius euitentur hēatur recur
ſus ad uicarios ꝓuītiaꝝ qbꝫ auctorita
tem plenariā iā cōceſſi.Et qa ut regula
noſtra dicit.Ira & cōturbatio in ſe & in
aliis impediūt charitatē.Et ſapiēs inqt
Ira īpedit aīum ne poſſit cernere ueꝝ.
Caueāt tā uicarii q̄ guardiani & ceteri
confeſſores & offitiales ne turbato aīo
quēq̄ penitētiet uel ſuis manibus diſci
plinēt:ſed potius ipſimet diſciplinādo
iniungāt ut ſeip̄m diſciplinet:caſtiget
& corrigat.Si vō īcorrigibilē ſe p̄beret
tūc ēt laicis cōmittere poſſent ip̄i p̄lati:
ut eū capent & arctarēt in domo diſci-
pline ad penitentiam peragendam.

De electione generalis miniſtri &
de capitulo penthecoſtes.
Cap.viii.

OCtauo circa octauū capi-
tulū.Dico & ordino ꝙ no
ſtre ꝓuintiales congrega-
tiones quantum cum dei adiutorio
bono modo fieri poterit fieri debeant
per.xv.uel ſaltē p.viii.dies anteq̄ ꝓuin
tiale capitulū celebretur ut tam confir
matio uicarii:q̄ publicatio guardiano
rū in tabula cōmodius terminētur quo
uſqꝫ p San.D.N.Eugeniū papā q̄rtum
uel eius ſucceſſorē canonice intrātem
aliud diſponatur.Si vō cōtingat in ali
qua ꝓuintia nō celebrari ꝓuintiale ca
pitulū aliquo āno nō ꝓpterea poſtpo-
natur qn noſtra annua cōgregatio ce-
lebretur in qua uicarius renuntiet & fi
at oīa ſicut ſupra ī capitulo declaraui.
In ipſis aūt cōgregationibus fiat deter
minatio de locis recipiendis uel repan
dis & ſimilibus:uel ſaltē ab ipſis fratri
bus capitulariter congregatis uicario
remittatur cū hn̄do cōſilio diſcretoꝝ.

De predicatoribus. Cap̄.nonū.

NOno circa.ix.cap̄. Dico &
ordino:ꝙ oēs frēs qbus of
fitiū p̄dicationis ē cōmiſſū
a deo caute prudēter & di
ſcrete p̄dicēt.Verbū dei & honeſtā con
uerſationē habeāt:& modeſte loquan
tur oībus:& ſuos ſermones talr̄ mode
rēt ꝙ neqꝫ eccleſiaꝝ p̄latis neqꝫ qbuſq̄
pſonis ſecularibus ſcādalū oriatur. Et
qa p̄dicationis offitiū ē ſuſtētamētū fi-
dei chriſtiane:lumē ueritatis: ſcola uir
tutū:ruina uitioꝝ:dieta ſalutis: doctri-
na motū:camera ſāctitatis:tribunal iu
ditii:cruciatus demonū: clauſura infer
noꝝ:ianua celoꝝ:confirmatio iuſtoꝝ:
reductio peccatoꝝ: & inſtructio oīum
rōnabiliū aīoꝝ.Nō īmerito huius offi-
tiū tā arduis & excellentioribus p̄uile-
giis ab eccleſia p̄dotatur. Nec mirū ſi

hmōi:& dicto ordine fecerint mentionē. Ceteꝝ quū felicis recordationis Innocētius papa olim duxerit ſtatuēdū:ut exēpti quātacūq; gaudeāt libertate. Nihilo minus tñ rōne delicti:ſeu contractus aut rei de qua contra ipſos agitur rite poſſint corā locoꝝ ordinariis conueniri. Et illi quo ad hoc ſuā in ipſos iuriſditionē ꝓut ius exigit exercere. Nos uobis ut occaſione conſtitutionis hmōi nullū libertatibus & īmunitatibus uobis & ordini ueſtro ꝑ ꝓuilegia & indulgētias ab apoſtolica ſede conceſſas ꝑiuditiū generetur auctoritate ꝑſentiū īdulgemus. Decernimus ergo irritum & inane qcq̄d contra tenorē conceſſionū conſtitutionū & inhibitionū hmōi ꝑ quoſcūq; fuerit attentatū:& interdicti:ſuſpēſionis: & excōicationis ſnīas:ſi quas contra conceſſiones:conſtitutiones & inhibitiones eaſdē: in uos:uel ueſtrū aliquos:aut loca ueſtra:ſeu benefactores ueſtros:uel executores aut heredes ꝑdictos in poſterū promulgari contigerit penitus non tenere. Nulli ergo oīno hoīum liceat hāc paginā noſtraꝝ conceſſionū: conſtitutionū: & inhibitionum infringere:uel ei auſu temerario contraire. Si quis aūt hoc attētare ꝑſumpſerit:indignationem oīpotentis dei & beatoꝝ Petri & Pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſurū. Datum Peruſii.xii.calēdas Auguſti: pontificatus noſtri:anno primo. Nulli ergo oīno hoīum liceat hāc paginā noſtre confirmationis & cōmunitionis infringere:uel ei auſu temerario contraire. Si qs aūt hoc attentare ꝑſumpſerit indignationē oīpotentis dei & beatoꝝ Petri & Pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit īcurſurū. Datū Florētie:āno īcarnatiōis dñice. M.cccc.xxxix. quarto idus Nouēbris.pontificatus noſtri. Anno.ix.

NOs igitur qui dicti ordīs fratrum minoꝝ:in quo gñalis miſtri fungebamur offitio:dum ad cardinalatus honorem aſſumpti fuimus: & perſonaꝝ eius ſtatum ꝓſperum:& tranqllum:ꝓpter uberes fructus quos ordo ipſe multa refulgens gloria meritorū & gratia redolens ſanctitatis in agro militātis eccleſie in ꝓpagatione religionis:& fidei orthodoxe hactenus ꝓduxit utiliter & ꝓducit ac in futurū ꝓducturum fore ſpe firma tenemus palmites ſuos a mari uſq; ad mare:& etiā ad barbaras extendēdo nationes intenſis deſideramus affectibus. Clemētis & Eugenii ꝑdictoꝝ:ac alioꝝ ꝑdeceſſoꝝ noſtroꝝ:q ordinem ꝑdictū fratrū minoꝝ aliis uariis ꝓuilegiis nō immerito decorarunt ueſtigiis inherētes motu ꝓprio:non ad eorūdē dicti ordīs frūm minoꝝ ꝓfeſſoꝝ:uel alterius pro eis nobis ſup hoc oblate petitionis inſtātiā ſed de noſtra mera uolūtate & deliberatione: et ex certa noſtra ſcientia ꝑdictas Clemētis & quaſcūq; alias quorūcūq; romanoꝝ pontificū aliorū predeceſſorū noſtroꝝ litteras dicto ordini fratrū minoꝝ & illius domibus & ꝓfeſſoribus in genere ſub quacūq; uerborū forma conceſſas quas ac ſi de uerbo ad uerbū una cū predictis litteris Eugenii predeceſſoris prefati preſentibus inſerte forent haberi uolumus ꝓ expreſſis.ac oīa & ſingula in illis contēta auctoritate apoſtolica tenore preſentium approbamus.& robur ppetue firmitatis obtinere debere decernimus.ac ꝓ potiori cautela:oīa & ſingula ꝑ Clementē ac Eugenium:alioſq; ꝑdeceſſores predictos in eiſdē litteris ꝓ & in fauorem dicti ordīs fratrū minorum

quōlibet ordinata ſtatuta.decreta.conceſſa.& indulta fieri & ſeruari debere.auctoritate.motu.& ſcientia predictis de nouo ordinamus.ſtatuimus.atq; decernimus.ac eidē ordini minorū illiuſq; domibus & ꝓfeſſoribus concedimus & idulgemus.Et quia ſicut accepimus noſq; ipſi experientia didicimus in minoribus conſtituti prefati ordis curā gerentes circa litteras & priuilegia hmōi nōnulla dubia poſtmodū ſunt exorta.Habita ſuper illis conſideratione decēti.motu. auctoritate & ſcientia ſimilibus.Litteras eiuſdē Clemētis predeceſſoris.in ea parte in qua concedit dicti ordinis ꝓfeſſoribus.ut liceat eis in locis in qbus degunt habere oratoria.& in eis cum altari portatili etiā tēpore interdicti.ianuis clauſis excōicatis.& interdictis excluſis.miſſarum ſolēnia.& alia diuina offitia celebrare.Et q; eorum inſiſtentes obſequiis.cenſuris generaliter promulgatis non ligentur.quum contingat eos perſepe requiri.ut etiam extra oratoria ſuper hmōi altari portatili celebrent diuina offitia & ad illa interdicti tpe.Tertii ordinis ſancti Frāciſci de pnia nūcupati fratres & ſorores ac ſuos & illoꝝ ꝓcuratores admittant extendētes Concedimus eiſdem fratribus ut nō ſolū i oratoriis & locis in qbus degunt:ſed etiā in quouis alio loco congruenti & honeſto poſſint ſup altari portatili eiuſmōi miſſas & alia dīna offitia libere & licite celebrare:exceptis eccleſiis ab ordinarii iuriſdictione nō exēptis quotiēs id eiſdem fratribus p ordinarios ex cauſa contigerit inhiberi.Et ut liceat eis tpe īterdicti frēs & ſorores dicti tertii ordis bti.F.de pnia nuncupati necnō ipſorum frūm minoꝝ ac fratrum & ſororum dicti tertii ordinis & monialium ſancte Clare ꝓcuratores & negotia gerētes utriuſq; ſexus admittere ad dīna.Preterea qa idem Clemēs predeceſſor in dictis ſuis litteris generali.& prouintialibus miſtris.& eorū uicariis.ac cuſtodibus abſoluendi fratres eiuſdē ordinis necnō fratribus dicti ordis:quos ipſi miſtri uicarii & cuſtodes habuerint pro tpe in cōfeſſores abſoluendi ipſos miſtros uicarios & cuſtodes ab exceſſibus & cenſuris niſi talia ppetraſſent ꝓpter q̄ eſſent merito ad ſedem apoſtolicā deſtinādi:ac cū eis deſuper diſpenſandi:facultatem cōcedit:& ꝓpterea q ſint deſtinandi perſepe reuocetur in dubiū ut abſoluentium & abſoluendorū diſpenſantium & diſpenſatorū pro tēpore puritati conſcientie conſulamus.Declaramus hereticos relapſos ſciſmaticos: & qui litteras apoſtolicas falſificaſſent.aut ad infideles prohibita detuliſſent dūtaxat eſſe ad ſedem apoſtolicam merito deſtinandos.Reliquis uero oībus etiā ſymonie prauitate qualitercūq; irretitos poſſe per illos qbus inibi conceditur abſolutionis beneficiū & diſpenſationis gratiā iuxta caſuum exigentiam impertiri.Eam uero partē litterarum eiuſdem Clemētis p̄deceſſoris.in qua ſepulturā in eccleſiis fratrum dicti ordinis liberam eſſe uoluit:ſalua iuſtitia eccleſiarū:a quibus corpora mortuorū aſſumuntur:declarantes:libertatem huiuſmodi:intelligi debere etiā quo ad hoc ut fratres ipſi nullius ſuper hoc petita licentia:parrochias in quibus corpora p̄dicta forent cum cruce proceſſionaliter ingredi:ac corpora ipſa leuare.& ad eorum eccleſias ſepeliēda defferre poſſint ubi hoc cōſuetū foret:uel p̄ſbyteri de releuatione reqſiti id facere recuſarēt:nec cogantur inuiti etiam p̄textu cuiuſuis

cõſuetudinis:ipſi uel defunctorum cõſanguinei illa ad parrochiales eccleſias: aut alia loca dfferre:& cum illis uel ſine inhibi celebrare: uel celebrari facere p eiſdē defunctis aliqua diuina offitia añ uel poſt ſepulturam eorūdem. Iuſtitiam aūt eccleſiaꝶ a qbus corpora ipſa ſumūtur iuxta eiuſdē Clementis pdeceſſoris uolūtatē ſaluā eſſe debere decernimus eo caſu quo dūtaxat apud loca ipſoꝶ fratrū corpora ipſa ſepeliūtur. Si uero nō apud eos ſeu alios etiā mendicātiū ordinū pfeſſores corpora ipſa cōtingeret ſepeliri:ex his q̄ ad frēs pdictos:apud quos tūc corpora ipa nō ſepelirētur de bonis defunctoꝶ quōlibet obueniret quouis pticulari:uel uniuerſali titulo directe uel p obliquū:nullā canonicā aut parrochialē portionē dare teneātur:nec ſimiliter aliqua portio debeatur de his q̄ ad certos determinatos uſus eiſdem frībus uel eoꝶ domibus in gn̄e:aut ſpecie etiā de bonis eoꝶ:quoꝶ cadauera apud eos contigerit ſepeliri:nec etiā in caſibus in qbus p eiuſdem Clementis:& alioꝶ pdeceſſoꝶ noſtroꝶ ſpecialia puilegia frēs ipſi ab hmōi ſolutione quarte ſunt exēpti:nec aliquo caſu de candelis q̄ ad manus fribus dātur:quarta aliqua quōlibet detrahatur. In reliqs vo caſibus:q̄ in pmiſſis: in qbus quarta ipſa ſoluenda ueniret cōuentiones ſi que ſunt inter frēs pdictos & locoꝶ ordīarios:ac eccleſiaꝶ rectores innite laudabiles:& hōeſte in poſterū obſeruentur. Et ſi forte contingat p nos uel ſedem apoſtolicā de pie legatis diſpoſitis & relictis in genere: uel ſpecie decima:uel alia portio:ſeu quota alteri pie: uel nō pie cauſe:ex quauis cā hactenus conceſſa foret:aut in poſterū cōcedi: & ſolui aut dari mādari contingeret:frēs pdictos & illoꝶ domos ac. eis legata: & relicta aut alias in eoꝶ fauorem diſpoſita. in conceſſione. & mādatis hmōi decernimus. & uolumus nō includi. niſi de ipſis frībus & pſenti decreto ac uoluntate noſtra. nō p gn̄ales clauſulas. q̄ etiā ſpālem mentionē iportare uiderētur. ſed uera & ſpecifica mentio fiat in eiſdem. Indultū uero eiuſdē Clementis pdeceſſoris de decimis nō ſoluēdis ad quecūq bona dictoꝶ fratrū. & quaſcūq decimas. etiā quas uulgus papales appellat. & apoſtolica ſedes p chriſtiane fidei defenſione. aut aliis iminentibus perſepe neceſſitatibus idicit. & quecūq alia onera motu & ſcientia pdictis extendimus decernentes ipſos frēs minores etiā ſi p quoſcūq exēptos. & mendicātes ſolui mādarentur cum qbuſuis derogatoriis. & fortioribus clauſulis ad illaꝶ ſolutionem nō teneri & in illoꝶ ſolutione ceſſandō cenſuras. & penas aliquas nō incurrere. niſi pſentibus nō p gn̄ales. aut alias clauſulas ſpecialem mentionē iportātes. ſed alias ſit derogatum ſpecifice eaꝶ de uerbo ad uerbū inſerto tenore. Et ne ptextu conſtitutionis Innocentii pape quarti pdeceſſoris noſtri. que incipit. Volentes locoꝶ dioceſani & alii ordinarii aut alii qcūq in pſonas & loca fratrū pdictoꝶ. contra eiuſdem Clementis pdeceſſoris in fine litteraꝶ pdictaꝶ ordinationem ſibi qcūq iuriſdictionem & ſuperioritatē uendicare pſumpſerint diſtrictius inhibemus. ne qſpiam abſq dicte ſedis. ſpāli cōmiſſione & auctoritate in pſonas. domos. & loca dicti ordiꝭ fratrū minorum: utpote prorſus exēpta. aliquā excōicationis. ſuſpenſionis. & interdicti ſn̄ias ſpecialiter. uel generaliter quōlibet pmulgare. aut i pſonas. domos & loca hmōi ali

quã p̄eminentiã·ſuperioritatem.& iuriſditionem quolibet exercere p̄ſumât. etiã ratione contractus uel delicti ſeu rei de qua ageretur ubicũq; iniatur contractus cõmittatur delictũ & res ipſa conſiſtat. Decernimus quoq; ex nunc quaſlibet ex cõicationis.ſuſpenſionis.& interdicti ſnias.& quoſcũq; proceſſus.quaſuis penas. & ſententias gñales.uel ſpeciales continentes.quos & quas p̄mulgari. uel habe ri.& oĩa que contra frẽs.domos & loca dicti ordinis quolibet fieri cõtigerit. etiã eorũ exemptione·utpote notoria nõ aliter allegata nullius roboris uel momenti eſſe.& pro infectis prorſus haberi debere. Preterea quia parrochialiũ eccleſiarũ· rectores prefati erga illos.qui dictis fratribus ordinis minorũ eorum peccata cõ- fitentur.perſepe ſe reddunt in exhibitione euchariſtie.& extreme unctionis diffi- ciles. Concedimus ipſis fratribus ordinis minorum ut eiſdem perſonis eis con- feſſis.quibus rectores prefati ſine rationabili cauſa denegauerint· ſeu malitioſe diſtulerint euchariſtie.ſeu extreme unctionis ſacramenta miniſtrare·ſup quo eo- rũdem confeſſorum aſſertioni ſtari debeat illa petentibus poſſint impune exhi- bere. Et quũ aliquãdo contingat monaſteria monialium ſancte Clare & mino- riſarum ſeu ſancti Damiani nuncupatarũ monialibus deſtitui. adeo ut de eorũ reformatione ſpes nulla ſuperſit· conuenientiuſq; ſit q̄ illoꝝ ſic deſtitutorũ bo- na ad ipſos fratres deueniant·quorũ erant cure cõmiſſa quã ad alios illa que ſic deſtituta exiſtunt & deſtitui cõtigerit in futurum cum eorũ bonis oĩbus perpe tuis uſibus fratrum domus dicti ordinis minorum eiuſdem deſtitutis monaſte riis propinquiores applicamus·ita fratres ipſi poſſint de illis.& eorũdem mona- ſteriorum ſtructuris.& edificiis pro eorum uoluntate diſponere· Prouiſo q̄ illo- rum eccleſie.& oratoria ad profanos uſus non redigantur. ſed in illis quãdoq; diuina celebrentur offitia. Inſuper quum nõnulli ad ordinem predictum fratrũ minorum ſpecialem gerentes deuotionis affectum. ordinent eorum cadauera cum habitu fratrum minorum·aut ſororum dicti ordinis de penitentia ſepeliri· ne ex illorũ corporum delatione ad alia loca ordini & fratribus predictis iniu- ria irrogetur· Decernimus tales apud fratres ipſos eſſe ſepeliendos·etiam ſi alibi ſuam elligiſſẽt ſepulturam.nec poſſe etiam in loco per eos electo cum habitu quomodolibet ſepeliri.aut ad ſepeliendum portari abſq; fratrum domus loci in quos tales deceſſerũt exp̄ſſa licentia & aſſenſu. Ceteꝝ ne ſi ratione p̄rochialiũ eccleſiaꝝ apud quas domus eorũdem fratrũ conſtructe fuere.aut conſtruerẽtur in poſterũ locoꝝ ordinarii in eoſdem fratres aliquã ſuperioritatem uẽdicare tẽ- tarent·fratrum eorũdem quies in aliquo perturbaretur·concedimus eiſdem fra tribus ut in ſic conceſſis & quas eis concedi contigerit curatis eccleſiis poſſint per capellanum per eos pro eorum nutu ponendum & amouendum curam hu iuſmodi exercere.qui quãdiu capellanatus huiuſmodi fungetur offitio. ac ſi di- cti ordinis minorum profeſſor exiſtat· dictorum fratrum minorum libertate & exemptione fruatur. Eccleſie uero predicte & illarum bona.illa qua domus fra- trum dicti ordĩs prerogatiua letentur· Et ut dicti ordĩs profeſſoribus oĩno ua- gandi tollatur occaſio.& ad apoſtolicam ſedem recurrendi ſubtrahatur p̄ poſſe

neceſſitas:Gn̄ali & ꝓuīntialibus mīſtris dicti ordinis pro tp̄e exiſtentibus: & illo
rū uicariis diſpēſandi cū dicti ordīs minoꝝ ꝓfeſſoribus defectū nataliū ex adul-
terio:ſacrilegio:inceſtu & quouis alio nephario & illicito coitu ꝓueniente pa-
tientibus:necnō cum his qui ex quauis cauſa ꝑterq̄ homicidii uoluntarii biga-
mie & mutillationis mēbroꝝ irregulares forēt:poſtq̄ ordinē ipſum ꝓfeſſi fuerīt:
ut defectu:& irregularitate hmōi nō obſtante irregulares ipſi ad quoſcūqꝫ etiam
ſacros ordines ꝓmoueri:& in illis etiā altaris miſterio miſtrare:& tam ipſi irregu
lares q̄ defectum nataliū patientes p̄dicti ad q̄cūqꝫ admīſtrationes & offitia dicti
ordīs elligi:recipi:& aſſumi:illaqꝫ gerere & exercere libere & licite ualeant:motu
ſciētia & auctoritate p̄dictis Cōcedimus per p̄ſentes. Rurſus ītelleximus: ꝙ etſi
bone memorie Ioānes papa·xxii·p̄deceſſor noſter illoꝝ opinionē:qui aſſerebāt:
ꝙ cōfeſſi fratribus p̄dicti ordīs & alioꝝ ordinū mēdicantiū ad audiendas cōfeſ-
ſiones iuxta iuris diſpoſitionē deputatoꝝ pro tēpore tenebātur eadem peccata
rectori eoꝝ parochialis eccleſie iteꝝ cōfiteri reprobauerit.Et deinde p̄fatus Eu-
genius p̄deceſſor reprobationē hmōi approbauerit: cōtra talia aſſerentes tanq̄
de hereſi ſuſpectos per locoꝝ ordīnarios inquiri & procedi mādauerit:ac ſucceſ-
ſiue pie memorie Nicolaus papa·v·ſimiliter p̄deceſſor noſter geſta in p̄miſſis
ab eiſdē Ioāne & Eugenio p̄deceſſoribus robur perpetue firmitatis obtinere de
bere decreuerit:nihilominus adhuc nōnulli eoꝝ inherētes proteruie: opinionē
p̄dictam:& deſuper factos dānatos & male ſonātes ac reprobos articulos ueros
eſſe affirmare nō uerētur:ut talium p̄ſumptuoſa temeritas tāto minus īualeſcat:
quāto plurium erit ſuperioꝝ correctioni ſubiecta cōceſſam cōtra tales: per eiuſ-
dem Eugenii p̄deceſſoris litteras locoꝝ ordinariis facultatē:ad inq̄ſitores here-
tice prauitatis extendimus.ac uolumus ꝙ inquiſitores ipſi q̄cūqꝫ fuerint eadē
qua ordinarii cōtra tales auctoritate fungātur.Poſtremo quū p̄dicatoꝝ ſicut &
p̄dicti minoꝝ ordinū ꝓfeſſores pro fidei catholice dilatatione cōtinue indefeſſe
laborēt·fructuſqꝫ afferāt in dei eccleſia ſalutares·& ꝓpterea fuerint uariis p ſedē
p̄dictam priuilegiis decorati·ut quos par labor pariaqꝫ merita cōiūgāt.paria cō-
iūgant priuilegia & fauores eiſdē ordīs minoꝝ fratribus ut ꝓfeſſoribus. ac con
feſſis fratribus p̄dicatoribus & eiſdē p̄dicatoꝝ ordīs fratribus ut p̄miſſis·& aliis
conceſſis p̄dictis fratribus minoribus priuilegiis·īdulgētiis· gratiis & fauoribus
& indultis:tam ſpiritualibus q̄ temporalibus a predictis & aliis romanis pontifi-
cibus p̄deceſſoribus noſtris aut aliis auctoritatē habētibus·q̄ oīa·ac ſi noīatim
exprimerentur haberi hic uolumus pro exp̄ſſis & noſtre approbationis munimi-
ne ſolidamus:ac decernimus robur perpetue firmitatis obtinere potiri:& gaude-
re poſſint & debeāt ꝑpetuis futuris tp̄ibus.in oībus & p oīa.prorſus & ſine ulla
differētia proinde: ac ſi q̄ uni ex ordinibus p̄dictis ſunt conceſſa utriqꝫ ſimul no
minatim cōceſſa fuiſſent·aut cōcederentur in poſterū.Et que de magiſtro gn̄ali
& ꝓuintialibus prioribus dicti ordinis p̄dicatoꝝ:ac monaſteriis monialium ſub
eorūdē fratrum p̄dicatoꝝ cura.& ſcd̄m ipſius ordīs p̄dicatoꝝ inſtituta uiuentiū
ſunt ſtatuta in generali & prouintialibus miniſtris:& uicariis dicti ordīs fratrum

minoꝝ.& mōnaſteriis mōnialium dicti ōrdīs ſancte Clare. & minoriſſarum. &
ſancti Damiani nūcupatarum.& econtra cenſeantur eſſe ſtatuta.diſtrictius inhi-
bentes eiſdem locoꝝ ordinariis ſub interdicti ingreſſus eccleſie & ſuſpenſionis a
regimine & adminiſtratione ſuaꝝ eccleſiaꝝ ac parochialiū eccleſiaꝝ rectoribus.
& aliis qbuſcūqꝫ ſub excōicationis late ſententie & p̄uationis earūdem parrochia
lium eccleſiarum.ac oīum alioꝝ benefitiorum eccleſiaſticorū.que obtinent. nec
non inhabilitationis ad illa & alia in poſterum obtinenda penis eo ipſo per eos
qui contrafecerint incurrendis.ne ordines predictos fratrum p̄dicatorum & mi-
norum.& illorum domos & profeſſores preter aut contra p̄dictarum Clementis
& Eugenii predictorum & aliorū quorumcūqꝫ predeceſſorum noſtroꝝ & p̄ntiū
noſtrarum litterarū tenorem inqetare ſeu moleſtare.& eos aut teſtamentorū ulti
marūqꝫ uoluntatum executores & heredes predictos ſeu quoſcūqꝫ alios directe
uel indirecte ad ſolutionē alicuius quarte parrochialis ſeu canonice uel alterius
portionis ſeu oneris & ad faciendum celebrari aliquod offm̄ in eorum eccleſiis
uel alibi.dum apud ipſos fratres decedentiū cadauera tumulantur ante uel poſt
eorum ſepulturā cogere.nec confeſſis dictis fratribus predicatoribus & minori-
bus pro tp̄e euchariſtie ſeu extreme unctionis ſacramenta ſine rōnabili cauſa de
negare uel illorum exhibitionem malitioſe differre.aut eorum parrochianis ne
dictis fratribus confiteantur ꝓhibere uel pſuadere.nec etiā ad premiſſa ſeu aliqd̄
premiſſoꝝ auxilium.conſiliū uel fauorem dare directe.uel indirecte quo quomō
preſumāt.Et nihilominus cuilibet in dignitate eccleſiaſtica conſtituto & metro-
politane.uel alterius cathedralis eccleſie canonicis per uniuerſum orbem qui de
ſuper per dictoꝝ ordinū priores:aut guardianos & fratres ac illoꝝ ſeu ad cōmo
dum eoꝝ romane eccleſie ſindicus deſuper reqſitus fuerit per apoſtolica ſcripta
inſolidū mandamus:quatenus per ſe uel alium ſeu alios p̄miſſa ubi & qn̄ opus
fuerit ſolēniter publicātes.& eiſdē fratrū p̄dicatoꝝ & minoꝝ ordibus:& illoꝝ do
mibus ac ꝓfeſſoribus in p̄miſſis efficacis defenſionis p̄ſidio aſſiſtētes faciāt eos
pacifica poſſeſſione.uel quaſi p̄uilegioꝝ & conceſſionū hmōi gaudere.nō pmit
tētes eos ſeu teſtamētoꝝ executores &.heredes p̄dictos cōtra illoꝝ tenorē p ordi
narios.& rectores p̄dictos.aut quoſcūqꝫ alios idebite moleſtari.aut eis grauami
na.iniurias.atqꝫ dāna inferri.ſeu quōlibet irrogari ac etiā ſummarie & de plano.
ſine ſtrepitu.& figura iuditii ſola facti ueritate inſpecta cōtra quoſcūqꝫ cuiuſcūqꝫ
qualitatis.uel conditionis exiſtant aut quacūqꝫ eccleſiaſtica etiā patriarchali ar-
chiep̄ali & ep̄ali.uel mondana forent dignitate.& exēptiōe muniti.In qbuſcūqꝫ
cauſis p eos mouendis.quacūqꝫ rōne.uel cā q̄ excogitari poſſit eis miſtrent iuſti
tie complemētum.Exeqūdo qd per eos fuerit ordinatū.& illos quos cēſuras &
penas p̄dictas incurriſſe conſtiterit illos irretitos eſſe declarent.ac facient & mā
dent interdictos ſuſpenſos.& excōicatos publice nunciari.& ab oībus artius eui-
tari.ac legittimis ſuper his habēdis ſeruatis proceſſibus.illos quotiens opus fue-
rit iteratis uicibus aggrauare procurent. Contradictores auctoritate noſtra ap-
pellatione poſtpoſita cōpeſcendo inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii

ſecularis. Non obſtantibus recolende memorie Bonifacii pape octaui quibus cauetur ne quis extra ſuam ciuitatem & dioceſim: niſi in certis exceptis caſibus & in illis ultra unam dietam a fine ſue dioceſis ad iudicium euocetur: ſeu ne iudices a ſede apoſtolica deputati extra ciuitatem & dioceſim in qbus deputati fuerint contra quoſcūqꝫ procedere aut alii uel aliis uices ſuas cōmittere preſumant & de duabus dietis in concilio generali: necnō que incipiunt: ſuper cathedram Bonifacii & dudū uicinienſis concilii: ac recolēde memorie Calixti pape. iii. etiā ꝑdeceſſoris noſtri litteris: aliiſqꝫ apoſtolicis ac prouintialibus & ſinodalibus conciliis editis ſpecialibus uel generalibus: necnō Octonis & Octoboni olim in regno anglie apoſtolice ſedis legatorum: conſtitutionibus eccleſiaꝝ quoqꝫ: ac locoꝝ quorūlibet ſtatutis & conſuetudinibus. & inter quoſcūqꝫ dictoꝝ ordinū fratrū ꝑdicatoꝝ & minoꝝ poſſeſſores. ac locoꝝ ordinarios ſeu rectores ꝑdictos initis & concluſis hactenus obſeruatis pactis & conuētionibus etiā iuramento confirmatione apoſtolica. uel quauis alia firmitate roboratis. Necnon oībus illis. q̄ Clemens & Eugenius ꝑfati in ꝑdictis eoꝝ litteris uoluerunt nō obſtare contrariis qbuſcūqꝫ qbus oībus illa ac ſi de uerbo ad uerbū inſererētur. & derogatoriarum derogatorias clauſulas in ſe continerēt ꝑſentibus ꝑ expſſis hn̄tes illis alias in ſuo robore pmāſuris quo ad ꝑmiſſa ſpāliter & expſſe derogamus. Aut ſi patriarchis archiepīs epiſcopis & rectoribus ꝑfatis ſeu qbuſuis aliis cōmuniter. uel diuiſim a ſede ꝑfata indultū exiſtat. ꝙ interdici ſuſpendi uel excōicari. aut extra uel ultra certa loca ad iuditiū euocari nō poſſint. ꝑ litteras apoſtolicas nō faciētes plenā & expſſam ac de uerbo ad uerbū de indulto hmōi mentionem. & qualibet alia dicte ſedis indulgētia gn̄ali uel ſpāli cuiuſcūqꝫ tenoris exiſtat. ꝑ quā ꝑſentibus nō expſſam uel totaliter nō inſertā effectus caꝝ. & conceſſa in eis iuriſditionis executio īpediri poſſet quōlibet uel differri & de qua cuiuſqꝫ toto tenore habēda ſit in noſtris litteris mētio ſpālis. Nos enim ex nunc illa & q̄cūqꝫ alia q̄ in futurū ꝑ nos uel ſedē apoſtolicā quōlibet concedi ſtatui decerni. uel ordinari cōtigerit contra Clemētis & Eugenii aliorūqꝫ ꝑdeceſſoꝝ ꝑdictoꝝ & ꝑſentiū litteraꝝ hmōi tenorē. necnon ſecus ſup his a quoq̄ quauis auctoritate ſciēter. uel ignorāter attentari contigerit irrita. & inania. nulliuſqꝫ roboris uel momenti eſſe decernimus. Et quia difficile foret ꝑſentes litteras ad ſingulas ꝓuintias originaliter deſtinare uolumus & dicta auctoritate decernimus ꝙ trāſuntis eoꝝ manu notarii publici & curie cauſaꝝ camere apoſtolice. aut alicuius epālis uel archiepālis ſigillo munitis ea prorſus in iuditio & extra. ubicūqꝫ exhibita uel oſtenſa fuerint fides adhibeatur ac ſi ipſe originales littere forēt exhibite uel oſtēſe. Nulli ergo oīno hoīum liceat hāc paginā noſtroꝝ approbatiōis. cōſtitutionis. ordīationis. ſtatuti. decreti. cōceſſionis: indulti: uolūtatis applicatiōis īhibitionis: extenſionis: ſolidatiōis: mādati: & derogatiōis īfringere uel ei auſu temerario: cōtrarie. Si qs aūt hoc attentare ꝑſūpſerit indignationē oīpotentis dei ac beatoꝝ Petri & Pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſurū. Datum Rome apud ſctm̄ Petrū Anno incarnationis dominice. Milleſimo quadringenteſimoſeptuageſimoquarto.

Pridie kalendas ſeptembris.Pontificatus noſtri Annò quartò.

SIxtus eṗs:ſeruus ſeruoꝝ dei Ad ꝑpetuam rei memoriā. Dum fructus uberes quos ſacri ordinis frūm minoꝝ ꝓfeſſores circa ꝓpagationem religionis:& fidei in agro militantis eccleſie per incremēta tp̄um magnis laboribus:crebris uigiliis:& indefeſſo aīo ꝓduxerunt hactenus & producūt:ac in futuꝝ producturos eſſe ſpe firma confidimus:dilligēter attendimus.dignum cenſemus:& congruū:ut in his:que illoꝝ ꝓſperitates:& cōmoda concernere poſſunt eos benignis fauoribus ꝓſequāur. Dudum ſiqdem felicis recordationis Martinus papa quartus p̄deceſſor noſter:cupiens honeſta adhibere remedia:qbus dicti ordinis pura obſeruantia in ſuo uigore ſeruaretur: & ut frēs ordinis eiuſdem:excluſis qbuſlibet ſollicitudinibus:liberius:& qetius diuinis uacarent obſequiis:ac offerentium:& donantiū:aut in ultima uoluntate relinquētium dicto ordini ſeu illius fratribus aliqd ꝓpter deum pia intentio non fraudaretur.Romana quoq; eccleſia:ad quā oīum reꝝ mobilium & ĩmobilium quibus fratres ipſi uti pn̄t ius proprietas & dn̄ium nullo medio ꝑtinet:& ad quā fratres ipſi quotiens neceſſitas ingruebat:uel utilitas ꝑſuadebat recurrere ſoliti erant a cura & ſollicitudine ꝓuidendi eorūdem fratꝝ neceſſitatibus releuaretur:necnō heredum & executoꝝ piaꝝ uoluntatum defunctoꝝ negligentiis obuiaretur.Ipſiq; fratres ſecūdū modos p̄miſſos & licitos:relictis ſibi elemoſynis gaudere ualerent per quaſdā ſuas litteras apoſtolica auctoritate:& de poteſtatis plenitudine uoluit:ſtatuit & decreuit.Quod ſpāles ꝑſone ꝑ generalē & ꝓuintiales miniſtros ac cuſtodes dicti ordinis noīande in p̄miſſis adminiſtrationem legittimā : gn̄alē & liberam dicta auctoritate gererent:& ueri legittimiq; adminiſtratores:iconomi ſindici & actores eſſent ac res ipſas & eaꝝ p̄tium:p̄dictaſq; elemoſynas noīe ipſius romane eccleſie reciperent & in ipſoꝝ frūm utilitates:ꝓut eis liceret ex regula uel eius declaratione ſicut & qn̄ ab eiſdē gn̄ali & aliquo ex prouintialibus miniſtris ac cuſtodibus in prouintia uel cuſtodia ſibi decreta uel ab eiſdem fratribus de ipſoꝝ gn̄alis uel ꝓuintialis miniſtri:aut cuſtodis aſſenſu forent requiſiti conuertere poſſent & deberent cū plena gn̄ali ac libera ptāte petendi:exigendi:recipiendi:alienandi:tranſigendi:paciſcendi:conueniendi:cōpromittendi: remittendi.refutandi.qetationem faciendi.cōparendi.agēdi.defendendi.ac in aīam eoꝝ de calūnia & de ueritate dicenda iurandi & cuiuſlibet alterius generis iuramentum p̄ſtandi cum illis:& contra illos qui hmōi res mobiles & ĩmobiles aut p̄tiū eaꝝ uel relictas elemoſynas fratribus in teſtamentis occuparēt uel uiolenter auferrent:ſiue contra uoluntatē frūm quōlibet detinerent.Et gn̄aliter in oībus cauſis pro rebus & locis hmōi ad ipſam romanā eccleſiā ſpectātibus ipſoꝝ frūm uſui cōceſſis.necnō pro ĩmunitatibꝫ libertatibus.iuribus p̄uilegiis & ĩdulgētiis eorūdē.ſiue cuiuſlibet ſatiſdationis cautionis onere p̄fata auctoritate in iuditio & extra iuditiū plenā generalē & liberā poteſtatē haberēt Conceſſit quoq; eiſdē generali & ꝓuintialibus miſtris necnon cuſtodibus plenā & liberā facultatē perſonas hmōi.q̄ non eſſent de dicto ordine pro ſinguloꝝ locoꝝ ĩdigētia noīandi &

pſonas eaſdem ac eaꝶ quālibet reuōcandi & earum loco alias ſubrōgādi uel nō
miñandi p ſupradictū modū noīationis.quotiēs opportunū foret q eādē in p̄di
ctis uel ſimilē hērent ptātē.Et deinde pie memorie Martinus papa.v.ēt p̄deceſſor
noſter p alias litteras ſuas cōceſſit p̄fato gn̄ali.donec aliud p ſedē apoſtolicā fo
ret ordinatū.facultatē concedēdi ꝓcuratoribus.domoꝶ & locoꝶ dicti ordinis ꝓ
tpe exn̄tibus.ut poſſeſſiones.& bona q̄cūq; mobilia & imobilia ac ānuos ꝓuen
tus hactenus p̄fato ordini & eius conuentibus relicta.& in poſteꝶ relinq̄nda.aut
aliis noībus acq̄ſita uice & noīe romane eccleſie recipe.tenere & poſſidere. ac ip
ſoꝶ fructus redditus & ꝓuētus petere exigere & pcipe:illoſq; in cōmodū & utili
tatē ipſoꝶ frūm conuētuū at locoꝶ eorūdē & alias in eos uſus:q̄bus relicta & de
putata forent dūtaxat:& de ipſoꝶ frūm cōſilio req̄ſitione:& aſſenſu cōuertere: &
exponere poſſent:& deberēt ꝓut in ſingulis dictoꝶ p̄deceſſoꝶ litteris hmōi ple
nius cōtinetur.Quū āt ſicut exhibita nob̄ nup p pte dilecti filii Zaneti de utino
dicti ordinis gn̄alis miſtri & theologie ꝓfeſſoris petitio cōtinebat:noſq; ēt dū in
minoribus cōſtituti ipſius ordīs gn̄alis miſtri fungeremur offō expientia cōpro
bauimus dicti ordīs frēs dn̄o bn̄dicēte pullulauerint ꝙ pp coꝶ multiplicationē
frigeſcēte nōnūq̄ erga eos in nōnullis mūdi ptibus fideliū charitate ex icerta mē
dicitate: & minutis elemoſynis ſe ſuſtētare:& illis q ſacre theologie ſtudiis ut eo
rum ingenia rore ſapie illuſtrata incultos ad fertiles actus dirigere poſſint opam
p̄bent neceſſaria miſtrare ſtructuras ac edificia domoꝶ dicti ordīs cōſeruare nō
poſſit.Illaq; ut plurimū ad ruinā tēdere dignoſcātur:& a nōnullis reuocetur i du
biū.An pſone p eoſdē gn̄alē & ꝓuintiales miſtros ac cuſtodes iuxta litteras p̄fati
Martini quarti p̄deceſſoris ꝓ tpe noīate hereditates.In q̄bus domus ſeu frēs dicti
ordīs aut domoꝶ eorūdē eccleſiaꝶ uel capelle:aut picture ſeu fabrice inſtituūtur
uel ſubſtituūtur:& q̄ ad eos ſi capaces forēt alias deuoluerētur petere conſeq &
hēre poſſint noīe p̄fate romane eccleſie & bona hereditatū earūdē uendere:& in
uſus licitos eorūdē frūm conuertere ualeāt iuxta p̄dictaꝶ litteraꝶ cōtinētiā.Fue
ritq; ppea ꝓ pte dicti Zaneti nobis hūilit̄ ſupplicatū ut uolūtatē:ſtatutū:decretū
& conceſſiones ac quaſcūq; alias litteras a ſede apoſtolica circa p̄miſſa dicto or
dini cōceſſas & i illis cōtēta dictoꝶ p̄deceſſoꝶ & quaſcūq; alias lrās a ſede apoſto
lica circa p̄miſſa dicto ordini cōceſſas in illis cōtenta ꝓ illoꝶ ſubſiſtētia firmiori
ueſtre approbationis munimine:roborare ac alias predictoꝶ frūum neceſſitati
bus opportune ꝓuidere de benignitate apoſtolica dignaremur.Nos igitur prefa
ti ordīs q oium conditori gratiſſimus eſt:& pie deuotiōi fideliū acceptus:ut illius
pſonaꝶ quaꝶ predicationibus v̄bi:& euāgelice v̄itatis:ſacroꝶq; eloq̄oꝶ expla
natione conſiliis & charitatiuis admonitionibus fideles ipſi circa aīaꝶ ſuaꝶ ſalu
tem magna cōmoda cōſequūtur ſtatū pſperū & felicē intēſis deſideriis affectātes:
necnō pias decedētiū:quoꝶ āplius nō reddit arbitriū uolūtates executioni māda
ri.Et ex eis q̄ dīne ꝓpitiationis intuitu pia largitione fideliū cōcedūtur:ſtructuras
& edificia domoꝶ dicti ordīs ac ſtudiū ſacre theologie in ordine predicto manu
teneri:& eiuſdē ordīs ꝓfeſſoribus hmōi ſtudio uacare uolentibus:ut id cōmode

facere poſſint ſubueniri:chriſtiane reipublice permaxime utile ac neceſſarium
fore & inter ſumme meritoria ac deo grata opera non immerito connumerari
poſſe ac debere putantes huiuſmodi ſupplicationibꝫ inclinati predictas & quorū
cunq; aliorum Romanorum pōtificum etiam predeceſſorum noſtrorum: & pre
ſertim recolende memorie Eugenii pape quarti circa premiſſa dicto ordini: ſimi
liter conceſſas litteras apoſtolicas ac in eis contenta dicta auctoritate apoſtolica:
& ex certa ſcientia ac de plenitudine poteſtatis ſupradicte preſentium tenore ap
probamus:ac robur ꝑpetue firmitatis obtinere:& obſeruari debere decernimus.
Et nihilominus uolumus:hac eiſdem auctoritate:ſcientia:& poteſtatis plenitudi
ne ſtatuimus & ordinamus.Quod de cetero perpetuis futuris temporibus inſti
tutiones & ſubſtitutiones relicta legata:donationes inter uiuos & cauſa mortis
alieq; pie:& non pie diſpoſitiones quecunq;:quocunq; nomine nuncupentur:tā
ſimplices & pure:q̄ conditionales & modales fratres & domos dicti ordinis ip
ſarumq; domorum eccleſias:capellas:picturas:& fabricam:ſeu illorum commo
dum & fauorem quomodolibet concernētes hactenus facte & in poſterum per
petuis futuris temporibus faciende:etiam ſi tempore inſtitutionum. ſubſtitu
tionum:relictorum fideicommiſſorum legatorum:donationum:aliarumq; diſ
poſitionum huiuſmodi frēs ipſi ī quorū fauorē emanaſſēt uel emanarēt nōdū or
dinem predictum ingreſſi forent eidem Romane eccleſie & de illa ordini ac fra
tribus & locis eorundem facte eſſe intelligantur:& eundem plenarium ſortian
tur effectum quem ſortirentur ſi nominatim & expreſſe prefate romane eccleſie
& de illa:ac in eius fauorem facte forent ne poſſint pretextu incapacitatis corun
dem fratrum quouis modo de inualiditate notari:hereditates uero que eiſdem
fratribus ſi in ſeculo forent ab inteſtato defferentur prefate romane eccleſie:que
ipſorum fratrum locum quo ad hoc teneat defferantur.Ipſa quoq; Romana ec
cleſia quo ad hereditates & bona que ordinem ipſum ingredientes ſub condi
tione mortis eorum ſine filiis reſtituere grauati ſunt filiorum locum teneant ſi
cut tenent monaſteria proprium habentia in communi ſi tales grauati illa ingreſ
ſi forent.Quodq; eadem romana eccleſia:& pro ea illius ſindici iuxta litterarum
predictarum Martini quarti predeceſſoris prefati tenorem pro tempore nomi
nati in inſtitutionibus ſubſtitutionibus relictis:legatis : donationibus aliiſq; piis
& non piis diſpoſitionibus predictis necnon ex illis: que ab inteſtato profeſſori
bus dicti ordinis ſi capaces forent defferrentur hereditatibus:& bonis que ingre
dientes ordinem ipſum ſub conditione mortis eorum ſine filiis reſtituere graua
ti ſunt id totum petere:exigere:conſequi & habere poſſint ac ſi inſtitutiones ſub
ſtitutiones relicta:legata:donationes:alieq; diſpoſitiones huiuſmodi in ipſis Ro
mane eccleſie utilitatem nominatim emanaſſent uel emanarent.Ipſeq; ab inte
ſtato hereditates ipſi rōane eccleſie uel ipſius phiſco delate forent:& quod retine
rent filii talium de reſtituendo ſub conditione mortis ſine filiis grauatorum ſi ex
tarent.Habeant quoq; ſindici prefati circa premiſſa parem : quam idem Marti
nus quartus predeceſſor eos habere uoluit circa in eiſdem litteris ſuis contenta

facultatem. Volumus tamen ꝙ bona que eos noīe eiuſdem romane eccleſie pre
miſſarum & preſentium litterarꝝ tenore uigore conſequi contigerit. Iuxta earun-
dem tenorem alienate & in uſus licitos eorūdem fratrū: preſertim in fabricam &
reſtaurationem ſtructurarꝝ ac edifitiorꝝ domorꝝ frūm eorūdem: necnō manutē-
tionē ſtudii ſacre theologie & ſtudentiū in illa ſubſtentationē conuertere debeāt
& teneantur de conſilio & aſſenſu frūm & capituli conuentus uel loci: cui talia
relicta uel legata ſunt auctoritate dicti generalis uel miniſtri ꝓuintialis etiā ac-
cedēte. Non obſtātibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis ac dicti or
dinis regularibus inſtitutis & illorꝝ declarationibus necnō iuramento. confirma-
tione apoſtolica uel quauis alia firmitate roboratis ſtatutis & cōſuetudinibus ce
teriſqꝫ contrariis qbuſcūqꝫ. Nulli ergo oīno hoīum liceat hanc paginā noſtre ap
probationis decreti: uolūtatis ſtatuti & ordinationis infringere: uel ei auſu teme
rario contraire. Si qs aūt hoc attentare ꝑſumpſerit indignationē oīpotentis dei &
beatorꝝ Petri & Pauli apoſtolorꝝ eius ſe nouerit īcurſurum. Datum Rome apud
ſanctū Petrum anno incarnationis dñice. M.CCCCLXXI. Pridie Kalendas Mar
tii Pontificatus noſtri anno primo. T. de Ianua.

Explicit exemplum quarundam litterarum apoſtolicarum: & priuilegiorꝝ: cō-
ceſſum ꝑ ſūmū pontificē. d. Papā Sixtum: ordini fratrum minorꝝ.

Incipit priuilegium: quod dicitur bulla Aurea. d. Sixti pape quarti.

IN noīe dñi amen. Nouerint uniuerſi & ſinguli pñtes litteras: ſi-
ue preſens publicum tranſumpti inſtrūi inſpecturi & audituri.
Quod nos Ioannes prioris decretorꝝ doctor Baſilicc beate Ma
rie maioris de urbe canonicus ſanctiſſimi dñi noſtri pape capel
lanus ipiuſqꝫ & eius camerarii: necnō curie cauſarꝝ camere apo
ſtolice gñalis auditor: & ad Rñdi patris magiſtri Franciſci ſan-
ſonis ſacre theo. profeſſoris totius ordinis minorꝝ gñalis petitio
nem inſtantiam & reqſitionem: oēs & ſingulos ſua cōiter uel di
uiſim intereſſe putantes eorūqꝫ ꝓcuratores: ſiqͥ tūc erant in ro-
mana curia pro eiſdem ad uidendū & audiendū litteras ſanctiſ
ſimi in chriſto patris & dñi noſtri. d. Sixti diuina prouidentia pape quarti infraſcri
ptas trāſumi & exemplari & in publicā tranſūpti formā: redigi mandari noſtrāqꝫ
ordinariā auctoritatē per nos ut moris eſt interponi: uel dicendum & cām ſiquā
habebant rōnabilem quare ꝑmiſſa fieri minime debeant allegandū per edictum
publicū in ualuis eccleſie ſancti Celſi de dicta urbe ferias gñales iam indictas ut
moris eſt affixum citari mandauimus: & fecimns ad certum pemptorium termi
num cōpetentem: uidelicet ad diem & horā infraſcriptos. Quibus aduenientibꝫ
cōpuit ī iuditio corā nobis ꝑfatus Magiſter Frāciſcus ſanſō gña. & dictas lrās apo
ſtolicas eiuſdem dñi noſtri Pape uera bulla plūbea cū filis ſericeis rubei croceiqꝫ
colorꝝ ut moris eſt bullatas: ſanas & integras per eū corā nobis pñtatas tranſumi

& exemplati ac in publicam formam redigi per nos inſtanter poſtulauit. Tenor uero litterarum predictarum ſequitur & eſt talis.

Sixtus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Ad perpetuam rei memoriam: Sacri predicatorum & minorum fratrum ordines inſtar duorum primorum fluminum ac celeſtium uoluptatum & amenitatum paradiſo egredientium ſacroſancte uniuerſalis eccleſie terrãue mũdanarum cupiditatum & uitiorum calore areſcat preclare doctrine uirtuoſorumq̧ operum ac multiplicium meritorum imbribus irrigantes: magis ac magis illam ĩ dies fructuoſam efficiunt. Hi ſunt duo ſeraphin qui in ſublime contemplationis & ſeraphici amoris alis eleuati a terrẽiſq̧ rebus abſtracti aſſiduo diuinarum laudũ clamore & imẽſorꝫ bñficiorꝫ hũano gñi a ſũmo opifice deo exhibitorꝫ declaratõe feruẽtiſſimis pdicatõibꝫ populos ĩſtruẽdo: & ad celeſte iter dirigẽdo inſiſtẽtes: multiplicata talẽta eis credita dño deo mondc ſegetis aĩarum: ſcilicet redemptoris noſtri Ieſu chriſti precioſi ſanguinis effuſione redemptarum: copioſos in horrea ſancte eccleſie manipulos refferũt. Hi ſunt due tube per quas dominus precepit ad pabulum ſacri euangelii populum uniuerſum aſſiduis predicationibus aduocare: ut in omnem terram exiret ſonus eorum & redderent ſibi populum acceptabilem & bonorum ſectatorem. Ad predictorum igitur predicatorũ & minorum fratrum ordines: quos eorũ ampliſſimis meritis et uberrimis fructibus quos in dei eccleſia continue afferunt: pre ceteris paterna charitate diligimus noſtre conſiderationis intuitum dirrigentes: illam conſiderationis concedimus: que in eis optate quietis fructum inducant & ſtatum eorum faciant pacificum & tranquillum. Dudum ſiquidem ut ordinum eorumdem profeſſorum ſtatui & quieti cnnſuleremus: motu proprio nonnullas litteras diuerſorum romanorum pontificum predeceſſorum noſtrorum: dictis ordinibus conceſſas: & in illis contenta approbauimus. & quo ad aliqua declarauimus ampliauimus & extendimus. ac nonnulla eis de nouo conceſſimus prout in diuerſis noſtris litteris deſuper confectis plenius continetur. Quũ autem ſicut poſtmodum accepimus per huiuſmodi ampliationes. declarationes. extenſiones & conceſſiones adhuc totali eorũdem ordinum & illorum profeſſorum quieti plene. ut expedit non conſulatur. aſſeraturq̧ a nũnullis per eaſdem litteras omnes gratias ſpirituales & temporales dictis ordinibus et eorꝫ domibus et fratribus a predeceſſoribꝫ noſtris conceſſas approbatas non fore. Nos attenta meditatione penſantes quátum utilitatis ad exaltationem chriſtiane fidei et euangelice ueritatis ordinum p̃dictorum profeſſores hactenus attulerunt et afferre ualeant adiuuante domio ĩ futurꝫ. ac pꝑterea uolẽtes ut tenẽur eorꝫ trãq̃llitati uberius pꝛuidere. Motu ſimili nõ ad ipſorꝫ frũm et ſororꝫ aut alterius p eis nobis ſup hoc oblate petitõis iſtátiá. ſed ð noſtra mera liberalitate et ex certa noſtra ſciẽtia quaſcũq̧ lrás et gratias ſpũales et tpales cõceſſiones et ĩdulgentias ac pctõrꝫ remiſſiones ĩ genere uel in ſpecie fratribus et ſororibus predicatorum et minorum ordinum ac domorum

eorūdē necnō uiſitātibꝫ illoꝝ ecclesias:capellas & oratoria cōceſſas:quaꝝ tenorē ac ſi de uerbo ad uerbum preſentibus insererentur haberi uolumus ꝑ expſſo ꝑſentium tenore approbamus & robur firmitatis perpetue obtinere debere decernimus. Pro que potiori cautela apoſtolica auctoritate de nouo iuxta litteraꝝ deſuper conceſſarū continentiam & tenorem concedimus & largimur: & ut eccleſie domus & oratoria ꝑdicatoꝝ & minorum ordinū ꝑdictoꝝ per uniuerſum orbem conſtructe & edificate & que cōſtrui & edificari contigerit in futurum congrua deuotione & ueneratione a chriſti fidelibus uiſitentur:ac que imperfecte ſunt perficiātur:& ad cōplementū deducātur & cōplete conſeruētur & manu teneantur:necnō paramentis & aliis ad diuinū cultum inibi neceſſariis debite ornentur. Ipſiqꝫ chriſti fideles ad dictas eccleſias eo libentius confluāt: & ad ꝑmiſſa manus promptius porrigant adiutrices:quo ex hoc ibidē dono celeſtis gratie conſpexerint ſe refectos de oīpotentis Dei miſericordia ac beatoꝝ Petri & Pauli apoſtoloꝝ eius auctoritate confiſi. Vniuerſis & ſingulis chriſti fidelibus utriuſqꝫ ſexus uere penitentibus & confeſſis:qui eccleſias & oratoria domorū fratrū ꝑdictoꝝ in ſingulis ſancti Dominici & ſancti Frāciſci centū annos & totidem quadragenas & ī ſan. Petri. mar. Thome de aquino. Vincen. & ſctē Catherie de ſenis. ac ſanctorum Antonii de padua & Ludouici epī Bernardini & ſancte Clare ac beate Eliſabet feſtiuitatū diebus:a primis ueſperis & per totam diem ipſaꝝ feſtiuitatum qnquaginta annos & totidem quadragenas deuote uiſitauerint ānuatim:& manus ad premiſſa aut eoꝝ aliqua porrexerint adiutrices de iniūctis eis penitentiis miſericorditer in dn̄o relaxamus Preſentibus ꝑpetuis futuris tēporibus ualituris. Et ut ꝑdictoꝝ predicatoꝝ & minoꝝ ordinū fratres tanto feruentius diuinis beneplacitis inſiſtāt:quāto maioribus ſe uiderint ſpūalibus gratiis fore munitos oībus & ſingulis ꝑdicatoꝝ & minorū ordinū ꝑdictoꝝ ꝓfeſſoribus qui nunc ſunt & pro tp̄e perpetuo erunt:ut confeſſor idoneus eorūdē ordinum quē qlibet pro ſe de ſui ſuperioris licentia duxerit elligendū:eoꝝ confeſſione diligenter audita:pro cōmiſſis ꝑ eos exceſſibꝫ & peccatis:ſemel ī uita ī forma cōfeſſionalis ꝑ nos edita. In mortis uero articulo plenariā abſolutionem & peccatoꝝ hmōi remiſſionem īpendere ualeat:etiam ſi ante factam eorūdem ordinū ꝓfeſſionem eos decedere contingeret. Similibus motu ſcientia & auctoritate indulgemus:facultatē uero a ꝑdeceſſoribus noſtris conceſſam magiſtro generali & prioribus ꝓuintialibus & conuentualibꝫ ac eorū uicariis ꝑdicatoꝝ & gn̄ali ac ꝓuintialibus miſtris & eoꝝ uicariis:necnon cuſtodibus minorū ordinum predictorū ſuper abſolutione fratrum eorūdē ordinum ſuoꝝ & diſpenſatione cum eiſdem in qbuſcūqꝫ caſibus preterq̄ illis pro qbus eſſent ad ſedem apoſtolicā mittēdi & per nos approbatum cum declaratione caſuum pro quibus mittendi ſunt perſtringētes:uolumus ꝙ magiſter & miſter generales ꝑfati & eoꝝ uicarii & illi qbus ipſi magiſter & miniſter generales pro tēpore id duxerint cōmittendū dūtaxat & non alii facultate predicta de cetero uti poſſint illam oībus aliis penitus annuentes. Et ꝓpter monaſteria monialiū:ſeu ſororū ſub cura & inſtitutis or

dinis p̄dicti fratrū p̄dicatorum & ſancte Clare ſeu ſancti Damiani ordinum ſub eiuſdē fratrum minoꝝ ordis cura degentia & ſcti Dominici:& ſancti Fráciſci de penitētia nūcupatoꝝ ordinū utriuſqꝫ ſexus pſonas contingat eorūdē fratrū qetē turbari motu:ſciētia & auctoritate p̄dictis ſtatuimus ꝙ hmōi monaſteria et loca eorūqꝫ abbatiſſe et prioriſſe ꝓcuratores ſyndici:oblati:et utriuſqꝫ tertii ordis predicti de penitentia nūcupate pſone predicte eiſdē priuilegiis īmunitatibus: gratiis:fauoribus:conceſſionibus:facultatibus:& indultis ſpiritualibus: & tēporalibus predictis fratrū predicatoꝝ & minoꝝ ordibus ac illoꝝ profeſſoribus:domibus & locis ac procuratoribus ſindicis oblatis & cōmiſſis:ſeu alias quōlibet ꝑ predeceſſores noſtros:aut nos hactenus conceſſis & in poſterū cōcedendis quauis auctoritate:quatenus earum ſexui & ſtatui nō cōtradicant libere & licite uti poſſint & debeant:in oībus & per oīa prorſus & ſine ulla differentia ac ſi eiſdem monaſteriis:locis & pſonis:abbatiſſis:ſindicis: procuratoribus:oblatis: & comiſſis ſororū & monialium earūdem ac pſonis utriuſqꝫ ſexus de penitētia hmōi nominatim conceſſe forent & concederentur.Preterea quia ut intelleximus exortis nōnunq̄ cōtrouerſiis inter locoꝝ ordinarios eorūqꝫ uicarios ſeu offitiales curatos & fratres predictoꝝ ordinum uariis occaſſionibus locorū:ordinarii:eorūqꝫ uicarii ſeu offitiales & curati predicti ne chriſti fideles fratribus ipſis pias elemoſynas errogare p̄ſumant:ſuadere & etiā ſub cenſuris inhibere ac errogantes,fore excōicatos predicare:ſeu predicari facere:ſeu pronūtiare preſumunt.Locoꝝ ordinariis eorūqꝫ uicariis:ſeu offitialibus & curatis predictis:ac etiam aliis qbuſcūqꝫ dicta auctoritate mandamus:ut ab hmōi perſuaſionibus inhibitionibus & mandatis de cetero prorſus & oīno abſtineant.Decernentes inhibitiones ipſas & mādata nullius exiſtere firmitatis:& illis contrauenientes cenſuris hmōi minime ligari ac eoſdem perſuadentes & inhibentes mandatoqꝫ noſtro huiuſmodi obtēperare non curantes:niſi penituerint:& perſuaſiones & inhibitiones & predicata reuocauerint infra triduum poſtq̄ deſuper requiſiti fuerint eo ipſo ordinarios interdicti ingreſſus eccleſie & ſuſpenſiones a regimine & adminiſtratione ſuaꝝ eccleſiaꝝ:alios uero inferiores ab eis excōicationis ſnīam incurrere.Quum autē nōnulli ad ordines predictos predicatoꝝ & minoꝝ ſpecialem gerentes deuotionis affectum eoꝝ cadauera cum habitu fratrum predicatorū uel minorum : ſeu fratrum uel ſororū de penitentia utriuſqꝫ ordinis predictoꝝ ſepeliri mandent: & perſepe anteq̄ moriantur habitum huiuſmodi eis poſtulāt exhiberi.Decernimus habitū huiuſmodi:per priorem domus ordinis predicatoꝝ aut guardianum domus ordinis minoꝝ loci in quo tales decedere continget uel per ſuperiorē prelatum ipſoꝝ ordinum & domoꝝ ſeu prioratus & guardianie uel cui illi duxerit cōmittendum dūtaxat & nō per aliū quauis auctoritate:uel prelatione fungentē exhiberi debere qui predictum habitū recipiētibus declarare teneatur apud eorū ordinum eccleſias debere ſepeliri in eoꝝ obitu:quoꝝ habitum ſuſcipiant & illoꝝ ſic indutoꝝ cadauera diſcohoperta nullo pallia uel tegumento ſuper ipo-

ſito cum habitu huiuſmodi ad ſepulturam defferri poſſe:ordinarioꝝ etiam ſub cenſuris prohibitione & ordinatione locoꝝ:qualibet in cōtrarium edita nō obſtante quas quo ad hoc modificamus. Et ne exhabilitationibus ad unū uel plura beneficia eccleſiaſtica in titulum uel comēdam obtinēdam cum facultate ut interim donec illa aſſequātur pro capellanis alioꝝ in beneficiis eccleſiaſticis de ſeruire. Et ꝙ etiam poſtq̄ beneficia huiuſmodi aſſecuti fuerint in domibus dicti ordinis reſidere. cameras habere in illis ac in generalibus atqꝫ prouintialibus capitulis fratrum eorūdem predicatoꝝ & minorum ordinum uocem actiuam & paſſiuā habere ac priuilegiis. fauoribus gratiis & indultis conceſſis ipſorū ordinum profeſſoribus gaudere poſſint prefatis ordinibus & illorum profeſſoribus grauamen inferatur eiſdem. motu & auctoritate decernimus hmōi conceſſas. & quas concedi contigerit habilitationis litteras intelligi & interpretari debere. ut fratres ipſi quibus littere hmōi conceſſe ſunt & concederentur in poſterū quandocūqꝫ per ſedem predictam. poſtq̄ aliquod beneficium adepti fuerint pacifice. aut pro capellanis in aliquibus eccleſiis ceperint deſeruire conceſſionibus predictis prout uocem actiuam & reſidētiam in domibus dictoꝝ ordinum ac retētionem dictarum domorū. camerarum & alia que ordinum prefatorū ſunt. concernunt de dictoꝝ ordinum prelatorū conſenſu dūtaxat gaudere poſſint & non alias nec alio modo. Idem ſtatuentes de promotis ad cathedrales etiā titulgres appellatas eccleſias & alias eccleſiaſticas dignitates. Ceterū ut dictorū ordinum profeſſores qui inqſitores heretice prauitatis pro tēpore diuerſis mūdi partibus deputantur tanto diligentius eorū offitia ſtudeant exercere ac ab illicitis & eis prohibitis abſtinere quāto cognouerint poſſe eorū errores facilius corrigi & puniri. Quod magiſter predicatorū & miniſter minorum ordinū predictorū generales prefati nunc & pro tēpore exiſtentes. geſta pro tēpoꝛe per ipſos inquiſitores ſuorum ordinum reſpectiue examinare. & querelas contra illos propoſitas audire ac ſuper illis quātum eis iuſtum & equum uidebitur ſtatuere & ordinare. & ſi in aliquo eos deliquiſſe inuenerint. illos iuxta exceſſuum exigentiā etiā per eorum ab offitio amotionē. ac alias corrigere & punire dictoſqꝫ inquiſitores ſecūdum ꝙ equum & iuſtum aut neceſſarium uidebitur nō tamē in una eademqꝫ dioceſi multiplicare libere & licite ualeant. & predicatorū in minoꝝ & econtra minorū ordinum inquiſitores in predicatorū ordinum hmōi profeſſores quoſcūqꝫ offitio inquiſitionis hmōi fungi. illudqꝫ exercere nullatenus poſſint abſqꝫ ſedis apoſtolice licentia ſpeciali de pſentibus litteris ſpecificā & expreſſam facientе mentionem. Poſtremo quia predicatoꝝ & minorū fratrum predictorū ordinū profeſſores pro fidei catholice dilatatione. incremento & defenſione continue indefeſſe laborāt & eorū exēplari uita predicationibus uerbi dei audientia. confeſſionum ſana doctrina. aſſidua ſacrarū litteraꝝ inſtructione & deuota diuinorum offitiorū celebratione. hereticorum extirpatione aliiſqꝫ innumeris piis ope

